ALBERTI GEORGII SCHWARTZII ... HISTORIA FINIUM PRINCIPATUS RUGIAE, QUA FACIES EORUM...

Albrecht Georg Schwarz

Digitized by Google

7
16-B
29

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
10 K
45

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

93.16
7.–16.B.29.
Digitized by Google

ALBERTI GEORGII SCHWARTZII,

In Academia Gryphica Profeſſoris Honerarii &c.

HISTORIA FINIUM PRINCIPATUS RUGIÆ,

QVA

FACIES EORUM ANTIQVISSIMA DELINEATUR ET VARIÆ MUTATIONES, AMPLITUDINIS VICISSITUDINES CÆTERAQVE MEMORABILIA HUC PERTINENTIA EX PROBÆ FIDEI MONUMENTIS, SCRIPTIS COÆVIS, DIPLOMATIBUS ALIISQVE VETUSTIS CHARTIS A MEDIO XI. SECULO AD USQVE TEMPORA HODIERNA CHRONOLOGICO ORDINE OB OCULOS PONUNTUR, ET COMMENTATIONIBUS ETYMOLOGICO-CRITICO-HISTORICIS ILLUSTRANTUR.

ACCESSIT

Specimen Diplomatum Rugianorum majoris operis ſub titulo RUGIÆ DIPLOMATICÆ evulgandi nuntium ferens.

Una cum

Indice rerum maxime memorabilium.

Gryphiswaldiæ, Typis Höpfnerianis, 1727.

Biblioth: Coll: Rom: Soc: Jesu
BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE ROMA
Digitized by Google

AUGUSTISSIMI AC POTENTISSIMI
REGIS SVECORUM
in Pomerania occidentali & Rugia
PRO-PRINCIPI
Comiti Illuſtriſſimo ac Celſiſſimo
JO. AUGUSTO
de
MEYERFELDT,
Sacræ Regiæ Majeſtatis & Regni Svecici
Senatori Eminentiſſimo, Duci copiarum Summo, Cancellario
Regiæ Academiæ Gryphicæ Magnificentiſſimo
&c. &c.
Domino ſuo Gratioſiſſimo;
PARITER AC OMNIBUS
Regiæ Majeſtati in Illuſtri Pomeraniæ atque Rugiæ Regimine
â CONSILIIS,
VIRIS ILLUSTRIBUS GENEROSISSIMIS EXCELLENTISSIMIS
Patronis ac Protectoribus ſuis Maximis
HISTORIAM HANC FINIUM RUGIÆ
Laborum in Patriæ rebus geſtis primitias
ea qua debet, humillima animi obſervantia
ſacrat
Omnimodamque felicitatem Patriæ Columnis iſtis
vovens
devota ſe mente commendat.
AUTOR.

Digitized by Google

I. J. L. A!

PRÆFAMEN.

NOn eadem, qua hodiè, felicitate Patria noſtra fruebatur, cum idem ille Sec. XIVti vigeſimus ſextus laberetur annus, ſed omnia tunc belli continenti incendio flagrabant, ob obeundam PRINCIPATUS RUGIÆ opimam hæreditatem, quem morte WITZLAI IV. ultimi ex vetuſtiſſima Rugianorum gente fati Principis vacuefactum, hæredipeta non unus ambibat. Et ex pluribus quidem Mecklenburgicus Dux, Werlæque Domini tantoperè eundem appetebant, ut funeſtiſſimum etiam bellum, nec ſine multo utrinque profuſo ſangvine terminandum, Pomeraniæ Ducibus, quibus & fœderum & ſangvinis jure ille ceſſerat, inferre haud dubitarent. Hæc tanta videbuntur illis, qui rerum momenta trutinare didicerunt, ut, cum præſenti ſcripto fatorum, quæ tunc paſſa eſt Patria noſtra, memoriam anniverſariam celebrare animum induxerim, favere conatibus meis calculumque ſuum addere non ſint dedignaturi. Multis hactenus in locis inculta jacuit *Hiſtoria Pomeraniæ*; incultior jacuit *Rugiæ*. Eſt quidem Seculi noſtri peculiaris ea felicitas, ut propter ſedulam operam, qua Eruditiſſimi quique nobiliſſimæ factorum diſciplinæ opitulari quærunt, *Hiſtoricum* præprimis vocari mereatur; neque omninò non auxiliatrices manus *Pomeraniæ Hiſtoria* experta eſt. Sed quam multo plura ſuperſint manca, incerta, perplexa, fabulis conſpurcata, illi optimè norunt, qui in repurgando Augiæ hoc ſtabulo deſudarunt. Præcipuè *rerum Rugianarum* ferè neglectus eſt cultus. Vix trigam habe-

mus Scriptorum exiguæ molis, BARTOLDI KRAKEVITZI, magni olim Theologi noſtri, cujus hodienum cineres atque in Abnepote virtutes Patria veneratur, *Orationem de Inſula Rugiæ præſtantia, Gryph. 1622. in 4.* M. GE. CHRISTOPHORI LEMMII, *Rugiani, Diſputationes duas de Rugia Inſula 1678. Witteb. 4.* & *Relationem brevem de eadem Inſula ejusque ab inſultibus hoſtium per Campi-Mareſchallum* KÖNIGSMARCKIUM *liberatione 1678. idiomate germanico Sundiæ in 4. excuſas.* Hæc etſi non tam *Principatum*, quam *Inſulam* Rugiæ reſpiciant, cum *Chronico Rugiano Manuſcr.* M. ERN. HENR. WACKENRODERI, Præpoſiti hodiè Leutizenſis, rerum Patriæ geſtarum amantiſſimi Viri, omnem nobis BIBLIOTHECAM HISTORICAM RUGIÆ, Bibliothecam utique in nuce, ſiſtunt. Plurium igitur hic opus adhuc eſt Symbolis, quibus hanc meam commentationem ut adjicerem, amor Patriæ una mihi ipſimet Rugiano extitit cauſa. Nec omni utilitate vacuam fore hoc ſtudium meum, confido. Habuit ſemper, poſt conjunctionem etiam ſuam cum Pomeraniæ Ducatu, & hodienum habet Principatus Rugiæ peculiares ſibi rationes. Eaque, ut cetera taceam, ſub conditione Dux Pomer. WARTISLAUS IV. anno 1325. poſt fata WITZLAI IV. Principis, Rugianas terras Dominio ſuo adjecit, ut generalia æque ac ſpecialia earundem privilegia ratihaberet; ut indigenas Rugianos officiis publicis præficeret, ipſeque Principatus perpetuo jure indiſſolubilis indiviſusque eſſet, quemadmodum, in hæc omnia fidem tunc datam eſſe atque acceptam, ipſum WARTISLAI IV. Diploma de anno prædicto uberius teſtatur. Peculiari quoque ratione vi pacis Weſtphalicæ (Artic. X. n. 4.) Svedorum Sceptro ſubjectus eſt Principatus noſter. Cum enim intuitu Pomeraniæ & in Provinciæ partem & tituli communionem SERENISSIMA DOMUS BRANDENBURGICA veniret, ſolius Principatus Rugiæ ſolitariam non ſaltem poſſeſſionem, ſed & titulorum atque inſignium uſum una SVECIÆ CORONA obtinebat. Neque putes ab hac indole ſua receſſiſſe illum ex quo cum Pomerania citeriori ſub eodem regimine coadunatus exiſtit, ſed ex ſpeciali potentiſſimorum SVECIÆ REGUM indulgentia patriis ſuis moribus legibusque hodienum in dicundo jure utitur, & peculiares non tantum univerſa Provincia, ſed & ſinguli terrarum Tractus vetuſtis titulis der Land- und Garten-Voigte condecoratos Juſtitiæ Antiſtites ex illuſtrioribus gentis ſuæ familiis

Digitized by Google

famliis habet. Vid. Pommerſche Regiments- und Regierungs-Form *de anno 1663. Art. XI.* Sanè hæc omnia talia ſunt, ut, quam utilis, quid dicam utilis! quam neceſſaria ſit FINIUM PRINCIPATUS RUGIÆ HISTORIA, ſatis diſtinctè loquantur. Sed arduum etiam opus eſſe, quilibet mecum fatebitur, cum neminem præeuntem habeamus, niſi utroque pede in enarrationibus ſuis hic titubantes Chronicographos, quorum tamen veſtigiis inſiſtenti plus ſæpius periculi & confuſionis metuendum eſt quam lucis atque ſubſidii ſperandum. Non tamen omnem propterea animum abjiciendum putavi, aut à me impetrare potui ut à tantæ utilitatis argumento illum omnino cohiberem. Ex ipſis itaque vetuſtis chartis, aliisque antiquarum rerum fidis interpretibus, conſulendum hic Patriæ Hiſtoriæ duxi, tantumque tenebris, quæ omnia premere videntur, indè affundendum lucis, quantum id per ſubſidiorum ac ingenii tenuitatem fieri mihi licuit. Faxit DEUS ut in Nominis ſui Gloriam Patriæque emolumentum omnia cedant!

COMMENTATIO HISTORICO-GEOGRAPHICA, DE FINIBUS PRINCIPATUS RUGIÆ.

Omnis PRINCIPATUS RUGIÆ fida continuaque Hiſtoria à temporibus CRITONIS ſ. CRUCONIS tantum non univerſæ maritimæ Slaviæ potentiſſimi Dynaſtæ adeoq; [a] à medio circiter undecimi

[a] CRITO enim hic coætaneus fuit SWANTIBORI I. qui juxta chartas monaſterii Olivenſis 1107. obiit. De anno tamen, quo Principatum iniit CRITO, non ſatis inter Hiſtoricos convenit. BANGERTUS in not. ad Helm. Lib. I. C. 22. & 57. A. 1066 *Godeſcalcum* interemptum, *Critonemque* ipſi ſuffectum fuiſſe ſcribit. A KLEMPZEN in Gen. Princip. Rugiæ anno 1073. illum Ditmarſos expugnaſſe & Lubecam condidiſſe ait. Cum Bangerto conſpirat etiam MICRÆLIUS in Chron. Pom. Sed cum *Crito* eo tempore, quo *Godeſcalco* ap. Obotritos ſucceſſit, Rugianorum ſine dubio jam Princeps fuerit, exordium Principatus ejus Rugiani in qvinqvageſimum conjeci, certumque poſui pro incerto annum. Senium enim jam contraxiſſe dicitur *Crito* ubi ab *Henrico* interfectus eſt, ita, ut ſi A. 50. quo Reip. adminiſtrationem

decimi Seculi orditur, tribusque ætatibus, quas regentium diverſæ familiæ ab invicem diſtingvunt, abſolvitur. *Prima* ætate indigenarum Principum; *ſecunda* Pomeraniæ Ducum; *tertia* Sveciæ Regum imperio parentem ſiſtit. Priores duæ ætates ſuis iterum ratione finium periodis diſtingvuntur. Tertia continuo hucdum temporis rerumque fluxu labitur. Hunc igitur ordinem ab ipſa rerum geſtarum ratione petitum noſtra quoque tractatio obſervabit.

ÆTATIS PRIMÆ.

Periodus prima ab ineunte regimine CRITONIS usque ad mortem JAROMARI I. ſive ab anno 1050, usque ad annum 1212.

§. I.

RUGIANOS antiquiſſimis etiam Seculis, præcipuè ex quo Inſulani facti ſunt, ſemper res ſuas ſibi habuiſſe, certisque terminis ac limitibus à cœteris ſ. *Vandalorum* ſ. *Slavorum* terris, diſcretam Provinciam incoluiſſe, monumentorum indubitata fide [b] docemur. Suis & paruiſſe regibus [c] conſtat, Slavorum, quod volunt, vocabulo *Krola* nuncupatis, adeoque vel ipſo hoc monarchico imperio, à cœteris, qui ejus haud patientes fuiſſe creduntur, diſcretos. Hoc modo diſterminatam ab aliis Rempubl. jam effecerunt ſub Radeslavo ſive Ratzlaff, tempore Caroli M. circa A. 778. & imperantibus [d] Ludowico Pio, filioque Lothario I. ſub [e] Geſtimulo. [f] Succeſſerunt in eadem Reip. forma ſubindè alii, donec tandem rerum ſumma poſt mortem [g] Grimmi ad filium Cruconem tranſlata fuit.

§. II.

nem ap. ſuos ſuſcepit, 20. annorum ætatem habuiſſe, vitamque ad A. 1105. cum BANGERTO l. c. protraxiſſe ſtatuamus, 75. omnino vivendo compleviſſet annos, quod fieri facile potuiſſe quilibet dabit.

[b] TAC. L. de M. G. JORNANDES de rebus Geſtis. EICSTED. Epit. Ann. Manuſcr. &c.

[c] MICRÆL Chron. Lib. II. n. 22.

[d] CRANTZ. Vand. L. II. C. 25. HELMOLD. Chron. Slav. L. II. C. 12.

[e] MICRÆL. l. c. n. 27.

[f] NIC. à KLEMZEN in Gen. Manuſcr. Principp. Rug.

[g] *Grimus* dicitur ap. ALBERTUM Stadenſem, CRANTZIUM in Vand. MICRÆLIUM

Digitized by Google

§. II.

Eadem ferè tempeſtate *Obotriti*, (nunc Mecklenburgici audiunt) Principem ſuum GODOSCALCUM, qui nimium ipſis Chriſtianus fuerat[h] interfecerant. Veriti igitur ne filii, quorum bigam habebat, ſi rerum potirentur, paternæ cædis aliquando ab illis pœnas ſumerent, utroque poſt habito, [i] CRUCONEM ſibi Dominum eligebant, Heroem, ſi crudelitatis[k] nota cum odio Chriſtianiſmi abſuiſſet, & ſtaturæ proceritate & virtutis gloria inter maximos Seculi ſui numerandum, cujus Dominium ab occidente, *Nord-Albingi*, Holſatiæ incolæ, ab oriente *Pena* fluvius, & â Septentrionibus *mare Balticum* claudebant. Fuiſſe verò Critonem *Obotritorum* non ſaltem electum ſed & *Rugianorum*[l] Principem procul dubio hæreditarium, monumenta domeſtica tantum non omnia produnt. Neque eſt quod recentior eorum ætas nobis objiciatur, cum in HELMOLDO etiam, Scriptore magnæ in rebus Slavorum fidei ac Critoni ferè coætaneo non prætereunda aſſerti iſtius veſtigia offendantùr; Qvo refero quod, cum Lib. I. Chron. Slav. C. 34. n. 1. & 2. HENRICI, Godeſcalci interfecti minoris natu filii excurſiones in Critonis terras narrat, maritimas etiam oras Slaviæ, vel uti ipſe notanter loqui amat, *omnem maritimam Slavorum Provinciam*, ſcribat percusſam, & infinitam ex illis prædam actam eſſe, tertiumque repetita

LIUM in Chron. Pom. ſed ap. HELMOLDUM in Chron. Slav. *Grinus*, & HUITFELD. in Chron. Dan. corruptius adhuc *Crinus* ſcribitur. Habet quoque KANTZOVIUS in Chron. Pom. Manuſcr. *Grinus*, additque: Von welchem *Grin* man nichts findet/ aber ich halte er ſey etwan in den Schlachten/ die die Luticier unter ſich thaten umbgekommen. LAZIUS de Migrationibus gentium, uti ubivis ferè in Hiſtoria noſtra delirat, ita etiam *Grimi* voc. in *Chrinum* ipſi transfiguratum eſſe, non eſt, quod miremur. Id tamen propter tenuem notitiam quam de hoc principe habemus, obſervari meretur, quod ſub CONRADO II. Imper. HENRICI III. Patre celebratum fuiſſe *Grimum* noſtrum ſcribat, duosque filios *Lubemarum* & *Critonem*, â quorum primo Lubecam (quâ fide ipſe norit) nomen accepiſſe contendit, ab ipſo progenitos eſſe, vid. LAZ. l. c. L. XII. p. m. 653.

[h] HELMOLD. l. c. L. I. c. 22. ſqq. CRANTZ. L. III. c. 4. ſqq.

[i] HELM. l. c. C. 22. 25.

[k] In *Chronico Slav.* incerti autoris ap. LINDENBROGIUM cap. 20. dicitur Crito *Dei Tyrannus* & LAMBECIO in Origg. Hamb. *Obotritorum tyrannus*.

[l] EICKSTEDE in Epitom. Ann. KANTZOV. & MICRÆL. in Chronn.

Digitized by Google

vexatione, magnum omnibus Slavorum populis *inſulas & littus maris habitantibus* terrorem fuiſſe incuſſum, adeo quidem, ut & ipſe Cruco, ne perpetuis prædationibus cuncta exhaurirentur, pacis tandem conditiones admittere & HENRICO avitæ provinciæ partem concedere ſit coactus. Hinc enim elucefcit, quod præter *Obotritorum* terram, quam electione gentis conſecutus erat, omnis etiam Slavorum maritima ora, & illa quidem, *cui inſula objecta ſunt*, Cruconis imperio ſubjecta fuerit, quæ ſane Pomeraniæ citerioris oræ maritimæ vicinisque eidem inſulis, interquas Rugia nunquam non [m] caput fuit, vel ipſo HELMOLDO & ADAMO Bremenſi interpretibus, quam optime omnia conveniunt. Nec obſtat, unius ſaltem, quæ *Wilzorum* è regione poſita fuerit, inſulæ mentionem ap. ADAMUM *Brem.* & HELMOLDUM fieri, tres enim illas jam tum fuiſſe in iſtis oris Inſulas, quæ RUGIÆ, USDOMIÆ atque WOLLINI nominibus hodienum extant, etſi multis in locis, maxime qua mare ſpectant, aquarum eluvie nunc ſint concerptæ, ex ipſorum etiam HELMOLDI atque ADAMI Bremenſis aliis locis liquet. Nam dum ille L. I. C. I. hic autem Hiſt. Eccl. Lib. I. cap. 12. de tribus diverſis oſtiis loqvuntur in ea regione, quæ Julinum caput habebat, obviis, nihil ſanè aliud innuunt, quam quod duæ jam tum hic locorum obviæ fuerint inſulæ, USDOMIA ſc. atque WOLLINUM, quæ noſtra etiam, quod dixi, ætate ſuperſunt. Etſi enim de una ſaltem illi loquantur Inſula, quam tria freta (*Pena* ſc. & *Odera* oſtia) alluere narrant, lapſos tamen hic eſſe utrumque aprico clarius eſt die, ipſa rerum indole loquente, quod duo oſtia unam, ſed tria duas omnino inſulas faciant. Unde & non ſoli Pomeraniæ Hiſtorici CRITONEM RUGIANORUM PRINCIPEM habent, ſed exteri quoque agnoſcunt. Sic, ut â pluribus abſtineam, LAZIUS M. G. L. XII. p. m. 652. *Rugorum Regem* & HÜBNERUS rerum Hiſtoricarum vir periſſimus Tabb. Gen. 192. *Rugiæ Principem*. CASP. DANCKWERTHUS in deſcript. Ducat. Slesvic. & Holſatici *paganum Rugianum*, (einen Heyden aus Rügen) BURGOLDENSIS in Mantiſſa ad Inſtr. P. W. p. 108. *primum Rugiorum Principem, cujus facinora à Vandalicis ſcriptoribus accuratius annotata ſunt*, vocant: Hinc BANGERTUS in notis ad HELM. Lib. I. cap. 57. p. m. 139. Rugianos, dicit, tam crebras in HENRICI terras præſertimque

[m] HELMOLD. l. c. C. 2. ADAMUS BREMENS. de ſitu Daniæ. Chron. Slav. incerti autoris C. III.

Digitized by Google

que Lubecam, Urbem à Critone aut exſtructam, aut reſtauratam, invaſiones ſuſcepiſſe, ut mortem illius ulciſcerentur, cujus ſane nullus dolor eos anxiſſet, ſi alienum, non illorum HENRICUS interfeciſſet Principem.

§. III.

Aſt nunc etiam, qui fuerint *Reipublicæ Rugianæ* ſub CRITONE *limites*, diſpiciendum. Hoc rectè fieri nequit, niſi Geographicum illud ſyſtema, quod in (n) Hiſtoricis temporum iſtorum, de variarum Gentium Slavicarum maritimas ad Balthicum mare provincias incolentium ſitu offertur, perpetuo oculis obverſetur. Primi igitur, ut ab occidente ordiamur, *Vagrii* & hodiernam Vagriam & inſignem Holſatiæ partem ad Travennam usque habitabant; Horum vicini ab oriente erant *Polabi* terrarum Ratzeburgenſium incolæ; Polabos excipiebat *Obotritorum* natio, omnem, qui ad *Varnam* fere protenditur, terrarum Tractum complexa. Deinde (o) ſequebantur validiſſimi *Kizinorum* ſive *Chizzinorum* & *Circipanorum* populi, Dominium non modo Roſtochienſe, quod ad *Rekenitzam & Trebelam* fluvios excurrit, ſed & omnem cis *Penam* jacentem Provinciam, quam hodie POMERANIAM SVECICAM vulgò vocari audimus, ſibi occupantes. Tum ſuperatâ Penâ *Tollenſi*, Tollenſæ in Pomerania hodienum notiſſimi amnis accolæ obviam fiebant. His verſus Euro notum juncti *Redarii* ſ. *Rheteri* à *Rhetre* metropoli, ad *lacum recentem* ſita, ſic dicti, quorum ad *Oderam* protendebantur fines; Denique trans *Oderam* in omni terrarum ſpatio, quod ad Polonos usque pertingit, *Pomerani* ſedem habebant. Juvat porro hic obſervaſſe, quod *Kizinorum, Circipanorum, Tollenſorum* & *Rheterorum* commune omnium nomen (p) *Wilzorum* atque *Leuticiorum* fuerit, quodve adeò, quic-

[n] ADAMUS BREM. H. E. L. II. C. 10. ſqq. L. III. C. 22. 23. 24. & de ſitu Daniæ C. 21. ſqq. X. ſeriem in noviſſima LINDENBROGII Collectione Scripp. Sept. obſervatam HELMOLDO l.c. C. 2. 20. 21. & alibi paſſim. Cum his conf. Chron. Slav. incerti aut. c. 2. ſeqv.

[o] Ne objiciatur omiſſos hic eſſe *Warnavos* ſ. *Warnabos*, uti ADAMO BREMENSI vocantur; Hi enim mediterraneas tenebant ſedes. Noſtrum ſaltem eſt, matitimorum indigitare regiones.

[p] Fruſtra conſumunt operam, qui pro Slavicis venditant *Wilzorum* atque *Leuticiorum* vocabula. De primo enim expreſſe fatetur EGINHARTUS de vita &

quicquid *Warnam Oderamq;* fluvios interjacet regionis, unus hic ipſe ex 4. nationibus conflatus populus latiſſima ſane ditione tenuerit. Præſertim arctiori inter ſe vinculo jungebantur *Kizini* & *Circipani,* atque

& geſtis CAROLI M. *Slavis*, *qui noſtra conſvetudine* WILSI, *proprie vero*, h. e. *ſua lingva* WELATABI *dicuntur, illatum eſt bellum.* Imo expresſius affirmatur in ANNALL. rerum geſtarum à CAROLO M. verbis: *Natio quadam Slavorum eſt in Germania, ſedens ſuper littus oceani*, qui propria lingva VELATABI, Francica autem WILSI *vocantur*. Non eſt, quod huic effato opponantur verba ADAMI Bremenſis H. E. Lib. III. C. 24. *quatuor*, dicentis, *ſunt populi Winulorum*, *qui* ab illis WILTZI, à nobis verò LEUTICII *dicuntur*. Potior quippe hic eſſe debet EGINHARTI Autoriſque annalium modo dictorum autoritas, utpote qui in Aula Regis Francorum degentes *Slavicum* vocabulum pro *Francico* ſumſiſſe nemini facile præſumentur. Qvod vero ad *Leuticiorum* pertinet nomen, pro Germanico illud ſimpliciter declarari ab ADAMO Brem. in allegato ſuperius loco audimus. Cumque HELMOLDUS l. c. L. I. C. 2. à fortitudine WILZOS & LEUTICIOS dictos eſſe narrat, KANTZOVIUSQVE noſter in Chr. Manuſcr. *homines robuſtos atque virilis animi* ultimo ſpeciatim nomine indigitari contendat, non multum abeſt, quin pro indubitato habeam, à veteri germanica voce *Leudes* ſ. *Leodes* formatam hanc appellationem eſſe; Hoc enim nomine in Legibus Burgundionum & Weſt-Gothorum ſæpius veniunt, reipublicæ cives bonæ frugis, qui pro Patria & Principe fortiter depugnant, quo ſenſu TURONENSIS Hiſt. Lib. III. C. 23. ſcribit: *Theodbertus Rex à Leodibus ſuis defenſus eſt & in Regno ſtabilitus.* Imo ſi mavis *Gothico - Germanicum* eſſe dixerim. Gothis quippe juxta JOHANNEM PERINGSKIOLD in *annotat. ad vitam Theodorici p.* 364. *&* 382. *Lid* vel *Luit* & *Lyth* ſignificat Kriegs-Volck/ milites. Affirmat & Cl. OLAUS RUDBECK in Specimine uſus Lingvæ Gothicæ p. 18. *Lyde* & *Lüde* ſervum notare atque miniſtrum contendens. In ſpecie de *Leuticiorum* nomine obſervari adhuc meretur, quod triplicis illud apud Scriptores latitudinis ſit; Modo enim in ampliſſimo ſignificatu accipitur, de quo vid. Pomeranica callentisſimi DREGERI Specimen Introd. in Hiſtor. finium Pom. anno 1721. ſub Præſidio Domini ANDREÆ WESTPHALII, Academiæ noſtræ p. t. Rectoris Magnifici, Fautoriſque mei magnopere colendi, non ſine applauſu in publico Diſputantium conflictu defenſum. Adjiciatur tamen illis, quæ ibidem ad probandam hanc acceptionem allata ſunt, locus apud HELMOLDUM Lib. I. C. 62. ſub init. occurrens, in quo *Leuticii* quoque dicuntur, qui *Wagriis* ſunt contermini, *Polabi* alias peculiari nomine ubivis vocati. Interdum etiam anguſtisſimo ſenſu ſoli *Tollenſi atque Rheteri* hoc titulo ſalutantur, uti conjicere licet ex fine cap. 36. L. I. ejuſdem Helmoldi. Inter utrumque medius ac frequentisſimus eſt ille ſignificatus, qui ad qvatuor populos ſupra commemoratos extenditur. Cæterum de origine populi *Leuticiorum* conf. MICRÆL. l. c. L. I. n. 21.

Digitized by Google

atque promiſcuis ex parte ſedibus utebantur. Quæ forſan eſt ratio, quod CRANTZIUS *Vand.* L. II. C. 20, L. III. C. 23. de utroque tanquam de uno locutus eſt populo. Id quidem certum ſatis, non in Mecklenburgico tantum ſolo, ſed & in Pomeraniæ Ducatu Rugiæque Principatu, qua *Penam* fluvium uterque contingit, ad *Gutzkoviam* usque (ne quid amplius dicam) ſedes aliquando provexiſſe. Non enim nominibus propriis villarum, quæ in hoc terrarum tractu *Kiſſinorum* ſive *Keſſinorum* memoriam vel hodie ſervant tantum, probatum id datur, ſed utique cis *Trevelam* ſive *Trebelam*, *Kizinos* vel *Kiſſinos* habitaſſe, (q) è bullis ALEXANDRI III. & COELESTINI III. Ponti-

tifi-

(q) Exhibentur illæ inter Privilegia Hamburgenſis Archi-Eccleſiæ in collectione recentisſima LINDENBROGIANA Scriptt. Septentr. p. 167. & 169. Prior ALEXANDRI anno 1177. poſterior COELESTINI anno 1191. emanavit. Ultimæ hujus verba huc facientia ita fluunt: *In Kizin*, ſcil confirmamus, *Wotencba prope Dimin cum aliis 4. villis.* Ubi ſane *Wotencba* procul omni dubio eſt villa *Wotenick*, quæ in privilegio, quod Duces Pomeraniæ BOGISLAUS IV. BARNIMUS II. & OTTO I. anno 1292. Civitati Deminenſi impertiti ſunt, *Wotencke* nominatur, & civitati cum perpluribus aliis prædiis in peculium conceditur. Talia enim ut credamus & ipſorum convenientiâ nominum, & monſtratus hic villæ ſitus abunde perſvadent. Reliquas autem 4. villas, quæ pariter in allegatis Bullæ iſtius verbis Eccleſiæ Sverinenſi collatæ leguntur, in interioribus atque à *Trebela* verſus orientem longius recedentibus ſitas fuiſſe regionibus, non ſinit me dubitare, quod Epiſcopum Romanum in recenſendis locis cœteris plerumque hic ab occidente verſus orientem ſolere procedere obſervavi, unde probabile ſit, eodem etiam ordine in terra *Kizinorum* illum uſum fuiſſe. Non magis igitur reprehendendus erat BANGERTUS OLDENBURGIO *in Schediasmate de Mecklenburgenſium converſione* § 7. quod *Kizinos* circa *Gripbiswaldiam* noſtram atque *Gutzkaviam* habitaſſe in notis ad HELMOLDUM exiſtimat, quam ipſe DN. OLDENBURGIUS, quod ſoli Roſtochienſium territorio eosdem adſcribit. Uterque verum quidem, ſed inadæquatè dixit. Pari enim jure & *Pomerania* ſibi *Kizinos* vindicat & *Mecklenburgum*, ita tamen ut majorem populi partem hodiernam Megapoliam incoluiſſe, demus. An vero & *Circipanorum* in utraque Provincia posſesſio fuerit de eo valde adhuc dubito. In Schediasmate quidem jam memorato l. c. Tractus etiam *Malcbinenſis* ad ditionem eorum pertinuiſſe ſcribitur, ſed vereor, ut idoneis argumentis hoc adſtrui posſit. Ne *Demminenſes* quidem, pro *Circipanis* haberi amplius poſſe, ſed finibus *Kizinorum* jam annumeratos fuiſſe, Papæ COELESTINI non obſcurè nos docuit Bulla, perdocetque altera ALEXANDRI III. in qua *Demminenſis* regio & terra *Circipanorum*,

tificum, quibus fundationem atque dotationem Eccleſiæ Epiſcopalis Sverinenſis confirmarunt, evinci poteſt.

§. IV.

rum, *Circipene* ibidem vocata, tanquam res diſparatæ ſibi invicem contradiſtingvuntur. Multo igitur minus ad *Malchinenſium* Tractum, qui ultra Demminum eſt, ſedes protraxiſſe *Circipanos* crediderim, in quam ſententiam quoque HUITFELD in Danmarkis Rigis Kronicke p. 153. de *Circipanis* ſcribit: *Som ligger hos Triboæs. Sundenſes*, (CRANTZ. Vand. L. 7. C. 15.) *Bardenſes*, *Damgardenſes*, *Tribuſeenſes*, *Grimmenſes*, *Wolgaſtanas* & *Gryphiswaldenſes* terras à *Circipanis* habitatas fuiſſe, certum puto. Hæc nobis ediſſerendi anſam præbuere verba Bullæ COELESTINI ſuperius allata. Eandem vero donationis villæ *Wotenick* confirmationem etiam ALEXANDER III. jam ante COELESTINUM anno 1177. elargitus erat, ſed more in Romanis Diplomatibus fere ſolito, ita depravatis locorum rerumque nominibus propriis ab illo omnia obſcurantur, ut, niſi clariori aliquanto ſermone hic uſum COELESTINUM interpretem præmiſiſſemus, fruſtra de ſenſu eorum, quæ ab *ALEXANDRO* dicuntur, enodando vel Oedipus laboraret. Verba Papæ, poſtquam de 5. villis circa *Warin* usque ad *Glambike* (quod de urbe *Waren* & *Galenbeke* in Dominio Stargardenſi Pomeraniæ contermina villa interpretor,) locutus eſt, ita leguntur: *Et ultra Nivele, Wolcbxa pleno conſenſu prædicti Principis Prebeslai, cum omni juſtitia & utilitate* (ſcil. *confirmamus*.) Hic mihi *Wolcbxa* vocabulum (in quo vel ipſa incondita omnem pronuntiationem reſpuens literarum conjunctio, corruptam ſcriptionem prodit) idem illud *Wotencba COELESTINI* eſt, omnis nempe difformitas in literis l. c. h. x. reſidere cuilibet facile patet. Sed redde τῶ *l.* lineam transverſam, ſic *t*; reſtitue τῶ *c.* circellum recurvum ipſi ademtum, ſic *e*; adime τῶ *b.* incongruum uncum, ſic *n.* tibi recuperabis. Fac denique *k*, quod leviſſimo ſcriptionis errore in x transfigurari potuit, poſtliminio etiam redeat, atque ſic tibi loco fictitii *Wolcbxæ*, *Wotenka*, h. e. idem illud *COELESTINI Wotencba* redibit. Simili Ortographiæ nævo laborat vox *Nivele*, ſub qua, niſi omnia me fallunt, Pomeraniæ Rugiæque noſtræ *Trebela* ſ. *Tribela* offertur. Non capto muſcas. Cui enim ductus literarum iſtius Seculi vel mediocriter innotuerunt, ille quam facillime mihi largietur, quod literæ t & r immediate & arctius conjunctæ Lectori non ſatis cauto, præſertim extraneo Italo, ſpeciem *N.* majuſculi ſive Romani, uti quidem manu illud pingi conſvevit, præbere potuerint. *Confirmatur itaque Eccleſiæ Sverinenſi villa WOTENIK ultra TREBELAM ſita.* Atqui hunc ſenſum etiam contextus verborum infert. De villis enim terrarum PRIBISLAI ſermo eſt Papæ, ille Dominus Provinciæ *Kizinorum* erat, quam ultra *Trebelam* in Pomeraniam etiam procurriſſe audivimus. Ubi igitur omnia loca, quæ cis *Trebelam* è Ditione PRIBISLAI Eccleſiæ donata erant, recenſuerat Papa, tandem & ultra *Trebelam Wotenka* villa nominari debebat.

Digitized by Google

§. IV.

His prælibatis qvæſtio oritur: Qvibusnam populorum iſtorum hæreditario jure imperaverit CRITO? Hanc ut diſtinctè reſolvamus, antè omnia obſervandum videtur, quod medio fere Seculo XI. vel omnino circa A. 1060. omnis ora maritima, quam Balthicum mare ab *Holſatia* usque ad *Poloniam* ambit, tribus diverſis ſubjecta fuerit Principibus. Ab occidente GODESCHALCUS Miſteboi Bilungi trinepos ardenter Chriſtianus *Obotritos* regnabat. In adverſa orientis plaga SVANTIBORUS familiæ Ducalis Pomeraniæ, quod novimus, Sereniſſimus ſator, *Pomeranorum, Rheterorum & Tollenſorum* rem publicam adminiſtrabat. In medio igitur conſtitutus CRITO, præter *Rugianos inſulanos, Kizinos* etiam atque *Circipanos*, ſive tractus terrarum *Roſtochienſem, Gnoyenſem*, cum Ditionibus cis *Rekenizam* atque *Trevelam* ad *Penam* diſtentis, imperio ſuo complectebatur. Fateor temerariam cuiquam videri poſſe hanc meam partitionem; ſed audendum eſt aliquid in Hiſtoria antiqua, ubi non ſemper apodicticæ demonſtrationes haberi poſſunt. Parum hic ſcietur, ſi conjeciſſe periculum eſt.

§. V.

Ne tamen hanc meam ſententiam nullis plane, aut ſaltem ficulneis argumentis ſuperſtructam eſſe exiſtimes, aliquanto penitius eam nunc duco evolvendam. Qvod itaque *Obotritos* ſolum, non vero ſimul & *Kizinos* ad rempublicam GODESCHALCI referendos putaverim, (r) HELMOLDI me movit præcipue autoritas, *Obotritorum* Principem illum in oppoſitione ad *Kisſinos* & *Circipanos* appellantis. Qvin ex ipſa enarratione graviſſimi belli, quod inter *Circipanos* & *Kisſinos* ex una, (s) interque *Tholenſos* & *Rheteros* ex altera parte temporibus hujus Principis de ſummatu poteſtatis atque honoris

[r] Chron. Slav. L. I. C. 21. add. CRANTZIUS Vaud. L. III. C. 2.

[s] HELM. l. c. ADAM. BREM H. E. L. III. C. 24. Non eadem tamen ratione uterque ſcriptor belligerantium partes introducunt. Ille bipertitos fuiſſe quatuor illos populos refert, unam cauſam *Circipanis* atque *Kisſinis*, contrariam autem *Tolenſis & Rheteris* tuentibus. Hic autem ſolos *Circipanos* cœterorum inſultus ſuſtinuiſſe & incredibili ferè virtute ter repreſſiſſe ſcribit. Sed *HELMOLDI* ſententiæ, *EIKSTEDIUS* in Epit. Annalium Manuſcr. *MICRÆL.* in Chron. Pom. *KANTZOV.* iu Chr. Manuſcr. prætcrque iſtos & perplures alios etiam *CRANTZIUS* Vandal. Lib. III. C. 2. ſubſcribunt.

noris adminiſtratum eſt, luculentius vel leviter penſitanti apparet, non *Kizinos* magis quam *Circipanos* inter ſubditos ejus numeratos fuiſſe. Ter enim victi *Rheteri* & *Tolenſi* inter alios ad GODESCHALCUM quoque confugientes, auxilia adverſus hoſtes ab ipſo impetrabant, ſed nunquam impetraſſent, ſi contra proprios ipſius ſubditos efflagitaſſent. Dixi in oppoſita orientali plaga SVANTIBORUM non tantum *Pomeranis* ultra Oderam, ſed & cis eandem *Rheteris* atque *Tolenſis* imperitaſſe. Nec quicquam præter rem hic dixiſſe videbor illis, qui primæ ſaltem diviſionis (t) terrarum hæreditariarum inter filios SVANTIBORI an. 1107. (u) factæ recordabuntur. Tunc enim conſtans Hiſtoricorum noſtrorum traditio eſt, WARTISLAO & RATIBORO contigiſſe quicquid terrarum inter (w) *Megapoliam atque Perſan-*

[t] Clariſſima ſunt verba *VAL. EICKSTADII* in Epitome Ann. Manuſcr. ad an. 1107. *Mortuo Svantiboro an. Domini* 1107. *filii, quos* 4. *reliquerat, regnare cœperunt, factaque diviſione Vartislaus & Ratiborus citeriorem Pomeraniam, quæ à Megapolia, quam conterminam habet, initium capit, & ad Parſantam pertingit, obtinuerunt.* In eandem mentem *MICRÆL.* l. c. L. II. n. 58. & 67. *KANTZOV.* Chr. Manuſcr. atque alii plures ſcribunt.

[u] Sequor hic computum EICKSTEDIO l. c. obſervatum. MICRÆLIUS non ſatis hic ſibi conſtare videtur Lib. II. n. 58. enim an. 1111. hanc terrarum partitionem factam eſſe tradit; ſed n. 67. verius quidem ad an. 1108. eam rejicit.

[w] Imo ultra fines Megapoliæ hodiernæ SVANTIBORI vel ſaltem filiorum illius atque Succeſſorum poteſtatem dilatatam fuiſſe ex CRAMERO Gr. P. K. Chr. L. I. C. 16. & 32. atque MICRÆL. L. III. n. 16. probatur. Equidem HARTKNOCHIO ſuſpecta videtur CRAMERI relatio, quod WARTISLAUS etiam *Guſtroviam* poteſtati ſuæ ſubditam habuerit, ſuoque nutu à gentiliſmo repurgandam eandem curaverit. Ideoque putat MICRÆLIUM Guſtroviæ mentionem facere non fuiſſe auſum. Sed immerito hæc ſuſpicatus eſt, cum pro CRAMERO etiam faciat Diploma indulgentiarum *Innocentii Pontificis* Sacello St. ſangvinis Guſtrovienſi an. 1486. impertitum, in quo uti apud FRID. THOMAM in Luthero Biſſecli - ſene p. 8. exhibitum oppidum *Guſtrowe Caminenſis Diœceſis* eſſe ſcribitur, haud obſcure judicio quod Principum Pomeraniæ Jurisdictionis illud temporibus plantatæ ibidem Eccleſiæ fuerit. Neque obſtat, quo minus cis-Oderana Provincia SVANTIBORO jam paruiſſe dicatur, quod HARTKNOCHIUS l. c. ex HELMOLDI L. I. C. 36. objecit. Diſtingvantur tempora, tum hæc quoque concordabit Scriptura. Potuit HENRICUS Princeps Obotritorum poſt interfectum CRITONEM & mortuum SVANTIBORUM tam feliciter res ſuas egiſſe, (ſed num revera egerit infra vide-

Digitized by Google

Perſantam ulterioris Pomeraniæ inclytum amnem continetur, imo exercuiſſe dominium in Provincia hac cis-Oderana WARTISLAUM & Status atque civitates ejusdem *Usdomiam* ad (x) comitia provincialia convocaſſe; paruiſſe etiam iſtos atque apparuiſſe converſionis Pomeraniæ Hiſtoria dubitare neminem ſinit. Fuiſſe igitur inter poſſeſſiones SVANTIBORI, quod filii tanquam patrimonii ſibi relicti partem revera acceperunt, extra omnem poſitum eſt controverſiam. Non contemnenda etiam dictorum veſtigia occurrunt, in certamine illo *Lutitiorum* antea jam commemorato. Vix enim puto bis victos, multisque millibus cæſis victos Trans-Penanos *Tolenſorum* & *Rheterorum* populos tertia vice adverſus hoſtes victores in aciem prodire potuiſſe, quod tamen nullis hucdum extraneorum principum auxiliis muniti feciſſe dicuntur, niſi Pomeranos ultra Oderam incolentes concives habuiſſent indeque vires reparaſſent.

§. VI.

Denique quod inter GODESCHALCI & SVANTIBORI Dominia utrinque comprehendebatur regionis ſpatium à *Kisſinis* & *Circipanis* habitatum CRITONI noſtro tanquam provinciam hæreditariam adjudicavi, non uno inductus argumento. Prima hujus rei indicia iterum mihi invenire videor in Hiſtoria belli illius, *Kizinorum* & *Circipanorum* cum *Tolenſis* & *Rheteris*, ab HELMOLDO deſcripti. Major hic imperata inferioribus tandem *Circipanis* atque *Kisſinis* mulcta erat

videbimus) ut Pomeranis etiam ad Poloniam usque jugum impoſuerit. Hæc tamen SVANTIBORI ætate ipſoque mortis illius tempore, quod noſtra nunc reſpicit tractatio, jam tum facta fuiſſe, quemodo demum HARTKNOCHIUS probabit? Haud igitur ipſi largiri poſſumus BOGISLAI I. atque CASIMIRI I. SVANTIBORI noſtri nepotum ætate demum *Lutitios* iſtos populos Pomeraniæ ſubjectos fuiſſe, cum filius illius WARTISLAUS I. *Lotzenſes, Demminenſes, Treptoenſes* aliosque provinciæ *Lutitiorum* ordines *Usdomiam* evocavit, ac adeo ſuperioritatem territorialem in iſtis regionibus ſine ullius contradictione exercuerit; inſuperque Diploma ſuperſit WARTISLAI I. (quod à DREGERO ex promiſſo in Diſp. ſupra citata dato publicandum exſpectamus) ubi ipſe ſe Ducem non tantum Pomeraniæ atque Sedini, ſed & *Lutitiæ* dixit, confer. Præf. ad Lib. VI. Chron. MICRÆL. & infra nota [ ] ad §. XI.

[x] CRAM. Gr. Pom. K. Chr. L. I. C. 30 MICRÆL. L. II. n. 68. p. 236.

erat (y) 15000. marcarum, quæ BANGERTO ad h. l. putante 15000. imperialium ſummam æquavit, quam ut ab ipſis perſolvi potuiſſet, in ea præſertim, quæ apud iſtas gentes tunc fuit nummorum penuria, niſi eadem cum Rugianis civitate gaudentes ad ſacrum ſc. *Svantoviti* communem theſaurum recurrere licuiſſet. (z) His accedant monumentorum domeſticorum & extraneorum Hiſtoricorum teſtimonia fide digna. EICKSTEDIUS *Epit. Ann. Manuſcr.* ejusdem hujus belli Hiſtoriam nectens, quos modo *Circipanos* atque *Kizinenſes* dixerat, mox communi utrisque nomine *Rugianos* appellat. MICRÆLIUS (a) non magis pro *Rugiano* quam *Lutitio* CRITONEM habet, & ad *Principatum Rugiæ* præter Sundenſem, Bardenſem, Grimmenſem, Tribeſeanum agros, comitatum quoque *Gützkovienſem*, tractum *Gryphiswaldenſem, Loizenſem, Abbatiam Eldenavienſem, Præfecturamq; & civitatem Wolgaſtanam* (b) refert. CRAMERUS RATZEUM CRITONIS Succeſſorem

[y] Solis Rugianis Inſulanis ab HENRICO Obotritorum Principe ad redimendam pacem, filio etiam WOLDEMARO occiſo, non niſi 4400. marcæ imponebantur, juxta HELMOLDUM l. c. C. 38. quæ ergò futura eſſet proportio? Niſi dicamus gravius delictum minori ſumma hic eſſe expiatum, quod, jam antè ſubactis *Circipanis* & *Kisſinis*, ſoli inſulani rebellionis pœnas dabant, cum tempore GODESCHALCI univerſa Rugiana Reſpublica plecteretur.

[z] Totum igitur hoc bellum, non tam ſacrum, atque ob prioratum Idolorum SVANTOVITI & RADEGASTI, quam politicum & ob ſuprematum Principum hinc Rugiani, illinc Pomerani geſtum fuiſſe credo, imo ante hoc bellum *Tollenzos* etiam & *Retheros* Rugiano Sceptro ſubfuiſſe, indè conjicio, quod motum hoc à dictis modo populis bellum *rebellionem* HELMOLDUS non certè ſine cauſa dicit. Ipſum GRIMUM Cruconis Patrem in eo occubuiſſe KANZOVIUS in Chron. Manuſcr. autumat, quare crediderim ego, poſt mortem Parentis eo vehementius illud à filio continuatum, tandemque inter conditiones pacis mutua adſtipulatione matrimonium cum Slavina SVANTIBORI filia ineundum firmatum fuiſſe.

[a] l. c Lib. II. n. 55. & Lib. VI. n. 19. l. c. Lib. I. C. 40.

[b] Sæpius in determinandis limitibus hujus Principatus non ſatis ſibi conſtare, adeoque incertæ cauſæ indicia prodere videtur. Modo enim coarctat illos & tantum non ſoli inſulæ includit, modo dilatat & auguſtisſimos facit. Hæc res, fateor, non ſemel dubium me movit atque ſtomachum. Sed ex paraleliſmo demum Hiſtorico & analogia penitiori rerum apud Rugianos geſtarum, didici venerari hujus ſcriptoris fidem ſatis hac quidem in parte ubique ſui memoris, modo Lectorem ſortiatur Potentatus Rugiani vicisſitudines & revolutiones

Digitized by Google

ſorem præter Rugiam quoque *Wolgaſtenſium* terram (quæ Provinciæ Circipanæ portio erat,) obtinuiſſe ſcribit. Confirmantur quæcunque ab iſtis dicta ſunt denuò apud HELMOLDUM, cum in(c) *univerſa terra Slavorum dominium obtinuiſſe Critonem* pronuntiat. Parebant non ſaltem *Obotriti* ſed & *Marchici Slavi* imperio ejus. Qva igitur veritatis ſpecie *Kizinenſes* & *Circipanos* omnium proximos & ante portas quaſi inſulæ ſuæ conſtitutos ſui fuiſſe juris (d) exiſtimabis? Hæreditarium

lutiones callentem. Ita hic quoque dictis ſuum robur ineſt, ſi ad eam in qua nunc ſcriptio noſtra verſatur ætatem referantur; Secus futurum ſi cum ſequiori tempore componere ea vellemus. Eadem cautione opus eſt, legenti Chronicon SCHOMAKERI Pom. Manuſcr. ap. quem æque latè patere Principatus noſtri limites teſtantur apertè verba: Unter das Fürſtenthum Rügen gehöret/ das Land Barth/ Grimmen/ Tribſees und die Abthey zum Camp / und das beſchloſſen Land auffm Darße/ auch die Graffſchafft Gützkow. Hat Städte: Stralſund/ Greyffswald/ Lôitz und den Flecken Gützkow / die Abthey Eldenau / und die Stadt und das Ambt Wolgaſt.

[c] HELMOLDUS Chriſtianus non modo, ſed & Eccleſiæ Presbyter, ſine dubio favorabilia, quæ de CRITONE ipſi narranda fuerunt, non extendit. In omnium enim memoria & oculis adhuc erant tempore illius funeſtæ crudelitatis veſtigia, qua graſſatus hic Princeps erat in Sacra & corpora Chriſtianorum. Magnum itaque omninò faciendum eſt iſtud ab hoſte profectum de amplitudine Dominii CRITONIS teſtimonium. Verè dicere potuit in univerſa Slavorum terra imperaſſe eum. Nam & Pomerani, cum durius ipſis videretur ſubjectionis jugum â SVANTIBORO impoſitum, quam ut libertati eorum conveniret, teſte MICRÆLIO l. c. Lib. II. n. 63. in generum CRITONEM tranſtulerunt Dominium jure tutelari juniorum Principum filiorum nomine illius adminiſtrandum. Ita ut utique ea tempeſtate omnis ab Holſatia ad Poloniam usque extenſa Slavia illum venerata ſit Monarcham.

[d] Non igitur â vero aliena ſunt, quæ tradunt MICRÆLIUS l. c. Lib. VI. n. 1. EICKSTEDIUS in deſcriptione Pomeraniæ apud CRAM. Gr. K. Chr. L. I. C. 9. ÆNEAS SYLVIUS in de Statu Europæ FRID. III. Cap XXIII. f. 68. Tom. II. ſcriptt. Germ. â FREHERO editt. FRANC. IRENICUS L. XII. Germ. Exeg. f. 220. b. ſub lit. P. Pomeraniæ olim fines ad Warnam usque patuiſſe & *Roſtochium* quoque ei accenſendum ſcribentes. Hac tantum cautione adhibita, ne de Pomerania Principatui Rugiæ contradiſtincta & ſpeciatim, ſed generatim ſic dicta intelligantur ea; quatenus nempe â conjunctione utriusque Reipublicæ ſub uno Ducum Pomeraniæ & poſt extinctam eorum familiam Potentiſſimæ Coronæ Svedorum regimine eodem Pomeraniæ nomine Principatus etiam Rugiæ, ſaltem qua continentis terræ eſt, nuncupari conſvevit. Spectant huc verba SCHOMAKERI in Chr. Manuſcr. Wiewohl Pommern/Caſſuben/ Wenden/ Rügen/ ihre eigene Nahmen und Grentzen haben/ ſo iſts doch in eine Gewohnheit kommen/ daß man die Lande alle Pommern heiſſet.

Digitized by Google

um autem Provinciæ hujus Dominum fuiſſe, non levi probabilitate, ut credam, inducor. Præcipua mihi argumenta ſunt 1.] quod Rugiani, ex quo Inſulam inhabitare cœperunt, ſemper etiam (e) probatæ autoritatis Scriptoribus adjacentes in continente terras poſſediſſe creduntur. 2.] Sub Circipanis etiam (f) Rugiani intelliguntur, adeoque cum cis-Penanis terræ continentis incolis unum eundemque populum fecerunt. 3.] GRIMUS, ut alias memoratum, regiones iſtas jam (g) tenuit, inque CRITONEM filium jure hæreditario transtulit. 4.] A CRITONE ſive filius ſive ex fratre nepos atque Succeſſor RATZEUS eodem ſangvinis jure illas accepit. Qvod ad *Kisſinos* ſpeciatim attinet, illos etiam inter hæræditarios CRITONIS ſubditos

[e] Ex aliis hic nominaſſe ſufficiat J. C. SPENERUM, magnum Virum & antiquitatum Germanicarum feliciſſimum interpretem, cui in Not. Germ. antiqv. L. V. C. 4. §. 7. not. 2. Rugii etiam prope Inſulam videntur coluiſſe, quam poſt TACITI ætatem occuparunt cuique nomen indiderunt Rugiæ, & MICRÆLIUM L. I. n. 12. 20. 21. alibi. Eademque etiam terminorum ſtatus Rugiani amplitudo Sec. IX. LUDOVICO PIO & LOTHARIO I. Imperatoribus jam fuit. Patet hoc ex ultimi hujus donatione, qua devicti à ſe Regis Rugiani Geſtimuli terras Corbejenſi conceſſiſſe Monaſterio legitur. In Corbejenſi Chronico enim ap. MEIBOMIUM Tom. I. Scriptt. Germ. p. 755. claris id, verbis teſtatur Autor: *Dominus Lotbarius Imperator*, dicens, *tradidit Rugiam Inſulam, cum tota circumjacente Provincia.* Et Autor Annal. Paderborn. L. II. p. 127. in eandem ſententiam ſcribit.

[f] NICOLAUS à KLEMPZEN in Chr. Manuſcr. ad an. 1026. *Circipaner* ſind die Wolgaſtirer/ Bardirer und Rugianer/ *tradit.* Imo & *Wilzorum* nomen *Rugianos* ſub ſe comprehendit, ac promiſcuus utriusque denominationis ap. Scritores non raro uſus eſt, ut apud HELMOLD. l. c. L. I. C. 15. Unde apud SPENERUM Not. Germ med. C. 4. §. 6. not. 1. poſt *Obotritos*, qua occidentem ſpectant, ne nominatis quidem *Kisſinis*, Rugiani immediate ponuntur. Et V. E. LOESCHERUS, admirandum illud Eccleſiæ purioris omnigenæque eruditionis Lumen in der Einleit. zur *Hiſt. medii ævi Sect. III. p.* 209. ſub *Wilzis* Rugianos quoque peculiarem conſtituiſſe pagum non dubitat aſſeverare. Die Wilzi waren weiter Oſt-werts/ inquit, wo jetzt Vor-Pommern gelegen; und gehörten dazu der pagus Kisſinorum, Circipani und Redariorum oder Tolenze, (credo u. Tolenſer) auch aller Muthmaßung nach die *Rugiani* auf der Inſul Rügen. Hinc dubium penes me quidem nullum eſt, ſpectare etiam ad Rugianos quæcunque in Scriptoribus de Wilzis in genere traduntur.

[g] Hujus rei veſtigium hucdum obvium eſt in nomine urbis *Grimmæ*, cui appellationem & Originem *Grimus* dediſſe traditione haud ſuſpecta à Scriptoribus perhibetur.

Digitized by Google

ditos eo minus numerare dubito, quo lucidius ex iis, quæ de GODESCHALCI ditione, ejusdemque finibus evicta ſunt, jam eluceſcit, non fuiſſe hujus illos poteſtati ſubjectos. Hoc enim ex conceſſo per ſe mihi fluere videtur, ad civitatem Rugianam Parentis Critonis GRIMMI, pertinuiſſe. Ne quid dicam de ipſo terrarum, quas inſidebant, ſitu, qui talia ut (h) ſtatuamus omninò ſvadet.

C §. VII.

[h] His omnibus hactenus diſputatis magnoperè obloqui videntur PROCOPIUS in Hiſt. Goth. DITHMARUS Merſeb. atque HELMOLDUS in Chronic. Saltim iſtorum præcipue nixus teſtimoniis MICRÆLIUS in illam devenit ſententiam Chron. L. II. n. 11. 58. & 65. quod *Lutitii* ſive *Wilzi* iſtis temporibus Reges aut Principes hæreditarios nondum habuerint, populari regimine cuncta gerentes, donec poſt fata SVANTIBORI ſponte ſua avitam libertatem deponere & WARTISLAI filii ejus dominio ſe ſubmittere conſultius judicaverint. Qva ſtante ſententia, noſtra certè hypotheſis de populis iſtis, hinc Critonis, illinc Svantibori Reipublicæ accenſendis prona ruina collabitur. Ne igitur hic cauſæ deſimus noſtræ, ſuis ipſi antiquiores illi Scriptores verbis loquantur. PROCOPII l. c. L. III. ſic habet oratio: *Gentes illæ Antæ ac Sclavi non unius reguntur imperio, ſed omnium conſenſu, ideoque ſi quid utile aut damnoſum creditur, de eo in concilio agitur.* DITHMARI verba l. c. L. VI. p. 136. ſunt: *Illis* (Lutitiis) *Dominus ſpecialiter non præſidet ullus. Unanimi conſilio ad placitum ſuimet neceſſaria diſcutientes, in rebus efficiendis omnes concordant.* HELMOLDI denique ſic concepta relatio: *Rani*, qui & *Rugiani*, *gens fortiſſima Slavorum, qui ſoli habent regem, extra quorum ſententiam nihil agi de publicis rebus fas eſt.* Jam vero hic fateor, me nullibi invenire, quæ MICRÆLIUS inveniſſe ſibi videtur. Procopium nihil aliud audio dicentem, quam 1.] quod non ſub unius imperio *Antæ* & *Slavi* ſteterint; Et hoc quidem procul eſt dubio, quia quot nationes eorum, tot erant Reſpublicæ ſuis ſingulæ parentes principibus. 2.] Non negat fuiſſe regentis apud illos imperium, ſed unius imperio fuiſſe rectos, unius arbitrio reſpublicas illorum adminiſtratas, negat. Dithmarum, Hartknochius Origg. Pom. jam interpretatus eſt, de ſua ſpeciatim locutum fuiſſe ætate. Qvod uti forſan diſplicere non poterat, cum & in hæreditariis regnis non raro ejusmodi viciſſitudines occurrant; Ita omnino obſervatu hic dignum arbitror, quod non regem ſed *ſpecialem* ſive *peculiarem*, ſed *abſoluti imperii regem* haud habuiſſe Lutitios ſcribat. Nec ſatis certum eſt, quosnam hic intelligat *Leuticios* Dithmarus, cum L. VII. Chron. *Abotriti* etiam & *Warini* ſub *Leutitiorum* nomine veniant. Denique & Helmoldum ſuorum tantum temporum Hiſtoriam deſcripſiſſe novimus, adeoque illum rerum ſtatum, qui tunc fuit, ob oculos habuiſſe, non eſt quod dubitemus. Vivebat autem atque ſcribebat Sec. XII. quo tempore primum Hen-

ricus

§. VII.

Poſſeſſionum tam opimarum (i) caput *Inſula* erat *Rugia*, quam *Rugi* veteres, ex quo priſtinis in ulteriori Pomerania habitationibus relictis incolere cœperunt, præcipuam ſemper tutiſſimamque fortunarum ſuarum (k) ſedem habuere. Hæc pedeſtri itinere adiri non

ricus Obotritorum Princeps Godeſchalci filius & poſtea potentisſimus ille Saxonum Dux HENRICUS re atque nomine Leo, conjunctis cum WALDEMARO I. Danorum Rege viribus, omnes ad *Penam* usque Slavorum populos ſub jugum miſerant. *Rugiani* autem undis circumfluentibus muniti, iſta tempeſtate diu immunes, à RATZEO, & poſtquam ille fato conceſſerat TETZLAVO majori natu filio ejus *regia manu* regebantur; tantum viribus pollentes, ut etiam Reges Danorum invaſionibus laceſſere, veteresque injurias ulciſci auderent. Tunc omnino *ſoli Rugiani regem habebant*. CRANTZ. Vand. L. V. C. 32. conf. infra §. XIV. nota prima. Et quamvis ipſi etiam Rugiani tandem debellarentur, in Provinciam tamen à victoribus ad inſtar cœterorum Slavorum non ſunt redacti, ſed ſuos ut ſibi retinerent Principes, permiſſum. Qvinimo *ſoli* Rugiani hic dici videntur habere regem, non tam in oppoſitione ad alias Slavorum gentes, quam ad cœteras Inſulas *auſtrali* oræ Balthici maris objectas, ut ſenſus ſit: Nullam ex iſtis præter ſolam Rugiam peculiarem Regem habuiſſe. Hanc enim in mentem ſcripſit CRANTZ. Dan. L. I. C. 1. *Hæc Inſula Sola ex tribus, ſuorum Principum vetus recognoſcit imperium, non mutans Dominos, licet lingvam cum ſuis Principibus immutaverit.* Non vero inde cum MICRÆLIO negare licet, quod & alii Slavorum populi hæreditarios ſuos ſive Pricipes ſive Reges habuerint. Eſt enim Obotritorum & Wilzorum Regum Regulorumque, ante dominatum Henrici Leonis, ordine ſangvinis ſibi invicem ſuccedentium, in Hiſtoria Carolingorum Imperatorum aliisque vetuſtis monumentis, frequens commemoratio. Totus ut ego in illa ſim ſententia, quod ſine hæreditariis Dominis nunquam ſeptentrionalium Slavorum populi fuerint, niſi interdum in turbido rerum ſtatu, quo ſumma imis miſceri ſolent, temporaria quædam vicisſitudo interpoſita fuit.

[i] CRANTZIUS Dan. L. I. C. 1. *jam olim*, ſcribit, *Rugia inſignis, ut totius Vandalicæ nationis caput haberetur.* Et Libr. VI. C. 28. *Rugia Gentis & omnis nationis (uti ferunt) caput, & omnis Vandaliæ decus eximium.*

[k] Ad hoc *inſulæ*, non vero *continentis* incolas, nomen *Ulmi-Rugorum*, quod ap. JORNANDEM *de rebus Gothicis* occurrit, reſpicere, omnino mihi perſvaſum eſt, etſi MICRÆLIUS & alii quamplurimi, hos in continentem transponant, & *Ethel-Rugos* vicisſim Inſulanos faciant. Haberent me conſentientem, ſi idoneis argumentis probari id poſſet; Sed cum præter illud JORNANDIS, quam longisſimè ab iſtis oris remoti ſcriptoris, obſcurius teſtimonium, nil ſuppetat, potior

Digitized by Google

non, poterat, niſi forſan hiemali tempore ſtrata per glaciem via; qua tamen tranſitum moliri, res plena periculi eſt, cum liquefacto ponte facile, qua redeundum erat, porta occludatur. Equidem cum hoc inſigni commodo majus illud conjunctum erat incommodum, quod piratarum incurſibus patebat, in iſtis præſertim Seculis, ubi prædari (l) honeſtum erat atque Claſſi prædatoriæ præeſſe,

potior apud me ratio eſt veſtigiorum veritatis, quæ per etymologiam vocis hic recluduntur; Etenim vocabulum *Holm*, (cum quo illud *Ulm* vel ſecus ſentientium conſenſu unum omnino idemque eſt) in lingva *Gothica* & hodierna *Sveo-Gothica*, nativo & proprio ſignificatu, nihil aliud quam Inſulam notat, quemadmodum, ne extra patriam migremus, in nomine inſulæ *Dänholm* propè Sundium jacentis, domeſticum hujus rei documentum præbetur. Adeoque *Ulmi-Rugi* ſunt *Rugi Inſulani*. Communiter his contradiſtingvuntur *Ethel-Rugi*, ſed & ab iſta opinione alienum me fateor. Idem hoc nominis eſſe, ac ſi diceres, *Nobiles Rugos* (die Edlen Rugianer) unanimi ſcriptorum interpretatione conſtat. Hoc proprium fuiſſe contendunt illis, qui Inſulam habitaſſent Aſt quæ demum excogitari poterit ratio, quare eam ſibi gloriæ eminentiam Inſulani præ cæteris arrogare voluiſſent. Sane, niſi ſemina diſcordiæ ipſosmet inter ſe ſpargere data opera ſtuduiſſe dices, ab illo etiam faſtu, in gente præſertim ambitioſa, qualis Rugiana erat, abſtinendum fuiſſe concedes. Puto itaque duas iſtas *Ulmi-Rugorum* & *Ethel-Rugorum* appellationes non eſſe hic ſumendas, pro unius ejusdemque diviſionis ſibi invicem oppoſitis membris, ſed pro duobus *diſparatis*; Ita ut poſterior hæc omnibus Rugianis communis, prior autem illa ſolis inſulanis propria fuerit; Altera locum habitationis, altera gloriam nominis reſpicit. Omnes enim Rugiani & propter fortitudinem & propter familiaritatem Deorum *nobilitate excellentiori* claruerunt; *primatum præferentes in omni Slavorum natione, habentes regem & fanum celeberrimum, tradente HELMOLDO* Chron. Slav. L. I. C. 35. Omnes ergo ETHEL - RUGI fuerunt. Non autem omnes INSULANI ſive ULMI-RUGI eſſe potuerunt, cum non omnes inſula caperet, ſed multi etiam oram maritimam inſulæ oppoſitam habitarent.

[l] Notabilis eſt locus CRANTZII L. II. Norvæg. Cap. I. *Omnis illa borealis natio, priusquam Chriſto crederet, ferociſſimos aluit & emiſit viros, quibus rapere, latrocinari terra marique laudi foret: ut, aliquando Lacedæmonii in præcipuis virtutibus furta numerant. In his autem provinciis aqvilonis crebra fratrum regum ea fuit hæreditatis partitio, ut alius terra, alius ponto dominaretur. Piraticam enim juſtam deputabant militiam, eaque locupletati inter ſuos erant honoratiores. Qvumque deeſſent, qui maria tranſeuntes ſpoliarentur, in proxima verſi littora, prædas agebant in naves*, conf. *Vand.* L. I. C. 7.

in mari obviam factas naves aut diripuiſſe, aut omnino ſibi occupaſſe, & maritimas oras expoſita latronum manu expilaſſe; expilatas

C. 7. Idem confirmat præſtantisſimus quondam Regius Hiſtoriographus atque Profeſſor Upſalienſis PETRUS LAGERLOEF in Diſſert. *de Scandianorum rebus maritimis* anno 1690. Upſal. habita, quam, cum aliis in Germania noſtra rarioribus Svedorum multi juga eruditione refertis ſcriptis, probatisſimis florentis in Svecia rei literariæ documentis, benevole mecum communicavit, Fautor meus æſtumatisſimus, Vir ipſe Svecus & antiquitates Patriæ ſuæ elegantisſime doctus, DN. CHRISTIANUS NETTELBLADT, J. U. D. & Prof. in Academia noſtra longè dignisſimus. Vikingar ſive Vikinge vocabantur iſti prædones à Gothica & hodienum apud nos uſitata voce Wyck/ quia æſtuaria & maris ſinus ipſis pro latibulis erant, unde & hi Vikingabola / i. e. *latebræ prædonum* tunc nuncupabantur. Qvibus de rebus prolixius agendi dabitur occaſio in *Dictionario Etymologico, evolutionem nominum antiquorum, tam perſonis quam locis in Pomerania propriorum, tradente*, quod prelo fere paratum habeo. Filii regum 12. aut omnino 15. annum egresſi jam deponere ſolebant tyrocinia hujus artis, & quamprimum tantum profecerant, ut præeſſe Claſſi prædatoriæ poſſent, Siökongar/ Nääskongar & Wick-Kongar ſive Reges maritimi, Inſulani, & æſtuariis præſidentes ſalutabantur. In Pomerania noſtra *Jumnenſes* ſive *Jomsburgenſes*, (qui, Julinenſes ne an Winetenſes fuerint, in medio relinquo) prædatoria hac arte præ cœteris excelluerunt, unde *Joms-Vikingar*, i. e. *Piratarum Jomsburgenſium* in vetuſtis ſaptentrionalium monumentis frequentisſima eſt commemoratio. Pervenitque ad noſtram ætatem rarisſimum æque ac vetuſtisſimum Manuſcriptum, quod titulum *Joms-Vikingar Saga* præfert, & Jomsburgenſium res terra marique fortiter geſtas narrat. Rarisſimum inquam antiquitatis depoſitum, ita ſane, ut vix credam, Generoſisſimum, innumeriſque in Patriam noſtram meritis, quam ut latere poſſit, multo notiorem DN. AUTOREM Schematis Hiſtoriæ Pomeranicæ Provincialis (ſive des Plans einer Pommerſchen Land-*Hiſtorie*,) majori unquam aut gratiori officio Pomeraniam omnemque Rempublicam literariam ſibi devincire poſſe, quam ſi cum ipſo hoc opere Pomeranis omnibus ſalivam movente, monumenti etiam illius copiam typis expreſſam publici juris facturus eſſet. Qvod quidem ut citius contingat, proſperam ipſi valetudinem, otia, ſubſidia quæ adhuc ſunt in deſideriis ejus & fauſta quævis alia ex animo apprecamur. Qvi fragmenta ex illa *Joms-Vikingar Saga* cupit, illius appetitum ſatiare poterit BARTHOLINUS *Antiqq. Dan. de cauſis contemptæ à Danis adhuc gentilibus mortis*, ubi pasſim ea obviam habebit. Nobis unicum eorum, quod ex C. 14. excerptum L. II. C. 9. exhibuit, ſpeciminis loco cum B. L. communicare liceat. In lingva illud Gothica ita orditur: *Peir ſitia nu i Jomsborg* &c. Totius autem pericopæ verſio ſequentibus verbis fluit: *Illi nunc pace parta Jomsburgam*

Digitized by Google

latas igne ferroque vaſtaſſe, Principibus & heroibus dignum habebatur. Sed hæc calamitas non admodum metuenda erat Rugianis, utpote qui ipſi hanc artem (m) rectiſſime callentes, in procinctu habebant Claſſem, qua propria littora tuerentur & aliena infeſtarent. (n)

C 3 Danos

burgum incolunt, leges ſuas ſtricte obſervantes. Qvavis æſtate expeditiones ſuſcipiebant, varias terras infeſtantes & ſumma gloria florentes, pro fortiſſimis habiti ſunt bellatoribus; cum nulli alii ætatis ejus ipſis celebritate æquales eſſent. Dicti autem ſunt Piratæ Jomsburgenſes. Aliud domeſticum & quidem illuſtre exemplum Principis qui pro *Vikingo* ſe geſſerit, in BARNIMO VI., Duce Wolgaſtano oſtenditur à CRANTZIO Norvag. L. VI. C. 8. & in Excerpto Manuſcr. Chronici Slavici; Qvem tamen ille corruptè *Berubam*; & hoc corruptius *Germatium* vocat; Cœterum rem omnem ita enarrans: Germatius der Hertzog zu Wolgaſt/ iſt mit einer groſſen Schiffahrt in die See gezogen/ wie man gemeinet hat/ die Räuber zu ſtraffen. Aber als er die [nicht] hat betreffen mügen/ hat er bey Nord-Sunde Kauffleute benommen; darnach hat ſie der Wind verſtreuet/ alſo daß etliche Schiffe in Norwegen/ Frießland/ und der gröſſeſte Hauffen in Dännemarcken gekommen/ und wenig gerettet. Achtzig Perſohnen hat der König von Dännemarck davon erhaſcht/ und enthaupten laſſen. At hujus contra naves mercatorum ſuſceptæ expeditionis juſtas Barnimo fuiſſe cauſas adeoque non piraticam illum exercuiſſe, ſed legitimum bellum adminiſtraſſe ex hiſtoria iſtorum temporum facile probari poteſt. Conf. *Chron. Slav. apud Lindenbrog ad A.* 1401.

[m] Vid HELMOLDUS Chr. Slav. L. I. C. 35. L. II. C. 13. CRANTZ. Vandal. L. III. C 22. & 35. L. IV. C. 26. L. V. C. 17.

[n] *Wandalis enim & Danis* juxta CRANTZIUM Vand. L. IV. C. 27. perpetua fuit *de mutua præda colluctatio.* PRIBISLAUS Duci HENRICO Leoni circa medium Seculi 12. tributarius Princeps, apud Geroldum Epiſcopum conqueritur de immodicis tributis, quibus ab illo onerarentur, ita ut aliter paupertati ſuæ conſulere non poſſent, quam mare turbando. *Si locus*, inquit, *eſſet, quo diffugere poſſemus! Tranſeuntibus Travennam, ecce ſimilis calamitas illic eſt:* (nam & inibi Dux Henricus rerum Dominus erat) *venientibus ad Panim fluvium nihil ominus adeſt,* (per Circipanorum enim terram victricia etiam arma circumtulerat.) *Qvid ergo reſtat, quam ut omiſſis terris feramur in mare, & habitemus cum gurgitibus? Aut quæ culpa noſtra, ſi pulſi patria, turbaverimus mare, & accepimus viaticum à DANIS ſive inſtitoribus qui mare remigant? nonne Principum erit hæc noxa qui nos propellunt?* HELM. l. c. L. I. C. 83. CRANTZ. Vand. L. IV. C. 24. Verum, ut tunc temporis ea ipſis potuit eſſe cauſa moleſtandi Danos, non tamen ſemper fuit, ſed libidine animi ſœpius & jocando quaſi Danis bella moverunt. Danorum enim impugnationes, teſte

HEL-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Danos vexaſſe, inter præcipuas ipſis delicias habebatur, ob (o) inveterata hujus Gentis odia; quæ tamen vicem ſuo tempore (p) illis

HELMOLDO l. c. L. II. C. 13. pro nihilo ducebant, imo voluptuoſum exiſtimabant manum cum eis conſerere. Confirmat EICKSTEDIUS in Epitome Annal.: *Pro ludo*, ſcribens, *& voluptate erat Vandalis, cum Danis conflictari.*

[o] Antiquisſima ſimultas inter Daniæ noſtræque maritimæ oræ incolas regnavit. *Vetus & pene innatum erat odium duarum mari diremptarum nationum, communis utrique mare palæſtra, primum de præda inde etiam de gloria certantium*, verba ſunt CRANTZII Vand. L. V. C. 40. Multo ante Slavorum, ne dicam Chriſti adventum Danorum Rex *HELGO*, cum *SCALCO* Monarcha Vandalorum, qui primi Patriam noſtram inſederunt cruenta bella geſſit eumque quod perhibetur, ſub jugum miſit. Vid. CRANTZ. ex Saxone Grammatico, Vand. Lib. I. C. 7. HUITFELD Chron. Dan. P. I. ſub HELGO 12. Ex quibus ſeminibus deinceps continua fere inter utramque gentem inimicitia pullulavit, commemorante ex antiqvitatis teſtimoniis BANGERTO in not. ad HELMOLDI L. I. C. 11. n. 1. Nec ſegnius ea continuata, ex quo Slavi Provincias noſtras intrarunt, Danis non ſaltem Balthici ſed & Septentrionalis oceani littora claſſe ſua piratica undiquaque HELMOLDO L. I. aliisque teſtibus, non ſaltem vexantibus, verum & noſtræ hujus oræ Dominium ſubinde affectantibus: *Dulce enim ſemper fuit Danorum regibus in Germania tenere ditionem*, CRANTZIO Vand. L. VII. C. 4. tradente. Proinde ſub ſpecioſo Chriſtianismi inter illos propagandi obtentu, eodem anno geminas etiam expeditiones contra Rugianos præſertim ſuſcipiebant; Tandemque eventus votis reſpondebat, Rugianis enim Chriſtianismus, Danis Rugiani acquirebantur. Nunquam autem contra Slavos quidem fortunam magis adverſam habuerunt, quam Sec. X. ſub Sven Ottone vel, uti ab admorſa barba cognominabatur, *Tinggeskego* Rege Apoſtata atque Patricida, quem ſemel iterumque & tertium *Julinenſes* captivum ductum non niſi gravi lytro accepto libertati reddiderunt. *Julinenſes* tanta in hunc hoſtem fortuna uſos fuiſſe, cum JOH. ISAC. PONTANO L. V. in HARALDO, CRANTZIO Vand. Lib. II. C. 32. Dan. Lib. IV. C. 21. 22. HOJERO in den kurtz gefaſten Dännemarckiſchen Geſchichten/ p. 24. aliisque Scriptoribus Danicis dixi. ALBERTUS vero Stadenſis ad an. 984. JUMNEM & HELMOLDUS l. c. Lib. I. C. 15. WINNETAM nominant.

[p] Erant enim Dani rerum maritimarum & ad militiam navalem ſpectantium peritisſimi, ut propter navium conſvetudinem etiam formam nautarum in veſtitu olim haberent, quam temporibus Helmoldi tamen jam abdicatam, ſcarlatico vario Griſio purpuraque & byſſo commutaverant; teſtante ARNOLDO in contin. Chron. Slav. L. III. C. 5.

Digitized by Google

lis reddebat, ſedulo (q) curans, ne quid comiſſorum impune ferrent. Unum poſt hominem memoriam immedicabile inſulæ huius malum fuit, quod maris profundi undique incumbentis fluctibus (r) deteratur.

[q] Deſidiæ HELMOLDUS L. II. C. 13. accuſat Danorum reges in vindicandis injuriis à Slavis illatis: *Reges*, ſcribens, *Danorum ſegnes & diſcincti & inter continuas epulas ſemper poti, vix aliquando ſentiunt percuſſuras plagarum.* L. I. C. 51. autem *ſolis civilibus bellis Danos pollere ait.* Verum enim vero videat ille, quo animo hæc ſcripſerit, cum aliis in locis, quod Dani etiam ultrò & non laceſſiti Slavorum non minus quam aliorum maritimorum populorum ditiones impetierint, & ipſe prodit, & continuator ejus ARNOLDUS, quod jam ſua ætate domi militiæque pro politisſimo populo ſe geſſerint, apertè teſtatur.

[r] *Yasmondæ* etiam Peninſulæ cretacea littora altisſimo faſtigio exſurgentia, undarum & glaciei frequenti impetu contunduntur alternasque patiuntur ruinas. Majus autem detrimentum ſentiunt ceſpititia loca, quorum lutoſa terra facile reſolvitur. Sinus *Trumperwyck*, qui nunc duorum fere milliarium diſcrimine *Wittoviam* à *Yasmonda* divellit, aliquando nullus fuiſſe creditur. Celebratisſimæ *Arconæ* ampla olim ſedes, ad exiguas hodiè reliquias redacta eſt, omni ambitu tria vix jugera æquante. Cœtera ab anno 1168. quo *Arcona* à Danis expugnabatur, profundum æquor rapuit. Verſus Auſtrum parva illa *Ruden* Inſula, olim Rugiæ conjuncta, deinde anguſto & quod ſaltu ſuperari potuit freto ab eadem diſterminata creditur. Nunc autem duorum fere milliarium intercapedine ab invicem diſtant. Ex *Ruden* verſus Eurum procedenti alia obviam fit Inſula. *Oia* eſt nomen, Gryphiswaldenſis autem cognomen habet, ex quo in peculio hujus civitatis numerari cœpit. Hanc enim inter alia præmia fidei Principibus ſuis præſtitæ Sec. XIV. poſt acerrimum illud de Succesſione in Principatu Rugiæ cum Mecklenburgicis bellum, Gryphiswaldiam noſtram tuliſſe, penes me quidem extra omne poſitum eſt dubium; Non vero, quod & hæc aliquando Rugiæ contermina fuerit Inſula. Saltim ante Slavorum in iſtas oras ingreſſum & tempore Gothorum, quos circa nativitatem Chriſti hic conſediſſe ſcimus, jam Inſulam fuiſſe, ipſum, quo inſignita eſt, nomen prodit. Ex Gothica enim illud lingva petitum, terramque undis circumdatam notat. *Oi* (verba ſunt BAAZII in inventario Eccleſiæ Sveo-Gothorum L. I. C. 1.) *eſt primitivum notans inſulam, quam aquæ in gyrum agunt.* Indeque deſcendit vocabulum Ey, ſive rectius *Oi*-Land, cujus hodienum in denominandis Inſulis apud Belgas præſertim frequens obtinet uſus. Neque hæc una hujus nominis eſt quam Principatus noſter fovet. Sed & in ora occidentali Rugiæ & in Salo Bardenſi vulgo der Bodden ejusdem nominis inveniuntur. Priorque illa vel eo titulo memoratu digna eſt, quod vetuſtæ fami-

ratur. Nullibi quidem ita(s) depreſſum ſolum ut aggerum munimentis inundantium aquarum molem arcere incolæ eius cogantur; ſed lenta edacitate Oceanus littora eius carpit, & exiguis illis ſæpiusque repetitis furtis, tanta damna diuturnitate temporis dedit, ut in multo anguſtiores fines tandem coacta ſit, fœcundisſima iſthæc terra, vixque(t) dimidiam priſtinæ amplitudinis partem, eamque

familiæ derer von der Oehe ad quam pertinet, ab ea nomen contigit. Habet & Rugia, qua ſpectat ad occaſum, *Hiddenſeam* Inſulam ſibi vicinam. Hanc eſſe CRANTZII *Hitbim* ſive *Hitbym* cujus Vandal. L. VI. C. 17. & Dan. Lib. VI. C. 5. mentionem facit, ipſæ rerum ibidem enarratarum circumſtantiæ credere jubent, ut vocabulum *Hiddenſe* idem mihi videatur ac *Hiddens* ſive *Hitbims-Ö*, i. e. Inſula *Hidden* ſive *Hitbim*. Qvod indicio eſt, iſtam quoque antiquisſimis temporibus â Rugia jam ſeparatam fuiſſe terram. *Critonis* noſtri ævo jam undique fluctibus cinctam inde exiſtimo, quod in deſcriptione prælii navalis, eodem XII. Seculo, quo Crito ille adhuc ſuperſtes fuit, Danos inter atque Pomeraniæ Duces è regione portus *Gelendæ* ſive *Gellen*, commisſi, jam tum inſulam proximam Rugiæ nuncupatam inveni apud CRANTZIUM ll. cc. Non nego tamen multo arctiori aquarum diſcrimine diſtaſſe. Qvotannis enim obſervatur majus inter utramque ſpatium aperiri. Cœterum noto, quod in Extracto Manuſcr. Germ. Chron. Slavici Haddoſcha hæc inſula nominetur. Hæc priora mea de inſula *Hitbim* cogitata fuerunt. Sed penitius conſideratis locis illis ex CRANTZIO citatis, me ipſum, fateor, dubium factum eſſe, an &, quæ hodie *Hiddenſe* audit Inſula ſub voce *Hitbim* intelligi commode queat. Video enim ex Dan. L. VI. C. 5. BUGISLAUM & CASIMIRUM Pomeraniæ Duces Dominos terræ illius fuiſſe. Hæc ad *Hiddenſeam* non qvadrant utpote quod & iſta tempeſtate & nullo non tempore in Principum Rugiæ poteſtate fuit.

[s] Qvo ſpectant verba EICKSTEDII in Deſcript. Rugiæ apud CRAMERUM Gr. K. Chr. L. I. C. 39. p. m. 73. & MICRÆLIO L. VI n. 9. p. 391.

[t] Vid. MICRÆLIUS in Chr. L. VI. n. 1. p. 379. expreſſe ſcribens: Das Balthiſche Meer hätte allgemach ſo umb ſich gefreſſen/ daß die Inſul Rügen kaum halb ſo groß gelaſſen/ als ſie vorzeiten geweſen. Non igitur poſſumus aſſentiri EGIDIO von der MYLEN, qui in antiqv. Pom. Rep. §. V. nullum longo temporum intervallo damnum in iſtis oris noſtris, quod mare intuliſſet, obſervatum fuiſſe, præter Vinetæ ſubmerſionem & inſulæ Ruden â Rugia divulſionem. Etſi enim non tanta, non tamen & levia hominum hodienum viventium memoria intuliſſe, infra oſtenſuri ſumus, ubi recentisſimus finium principatus noſtri ſtatus delineandus erit. Hic tamen addi meretur, MICRÆLIUM Lib. II. n. 15. p. 143. ſeq. multo majora adhuc eloqui detrimenta, dum in ea verſatur opinione, quod omnes ille patentisſimus ſinus, qui ab occidentali parte Rugiâ, & ab

eamque laceram & multis aquarum ſinuoſis flexibus disruptam, hodie ſervat. Certum igitur eſt, quod Crito Princeps multo majorem, noſtrâ hodiernâ, Rugiam poſſederit; incertum vero, (u) an unquam extiterit tempus, quo ne inſula quidem fuit.

D §. VIII.

ab oriente *Lacu Gardenſi* ulterioris Pomeraniæ clauditur priſtinas terræ continentis ſedes hodie occupet.

[u] Si conjecturis locus eſt, Rugiam noſtram nego eſſe ex illis inſulis, quæ univerſali orbis inundationi originem debent. Minori enim freto â terra continente & olim divulſa fuit, & hodienum, poſtquam tot Seculorum etiam incrementis illud auctum eſt, divellitur, quam ut furoris tam impetuoſi aquarum effectus credatur. Neque ex earum mihi numero habetur eſſe, quæ aut alluvione ſabuli atque limi marini aggerantur, aut terræ violentiori motu è fundo maris protruduntur, aut denique receſſu maris nudantur. Tali enim origini partim regionum noſtrarum, partim & ipſius inſulæ refragari videtur conditio; Puto itaque illis annumerandam eſſe, quæ olim terræ continenti conjunctæ aut lenta & furaci edacitate, aut violentiori exæſtuatione maris ab illa disjunctæ ſunt. Ultimum tamen hoc majori veroſimilitudini inniti facile cuilibet dabo. Jam vero cum terribilioris diluvii particularis in Germaniæ quidem oras effuſi nulla ad nos pervenerit memoria, quam *Cimbrici* illius, quod plus annos centum Nativitatem Salvatoris antecesſit, *Cimbroſque* cum *Teutonibus* ſedibus quas in *Jutia, Slesvico, Holſatia*, &c. fixerant, pepulit, eo quoque Inſulæ Rugiæ noſtræ referre ortum non dubito. Probabilis conjectura eſt, ab occidentali, aut quæ inter occaſum & ſeptentriones media eſt cœli plaga, rapidam illam auram ſpiraſſe, quæ tam immenſam aquarum molem Cimbrorum ſedibus invexit. Hoc enim terrarum iſtarum ſitus infert. Jam ſi ſpectamus Rugiam noſtram; videmus ea parte, qua occidenti adverſa eſt, maxime laceram eſſe. Hic cernuntur præter majores illas inſulas *Hiddenſe* atque *Ummantz*, perplures parvæ, ipſa vicinitate priſtinum cum Rugia nexum oſtendentes; Hic undique Syrtes & undarum brevibus infeſta loca; Hic littorum flexuoſi anfractus cernuntur; Hic ad Trajectum in Wittoviam (bey der Wittowſchen Fähr) ipſa terræ viſcera mare invadit, eoque pervadit, ut niſi iſthmus quo terra *Yasmunda* cum *Wittovia* & reliquo inſulæ corpore cohæret, tenue diſcrimen objiceret, maria quæ nunc dividit, inter ſe committerentur. Fretum quod Rugiam â continente dividit ab occaſu ſolis æſtivo, in directe oppoſitam cæli regionem meatu haud quaquam inflexo procedit; Aperto, uti videtur, indicio, ab eadem plaga acriorem flatum illum extitiſſe, qui pulſu illiſi maris utramque terram disrupit. Hæc omnia ſane eo comparata ſunt, ut eadem tempeſtate, quæ Cimbrorum antiquas perdidit ſedes, noſtram quoque Rugiam tam aſpere eſſe tractatam, edicant. *Taciti* enim ætate, qui primo poſt C. N. Seculo vivebat, inſulam jam, illamque ipſam cultu *Herthæ* inclytam inſulam fuiſſe, pro indubitabili ex libro de M. G.

agno-

Digitized by Google

§. VIII.

Non magis ab injuria maris extitit immunis continentis ad Principatum noſtrum ſpectantis maritima ora. Nihil jam dicam de

agnoſco. Imo ipſa locorum quorundam vocabula hodienum loqvuntur, antiquisſimis jam temporibus hanc violentiam aquarum factam eſſe Sic, ut bigam tantum exemplorum afferam, eidem illi occidentali inſulæ Rugiæ littori objecta eſt alia parvula inſula *Oi*, quod *Gothicum* vocabulum eſt; fretumque illud, quod terram Wittoviam, qua verſus meridiem cuſpidata deſcendit, inſulamque Hiddenſeam interluit *Trocb* appellatur. Hæc itidem Gothica eſt notatio. *Troug* enim, interprete JOH. PERINGSKIOLDO annot. in vitam THEODORICI Regis Gothorum, *alveum* notat adeoque ad maris tractum in arctas fauces cœuntis deſignandum apprimè quadrat. Cum itaque hæc loca poſt inundationem jam factam his demum inſigniri nominibus potuerint, ſatis id eſt indicio, Gothicos populos tum quidem hic commoratos adhuc eſſe, ac nomina impoſuiſſe. Neque in ſola Rugia ſed & in *Uſdomia* & *Wollino* inſulis, in *recenti lacu* (dem friſchen Haff) qui ab utraque qua ſeptentriones ſpectat, clauditur, & in omni circumquaque Balthici maris ora, non obſcura veſtigia ſuperfuſi olim occidentali quadam procella oceani leguntur. Non igitur vana eſt opinio MICRÆLII l. c. L. I. n. 42. & inſulas ſupra dictas & lacum recentem ab illa inundatione derivantis: Non certe nulla MAJORIS in dem bevölckerten *Cimbrien*, C. LII p. 85. quod omnes Danicæ Inſulæ, nullis olim interluentibus undis ab invicem diremtæ fuerint. An vero & ipſum mare Balthicum aliquando nullum fuerit, & hac demum eluvione confluxerit, id altioris videtur eſſe indaginis. Antequam tamen hinc pedem remóveam, non poſſum, quin rarisſimæ antiquitatis ſpecimen, quod eadem maris vehementia in Rugia olim reliquiſſe creditur, paucis adhuc commemorem. Notum eſt rerum naturalium ſcrutatoribus, quod, uti omnis fere naturæ operatio in circulum agitur, ita & mare quæ uno in loco eluvionibus abſorbet, alibi alluvionibus revomat. Idem contigiſſe in Rugia volunt, ubi in Parochiis *Trent* atque *Rappin* non pauca hujus rei indicia in terræ gremio offenduntur. Inventa enim & effoſſa ſunt fragmenta anchorarum, limæ, vaſtarum, arbornm trunci, navium, concuſſarum detrita rudera. Non pigebit de iſtis audire WACKENROD. in Chr. Rugiæ Manuſcr. P.II. de *Parochia Trentenſi:* Es ſcheinet/ inquit, als wenn der Ort Trent vor uhralten Zeiten mag unter Waſſer geſtanden ſeyn/ maaßen von ſolcher Uberſchwemmung/ nicht allein die niedrige Fläche und Weyden/ die öfters von dem austretenden See-Waſſer bedecket ſtehen/ ſondern auch groſſe Hölzer und Bäume/ die in der Erden gefunden werden/ wobey man einen alten eiſernen Ancker entdecket/ zeugen. Et de *Parochia Rappinenſi:* Bey uhralten Zeiten/ als die Celtiſchen Heyden das Land beſeſſen/ hat unweit Rappin, bey Ausbruch einer ungeheuren Waſſer-Fluht/ die See eine Weile geſtanden/ davon die ungeheuren Steine auf der Weyde zu *Cirmeuſel*, wie auch der

Digitized by Google

de illa, quæ Inſulæ objacet (w) parte; Hæc nempe ſciſſura terræ, quæ olim utramque committebat, communem jacturam fecit; Sed

der Burgwall unweit *Ventz* die Spuhr annoch zeigen. Videmus equidem, admodum Reverendum Autorem non tam alluvionis, quam inundationis mentionem hic facere; Sed poteſt utrumque habere locum. Qvod enim per ipſam illam inundationem alluvio terrarum facta ſit, in illis quidem locis manifeſtum eſſe dixerim, ubi ſub ingeſta terra varii generis fragmenta atque ruinæ inveniuntur; Hæc enim alluvione potius quam nuda inundatione ita ſepulta & obruta fuiſſe, vero eſt ſimilius. Atqui hic iterum adſunt quæ ſententiæ antea inculcatæ opitulantur. Talis nempe eſt agrorum iſtorum utriusque Parochiæ ſitus, ut in eodem diluvio, quod ab occidente invectis fluctibus per Trajectum Wittoviæ irrupit, aggeſtos fuiſſe prodat. Cum enim intromiſſæ per iſtud oſtium undæ horrendo furore graſſatæ eſſent, ipſaque viſcera inſulæ per multa milliaria nudaſſent, facile quidem intelligitur, quam limo, quam ſabulone, ſaxis, ſubrutarum ſylvarum truncis, cæteris imprægnatæ fuerint, ut jam nihil dicam de illis rebus, quas ex ipſo Oceano jam ſecum invexerant. Sed hæc omnia diutius ſibi retinere non poterant undæ, quam ventorum impulſu in continua agitatione perſiſtebant; Poſtquam autem aeris illa tempeſtas deferbuerat, ſuperfuſaque aquarum moles tranquillo jam meatu in maris gremium, tanquam ad priſtinam ſedem, per portam qua intraverat remigrabat, ipſa ejusdem anguſtia, quaſi provido fato facta, obſtabat, quo minus uno & præcipiti lapſu recipere ſe potuiſſet. Atque ſic interveniente mora, paulisper conſidebant quæcunque graviora, & mare non levem partem prædæ prope portam, qua redeundum erat, reponere, Rugiæque, cui erepta erat, relinquere cogebatur. Ita ordinatis ideis imperſcrutabile non eſt, qua ratione tantam tantorum Saxorum multitudinem campeſtri ſolo, quod circa villam *Cirmeuſel* occurrit, invehi potuerit. Eſt enim his campis verſus *Euro-notum*, ingens aliquod continuo montium jugo firmatum Promontorium è regione oppoſitum, quod ad Trajectum in Yasmondam excurrit Hinc, quod ab occiduo-ſeptentrionali plaga magna vi incuſſum erat mare, majori eſt repercuſſum, hujusque repulſus impetu ſaxorum iſtas ſtrues illicò projecit. Forte & poſt remiſſam jam aliquo modo tempeſtatem, quæ exæſtuans adhuc mare ad prædictum promontorium coacervaverat ſaxa, rapidiori deinceps refluxu inde removit ſecum auferenda; ſed quia circa *Cirmeuſelam* conſidens ſaburra jam vadum fecerat, hic intercepta hæſerunt. Nunc demum revocandus eſt animus ex iſto diverticulo.

[w] De illis quæ recentiori ævo ſucceſſive hic facta ſunt detrimentis, præſertim *Griſtovienſibus*, terrarumque aliarum *Fretov*, *Koos*, *Karendorp*, *Leiſt*, &c. partim ad *Academiæ*, partim vero *Civitatis Gryphicæ* ditiones pertinentium infra dicendi occaſio affulgebit. De antiquiori tamen ſtatu adhuc moneo, quod violentiorem maris impetum procul dubio tunc expertus ſit maritimus ille

Digitized by Google

ad illum tantummodo Tractum reſpiciam, qui â Promontorio *Bardhovet* ad ſecundum â *Stralſundo* lapidem *Damgardam* usque in confinio

tractus, ab urbe *Straleſundo* usque ad Promontorium *Bardhovet* ubi inter perplura alia prædia *Parau*, *Prone*, *Langendörp* & *Kenbacksbagen* reperiuntur; Hic enim latisſimum aquarum ſpatium inter terram noſtram continentem & Rugiam aperitur, quod vulgari nomine den Gellen dicunt: Potisſimum autem memorabile mihi habetur, quod mera hic brevia occurrunt & talia quidem, quæ omnes naves excludunt, quibus profunditas 4. ſesquipedum non ſufficit. Nempe hinc apud me probabiliter fluit, quod terræ, terræ inquam arenoſæ omne hoc ſpatium olim occupaverint. Aut enim omnino profundiorem quam quæ hodie eſt rupturam non fecerunt aquæ, & ſic iſte reſiduus fundus priſtinæ terræ de illius indole teſtatur, aut fecerunt, & ſub receſſum ſuum, quæ abſorpſerant iterum depoſuerunt, atque non alia tum regurgitare potuerunt, quam quæ è terrarum hujus loci ruinis hauſerant. Qvod vero inundatio qua iſtæ perierunt, vel ab occidente vel â Septrione, vel denique â media inter utrumque Plaga invecta ſit, adeoque ipſa antiquisſima *Cimbrica* fuerit, jam antea rationibus admodum veroſimilibus adſtructum dedimus. Incidit tamen hic in mentem quod iſti obſtare poſſet ſententiæ. Volunt enim majoris profunditatis antiquitus fuiſſe portum *Gelendæ* ſive *Gellen*, adeoque brevium iſtorum originem ad tempora Cimbrici diluvii non aſcendere dicent. Duo ſunt quæ ad hoc dubium repono: Primo antiquam illam, quæ prætenditur profunditatem aliquo modo ſuſpectam videri. Aliquod hujus rei præſidium eſſe videtur in bellis navalibus hac in regione aliquando geſtis, præcipue in illo quod circa annum 1182. adeoque ante conditum Straleſundum Daniam inter & Pomeraniam conſilio maxime & ſvaſu Imperatoris FRIDERICI Barbaroſſæ conflatum erat. Rugia tum â partibus Danorum ſtabat; Proindeque Pomeraniæ tunc Dux Bogislaus I. qvingentorum velorum claſſe comparata hanc inſulam invadere ſimulque Danorum clasſi, ſi quid illa in ſubſidium ejus moliretur, obviam ire decreverat hunc in finem omni navali hac acie, quam ad utrumque paratam habebat, è regione inſulæ *Strelæ* quæ noſtra nunc *Dähn-Holmia* eſt, conſtituta. Aderant vero, quod præviderat, & Dani cum Claſſe ſua, atque ſic tandem res in ipſo hoc loco, ad acerrimam pugnam deveniebat. Sed hic omnia potius pro mea video ſententia pugnare. Qvis enim putaret, anguſtum illud ſpatium, quod inter *Dähn-Holmiam* atque *Rugiam*, aut omnino inter hanc inſulam & continentem noſtram intercedit centenis navigiis etiam ad confligendum ſufficere potuiſſe, niſi ſimul putet, admodum parva & levia illa fuiſſe. Accedit quod expreſſe ſcribat CRANTZIUS L. VI. Vand. C. 18 navem prætoriam Danorum cœteris forte paulo majorem altius arenis inhæſiſſe, manifeſto indicio, quam parum profunditatis jam tum hic locorum fuerit. Erant compoſitæ horum temporum Claſſes

Digitized by Google

nio Megapoliæ ſitum oppidulum, ad mare protenditur. Hic antiquis temporibus longe diverſa ab hodierna terrarum facies fuit. E regione *Bardæ* urbis & (x) Peninſulæ *Darzæ* omnia admodum diſrupta

Claſſes ex navibus quæ remis impellebantur tradente eodem CRANTZIO l. c. L. V. C. 18. quæque ſolummodo hærebant in locis tam parum profundis, ubi homines fodendo ipſis viam aperire, aut ſubjectis teretibus lignis remulcare eas audebant, uti ex CRANTZ. l. c. L. V. C. 28. apparet. Nec objici poterit transvectos tamen mare equos eſſe, quemadmodum feciſſe Danos, revera legitur denuo apud CRANTZ. L. V. C. 35. l. c. Namque ſimul legitur, qvaternos tantum ſingulis navibus fuiſſe impoſitos; ex quo apertisſime cognoſcimus æquaſſe forſan ſcaphas noſtras majores piſcatorias (die groſſen Cees-Kahne.) Eadem navigiorum facies vel ſaltem paulo auctior magnitudo Sec. XIV. & ineunte XV. adhuc erat, numerabanturque tum inter grandiora, quæ 80. armatos vehebant, quod iterum patet ex CRANTZ. Norveg. L. VI. C. 8. Hæc omnia eo collimant, ut oſtendatur, nihil iſtis ineſſe, quo probari poſſit, tantum profunditatis portum *Gelendæ* antiquis temporibus habuiſſe, quantum requiritur ut navibus hodiernæ magnitudinis atque ponderis liber præbeatur tranſitus. Utebantur iſta ætate longiuſculis navibus, quæ carinas deplanatas habebant. His curſu haud facile impedito brevia & Syrtes ſuperabant. Totus igitur ſum in ea ſententia, quod ſemper ejusdem, (levia in cenſum hic non veniunt diſcrimina) ejusdem inquam profundidatis portus iſte Stralſundenſis fuerit, quodve nihilominus navigationi, quæ tunc exercebatur, ſatis fuerit accommodus. Fruſtra in Chronicis perhibetur, Saburra navium Batavorum hic excuſſa paulatim expletum fuiſſe. Qvaſi nihil præter arenas adſportaſſent, qui commerciorum cauſa huc commigrabant Batavi. Et ſi omnino illi hac culpa tenentur, qui factum quod & *Gryphiswaldiæ noſtræ & Colbergæ* & aliis, quas æque ac *Stralesundum* frequentare ſolebant urbibus non ſimile attulerint detrimentum? Antequam autem majorum navigiorum uſus invaleſceret, annum circiter 1309 ex adverſa parte Rugiam atque Rudam inter Inſulas, jam ſatis profundum mare aperuerat aditum adeoque commoditatibus Straleſundenſium mature proſpexerat. Verum enim vero ſi maxime poſſet evinci, quod non ſemper brevibus hic omnia fuerint occupata, nondum tamen id obſtaret, quominus illa terrarum inundatio, quæ hoc loco olim contigit, ad Cimbricum diluvium referatur. Potuit enim contrario ventorum flatu iterum recluſum & denuo eſſe occluſum hoc oſtium. Probabiliores autem videntur, quas ſupra inivimus rationes.

[x] Ita nunc omnino vocanda, ſed olim Inſula fuit. Ex ſtagno enim qui *Ribnizam* alluit haud procul *Wuſtroviam* Megapoliæ hodiernæ villam, qua ſpectat ſeptentrionem, navigabilis profunditatis alveus in mare permeabat, qui nunc arenis fluctuum impetu congeſtis jamdudum eſt oppilatus. Fert fama interdum

rupta apparent atque exeſa, ut facili conjectura aſſequi liceat, magnam hic olim ab oceano vim factam, omnesque illas à memorato promontorio ad usque *Ribnizam* Megapoliæ oppidum latè ſtagnantes aquas [Germanicè (y) die Boddens dictas] in priſtinas terra-

dum adhuc hodie interluentibus undis nudari atque evelli palos, tabulas & ejusmodi alia, quæ crepidinis, qua olim coercitus fuit alveus iſte, creduntur reliquiæ. Cœterum hæc terra oræ maritimæ, quæ ab urbe Damgarda verſus Bardum tenditur, inſigne præſidium adverſus vim aqvarum præſtat.

[y] Hoc nomen Celticum eſt, adeoque remotisſimam antiquitatem præ ſe fert. *Celtæ* enim communi Hiſtoricorum ſuffragio primi Germaniæ incolæ habentur. Apud illos, LEIBNITIO in *Celticis* interprete, *Boddi* erat mergere, mergi, in fundum ire. Nam Germanicis, inquit, *Boden* eſt fundus. Idem nominis eſſe illud, quod notisſimus in confinio Germaniæ atque Helvetiæ lacus der Boden See/ villa Boden-Teich in Ducatu Luneburgenſi, Bodenburg in Epiſcopatu Hildeſienſi, atque alia loca gerunt, exacta convenientia dubitare non ſinit. Ex appellatione igitur iſta concludo antiquisſimis temporibus & antequam Slavicæ lingvæ ullus in noſtris terris obtineret uſus, hunc lacum jam extitiſſe, adeoque inundationem illam qua factus eſt, ad remotisſimam ætatem referendam eſſe. Sunt plura iſtis in locis, quæ etymologia monſtrat, hujus rei veſtigia, quorum nonnulla evolvam. Adjacet inter alias, mediterraneis illis, de quibus loquimur, aquis (denen Boddens) villa quædam Parochialis præcipui nominis *Sale* ſive uti CRANTZIUS L. VII. Vand. C. 35. ſcribit, *Zale* nuncupata, unde pars aquarum è regione illius appellationem ſpecialem des Saler Boddens accepit. Hoc vocabulum ad veterum Gothorum atque Vandalorum loquelam ſpectat. His enim *Sal, Sol, Sel*, &c. idem quod *aqva erat*. Unde nomina locorum aquis, fluminibus, lacubus vicinorum ſæpius ingreditur, uti obvium eſt in *Upſal* Sveciæ & *Capper-ſal*, *Mat-ſal*, *Hap-ſal* Livoniæ urbium atque arcum. Nec hodiernum uſus ejus exolevit in lingva noſtra, quam Saxoniæ inferioris communiter dicunt, (die Plattdeutſche Sprache) ubi ein Sol conſvevimus vocare ſtagnum & paludem. Latinum quoque *Salum* uti ejusdem ſignificationis, ita & propinquæ eſt cognationis, unde *Inſula* dicitur quaſi in Salo (ſcil. ſita.) Aliud argumentum offertur in nominibus Ö ſive *Oi* & *Kyrre*, quibus parvæ duæ inſulæ Bardæ oppido oppoſitæ gaudent. Illud Gothicæ lingvæ eſſe inſulamque notare, ſupra monſtratum. Hujus quidem hucdum ſignificatum ignoro, ad eandem tamen lingvam illud referre audeo, quia Olaus III. dimidiæ Norvegiæ Sec. XI. Rex, eo pro cognomine utebatur, dicebaturque OLAUS *Kijrre*, HUITFELD Chron. Dan P. I. ſub SVENONE II. Hinc igitur apparet, jam tum tempore *Vandalorum* & *Gothorum*, qui circa Nativitatem Chriſti hic loci commorati ſunt hæc omnia aqvis abſorpta fuiſſe.

Digitized by Google

terrarum ſedes ſucceſſiſſe. Imo de majore ſine dubio clade doleremus, niſi provida Numinis cura terras Sabuloſas *Darzam* & (z) *Cingſt* omni huic oræ in mediis quaſi fluctibus prætexuiſſet, eoque ipſo furenti à Septentrionibus mari obicem & repagulum objeciſſet. Longe autem lateque ultra Cancellos iſtos antiquitus etiam terras expanſas fuiſſe, multa brevia & ſyrtes quæ ſupra *Cingſt*, & extre-

[z] Transverſa enim longitudine omni Bardam circumjacenti Provinciæ objicitur, & intromiſſas in interiora terræ undas à vaſto mari dirimit, illiusque inſultus magno alioquin damno futuros, elidit. Errore, aut quod credibilius eſt, ignorantia Calcographorum inſulæ huic in Mappis Geographicis non eſt appoſitum hoc in vetuſtis chartis ipſi proprium nomen, ſed loco illius plerumque die Sundiſche Wiſch adſcriptum legitur, vera quidem ſed inadæquata appellatione, cum non ſola Sundenſis reſpublica omnem hanc inſulam *Cingſt* poſſideat, ſed orientalem tantum illius partem, reliqua autem partim *Principis* Domanialibus, partim etiam Patrimonio *Civitatis Bardenſis* accenſentur. Uti quidem hoc patet ex inſtrumento donationis WITZLAI III. de anno 1290. verbis: *Eidem civitati & incolis univerſis pratum quoddam* (hodie Müggenburg dictum) *Situm in Cingſt Inſula, quod à terminis prati cujusdam Civitatis Sundenſis* &c. *in duas dimenſiones ſc. longum & latum protenditur* &c. *contulimus & donavimus.* Hodie à Promontorio *Bardhovet* usque ad *Darzam* continuo Tractu protenditur, ita ut ab illo ad qvadrantem milliaris patenti freto; ab hoc autem profundo alveo (*Prerov* eſt nomen) ſeparetur. Olim tamen præter hunc alius interceſſit, & terræ nunc continentis divortium fecit. Ante hos centum annos eandem oræ iſtius faciem adhuc fuiſſe EILHARDI LUBINI Mappa Geographica nos edocet, traditio conſtans confirmat. Id incertum, an unquam navigabilis fuerit. Dixerim ego, non fuiſſe. Reperio enim in Privilegio, quo WARTISLAUS IV. Pomeraniæ Dux anno 1325. Bardam tendentibus navibus exemtionem ab omnibus exactionibus indulget, exceptis illis, quæ in ipſa hac civitate perſolvendæ erant, quod ſolius tantum portus *Prerov* mentio fiat. His ibi loquitur verbis: *Inſuper omnes naves & ſingulæ PORTUM PREROU intrantes, liberum aditum ad civitatem noſtram Bart & exitum habere debent, nec alicubi niſi in Bart theolonicum ad uſus noſtros ſolvere teneantur, & dictæ naves apportato ſigno de Barth ſuper ſolutione theolonii à noſtris officialibus non debent æqualiter impediri: Naves vero quæ ad civitatem tranſire noluerint, ibidem in portu ſolvant noſtris officialibus theolonium debitum atque juſtum.* Fluvium itaque vadoſum fuiſſe puto, qui ante hos centum annos, cum magna hic locorum innundatio maris eſſet, ingeſtis ex mari arenis eſſe omnino deſiit. Qvare optamus hæc in poſterum obſervari à ſculptoribus Mapparum Geographicarum, ne dum hic, ſicut ubivis, LUBINI exemplar ſeqvuntur, diverſam nobis à terrarum hodierna facie delineationem exhibeant.

Digitized by Google

tremum atque ex fronte quaſi Peninſulæ *Darzæ* prominens cornu in memoriam hujus rei excurrunt, teſtantur.

§. IX.

Hactenus de finibus mediterraneis atque maritimis Rugianæ Reipubl. commentati ſumus, ſtatum eorum antiquiſſimum & Principi CRITONI coævum maxime ſpectantes. Nunc, qui fuerint tunc temporis (a) *marini* ejus *limites* enucleandum venit. Sed paucis nos hic abſolvere licebit, cum pauca determinari poſſint. Haud capax eſt mare limitum, quos terra admittit, ſed omnis fere hic poſſeſſionis extenſio (b) poteſtate & Dominio menſuratur. Atqui hujus intuitu quam latiſſime per Balthicum mare CRITONIS Jurisdictionem patuiſſe facile liquet cogitantibus, quod tantum non omnis Slaviæ Dominus ille fuit. Ego ſtatuere auſim hujus maris tunc temporis penes CRITONEM præcipuum Dominium fuiſſe. Per Daniam enim ſub regimine Svenonis atque ſucceſſorum illius (c) turbata omnia erant, plusque illi faceſſebant negotii Norvegi & Angli, quam ut curam ſimul eorum gerere poſſet, quæ hic locorum â Slavis adminiſtrabantur; Satis habiturus ſi nihil ab iſtis moveretur, & omnia â tergo tuta ipſi relinquerentur. Habebant & Sve-

[a] Hos contradiſtingvo maritimis, qui littorum tractu definiuntur; cum *marini* in ipſo mari quærendi ſint, neque ideo tam certis ac fixis terminis circumſcribi posſint, ſed oculorum qualicunque judicio conſtent.

[b] Qvod CRAMERUS Gr. Pom̃ K. Chr. L. I. C. 38. de finibus Principatus Rugiæ generatim ſcripſit, daß die Rugianer dieſes Fürſtenthums Gebicht / nachdem als ſie mit Krieg beſtreiten können / behalten haben / id potisſimum definibus ejus marinis â terra remotioribus intelligendum veniet.

[c] Vid. HUITFELD. in Chron. Dan. P. I in Svenone II. & Succeſſoribus, conf. CRANTZ. Dan. L. IV. C. 32. ſeq. HOJER. l. c. p 30. ſeq. Hanc cauſam fuiſſe arbitror, quare Canutus Svenonis filius, cum Patre adhuc vivente materiam comparandæ ſibi gloriæ quæreret, non Rugianos aut Slavos ſed orientales Sambones, Eſthones & Curetes navibus ſuis impugnatum exibat; Qvamvis veroſimile ſit, quod Henricus Godeſcalci Principis â Slavis interfecti filius ex Sorore Canuti genitus, auxilia Danorum contra Patricidas Subditos & Principem Critonem, quem ipſo poſthabito ſibi elegerant, indeſinenter efflagitaverit, vid. CRANTZ. l. c. C. 32. & 35.

Digitized by Google

Svedi (d) quod domi agerent, adeoque libera ubique poteſtas CRITONI concedebatur dominii in mari Balthico pro lubitu exercendi. Uti vero hæc temporaria tantum felicitas fuit, quæ imminutis poſt CRITONIS fata Rugianorum opibus iterum decrevit, ita (e) proximè terras alluentis oceani partes perpetuo jure Rugia ſibi vindicavit: Et optime quidem; cum enim quod ſupra demonſtravimus, magnam ille partem earum circum circa hauſiſſet, juſtum eſt atque æqvum, ipſum raptorem, dum (f) raptum reddere nequeat, pro eo detinuiſſe.

§. X.

Ita ad ſummum felicitatis apicem ſub CRITONIS imperio Rugianorum Rempublicam hactenus evectam vidimus. Sed quam verſabilis in rebus humanis, quam lubrica fortuna ſit, eadem nunc quoque Rugiana Reſpublica documentum eſſe poteſt. Qvamdiu igneus animi vigor corporisque eximium robur virtutem CIRTONIS animabat, ex voto omnia ſuccedebant, (g) vicinis populis vel

E mentio-

[d] Vid, CRANTZ. Svec. L. V. C. 11. 12. Præprimis opus converſionis ad Chriſtianismum hanc nationem totam occupabat; de quo conf. JOH. BAAZIUS in Invent. Eccleſ. Sveo-Gothorum.

[e] Huc præcipuè etiam referendum eſt late diffuſum illud fretum Inſulam Rugiam & continentem interluens, quod quaqua patet una cum portubus ſuis perpetuo atque indubitatò Rugiani juris fuit. Uti quidem Principum Rugiæ privilegia præſertim Straleſundenſibus indulta abundè hoc teſtantur, & infra occaſione oblata uberius demonſtrabitur.

[f] Interim mare cum terram ſemel deglutitam adeoque ſortem ipſam reddere non poſſet, abundanti halecum captura annuos cenſus perſolvit. *In Novembri enim flante vehementius vento multum illic* (è regione Arconæ Rugiam inter atque Bornholmiam) *halec capitur, & patet mercatoribus liber acceſſus, ſi tamen ante Deo terræ legitima ſua perſolverint*, totidem verbis tradit HELMOLDUS Chron. Slavorum L. II. C. 13.

[g] *Ranos* (Rugianos) *homines bellatores, victoresque omnium circa populorum illo tempore principatum Vandalicæ gentis ſibi uſurpaſſe* teſtatur magnæ fidei Hiſtoricus noſter EICKSTEDIUS in Epitom. Ann. Pom. Manuſcr. *Dani* quo loco *Critonem* habuerint §. IX. jam indicavimus. *Saxones* reformidaſſe opes atque virtutem illius vel inde liquet, quod ADAMO BREM. H. E. L. IV. C. 13. & HELMOLDO l. c. L. I. cap. 25. teſtibus, Ordulphus Saxoniæ Dux, etſi omni niſu BUTHUEM Godoſcalci tanquam vaſalli ſui filium contra Critonem juverit, ne unicam quidem unquam victoriam per integros duode-

cim

mentionem nominis Rugiani reformidantibus. Aſt cum (h) ſenio ille confici, impetusque virilis paulatim (i) frangi cœpiſſet, (k) maturam ſibi occaſionem obveniſſe putabat HENRICUS Godeſcalci interfecti filius, patrias recuperandi Provincias; Comparatis itaque in Dania navibus, turbare, invadere atque vaſtare maritimas Slaviæ oras non deſtitit, donec in partem terrarum patriarum à CRITONE admitteretur. Jamque firmiſſima inter ambos amicitia coaluiſſe videbatur, cum ille, qui nihil actorum ſeriò, (l) ſed cuncta eo fecerat, ut HENRICO ad perniciem via ſterneretur, quod diu animo volutaverat, tandem & exequi parabat; ſed hoc conſilium ratione callidius, quam eventu felicius fuit. (m) SLAVINA enim uxore, mariti voluntatem (n) prodente, non tantum inſidias caute vitavit HEN-

cim annos contra illum potuerit conſequi, quodve nec filius ejus Magnus propitiorem hac quidem in parte fortunam habuerit. Et CRANTZ. Vand. L. III. C. 18. etiam contemtim à Critone habitum eſſe Magnum refert, conf. cap. 19.

[h] Omnis hæc narratio noſtra ad finem usque §. fide ac autoritate nititur HELMOLDI l. c. L. I. C. 34. 36. 38. ALBERTI STAD. Chron. ad ann. 1126. CRANTZII Vand. L. III. C. 19. ſeqv.

[i] Non tantum ſenio fractus erat, ſed armis jam deſvetus atque laboribus impar CRANTZIO l. c. Cap. XIX. commemorante.

[k] Hanc jam dudum captaverat. Initio quidem diu in ſpe fuerat Saxoniæ Ducem tandem prævaliturum eſſe, ſed cum nihil amplius inde cerneret ſperandum, ad Patris amicos, quos in terris ſuis hæreditariis ſupereſſe noverat literas nuntiosque crebrius misſitabat, atque ita omnia ad expeditionem quam moliebatur, præparabat, vid. CRANTZ. l. c. C. 19.

[l] *Nec tamen*, inquit HELMOLDUS l. c. *hoc egit ſincera intentione: virum enim juvenem, fortem & bellicoſum, quem vi nequibat, fraude opprimere geſtiebat.*

[m] Conſtans eſt monumentorum Patriorum traditio, SVANTIBORI Ducis Pomeraniæ hanc fuiſſe filiam, utpote qui prudenti conſilio potentioris vicini amicitiam hoc ipſo matrimonio ſibi firmaverat. Undè, cum proximos quosque populos ſub jugum imperii ſui miſiſſet Crito, *Pomeranis* tamen atque *Lutitiis* Svantibori Soceri ſubditis vel minimam vim unquam intentaſſe nullibi legimus. Tantumque hi confiſi illius virtuti & fidei, ut cum ob mutuam ſimultatem Svantibori imperium reſpuiſſent, ſe pariter ac juniores Principes ſuos, qui tunc nondum ephebis exceſſerant, præſidio ejus comittere haud dubitarent.

[n] Qvo animo, quibusve mota cauſis *SLAVINA* id fecerit, non eadem Scriptorum

Digitized by Google

HENRICUS, ſed in ipſum earum autorem direxit. Convivio perdere æmulum CRITO decreverat. Simili igitur humanitatis velamine uſurus HENRICUS exquiſitiſſimis illum epulis prior (o) excepit, meroque (p) gravem fatali ictu proſterni curavit. Non ſolus cadebat CRITO, ſed florentiſſimas ſimul Rugianorum res in caſum trahebat. Statim enim HENRICUS, ducta in matrimonium Slavina, Slavisque juſto prælio victis, (q) totius Slaviæ affectabat imperium. Sic

E 2 per-

rum eſt opinio. HELMOLDUS Dominam Slavinam marito jam vetulo infenſam fuiſſe, ſcribit, & Henrico, ſi poſſibile foret, nubere affectaſſe. In eandem ſententiam conſpirant ALBERTUS STAD. & CRANTZIUS, qui Slavinam affectiorem fuiſſe teſtatur Henrico quam Critoni par eſſet. Contra vero MICRÆLIUS Chron. Pom. Lib. II. n. 55. ſecretò Chriſtianismo addictam adeoque deteſtatam perhibet mariti ſui de trucidando Henrico conſilium. Hujus igitur miſericordia commotam omnia feciſſe. Mihi aliquo modo conciliari hæc inter ſe poſſe videntur; quia cum amore, miſericordia etiam erga amatum afflictum vel affligendum conjuncta eſt. An vero Crypto-Chriſtiana fuerit Slavina, de eo quidem valdè dubito. Habebat enim SVANTIBORUM gentilem Patrem & infenſiſſimum Chriſtianorum hoſtem Critonem maritum; Inſuperque talia patrabat, quæ ex animo pie Chriſtiano non poterant proficiſci. Qvo refero quod Henricum vivente adhuc marito deperiret, quodve ejus ſvaſu & inſtinctu Critoni internecinum illud convivium paratum ſit.

[o] Locus communis, in quo celebratum ſit hoc convivium non indicatur. Conjicio tamen, fuiſſe Palæopolin Wagriæ quod Slavi *Stargard*, Saxones *Aldenburg* (vid. HELMOLDUUS l. c. L. I. C. 12.) nominare conſveverant. Hanc enim tanquam priſtinam Principum ſedem & Daniæ proximam Henricus inter alia loca maritima expugnaverat, forſan etiam cum aliis, quæ à Critone ipſi conceſſa erant, obtinuerat. Specialem tamen locum ſive ipſum conclave feralium epularum CRANTZIUS quidem generaliori *triclinii* vocabulo notat, ſed HELMOLDUS *æſtuarium* nominat; cujus vocis barbaro uſu ſignificare illum idem voluiſſe puto, quod nos ein Sommer-Zimmer / eine Löſeting oder ein Sommer-ſet nuncupare ſolemus. Ut vel uno hoc nomine intelligamus, æſtivo hæc omnia tempore geſta fuiſſe.

[p] HELMOLDUS atque CRANTZIUS multa potione temulentum fuiſſe ſcribunt. Magno prudentiæ vitio. Cautius quippe mercari debuiſſet quoties ſalutanda illi erant limina æmuli, quem occultum hoſtem eſſe facile divinari poterat. Sed malum conſilium plerumque autori peſſimum.

[q] Non ſemper uno ſenſu *Slaviæ* vocabulum apud Helmoldum venit. In ipſa fronte Libri I. Chron. ad omnes Venedorum populos illud extenditur. Cap. II. illis potiſſimum datur, qui ab Eidora ad viſtulam usque inter Albim ac Balthicum

Digitized by Google

perturbatis rebus Rugiani anteaquam ad illos quoque pervaderet nova poteſtas, in RAZEUM Critonis ſive filium, ſive ex fratre (r) nepotem, ſumma rerum delata, prævertendum, quod imminebat malum credentes, Claſſe ſua LUBECAM, quam Crito â ſe (s) conditam imperii

cum mare incolebant. Præcipuè autem, obſervante BANGERTO in notis ad idem hoc caput adjectis p. 13. ipſe per totam hanc hiſtoriam ſuam Slavorum nomine *Obotritos*, *Polabos* atque *Wagrios*, h. e. *Mecklenburgenſes*, â Warna habitantes, *Ratzeburgenſes*, *Lauenburgenſes* & ex parte etiam *Holſatenſes* intelligit.

[r] Qvo propinquitatis gradu RAZEUS Critoni conjunctus fuerit non certo conſtat. A KLEMPZEN in der Stamm-Linie der Rug. Fürſten vocat des *Critonis* Vetter. MICRÆLIUS in Tabula Genealog. Ducum Pom. & Principum Rug. pro Critonis ex fratre WARTISLAO & ODA conjuge, nepote habet. CRANTZIUS Vandal. L. cap. 39. & *Chronica Slaviæ* incerti autoris ap. LINDENBROG. in Coll. Script. Septentrion. C. 19. de *ſemine Critonis* illum fuiſſe generatim aſſerunt. Certum igitur eſt, illum cognatum fuiſſe magno huic Principi.

[s] Varia, quibus Lubeca antiquiori ævo jactata eſt, fata ſuccincta narratione exponit BANGERTUS in not. ad HEMOLD. L. I. C. 57. p. m. 137. ſeq. Prima urbis incunabula qua tempus ædificationis, qua nomen conditoris ignorantur; mentio tamen illius prima tempore GODESCALCI Obotritorum Principis apud ADAMUM BREM. HELMOLDUM & ALBERTUM STAD. occurrit. A Critone noſtro inſigniter auctam arcemque ei adjunctam fuiſſe BANGERTUS l. c. nonnullis ſcriptorum teſtimoniis probat. Sed non defraudandus eſt hac gloria CRITO, quam fide digni ſcriptores ipſi vindicarunt. Dudum Hiſtoricis cum Bangerto obſervatum eſt non ſemper eodem loco Lubecam ſtetiſſe, ſed veterem illam ad *Schwartaviam* ſitam fuiſſe, cum hodierna *Trabenæ* adjaceat. Hoc tantum Bangertus peculiare habet, quod bis migraſſe hanc urbem, primumque in loco, quo hodie eſt, ſtetiſſe, poſtea *Schwartaviam* acceſſiſſe & denique indè ad *Trabenam*, ubi hodie ſpectatur, rediiſſe. Abundet ille ſenſu ſuo, nobis ſufficit, quod Lubecæ *ad Trabenam* Conditorem Critonem noſtrum fuiſſe idonea monumentorum documenta loquantur. CRANTZIUS L. III. Vand. C. 18. claris verbis teſtatur; *Hic* (Crito) *VETERI LUBECA AD ZVARTOW POSTHABITA, paulo ſuperius ad ripam EJUSDEM FLUMINIS TRAVENÆ NOVA COEPIT MOLIRI FUNDAMENTA NOVÆ URBIS longe commodiori loco inter lacum Wogeniſſæ, & eundem fluvium ut utroque ab latere eſſet irrigua civitas.* Hæc quoque confirmantur ex HELMOLDO, qui Rugianos cum Lubecam Critonis ſui ſedem expugnaviſſent, per *Travennam* ſubvectos eſſe expreſſe teſtatur.

Digitized by Google

imperii præcipuam (t) ſedem habuerat, ex improviſo aggrediebantur, Henricum ipſum, qui tunc forte in illa commorabatur, ſi fieri omnino poſſet (u) intercepturi. Sed hæc quidem ſpes eos fallebat, elapſusque noctu ex urbe HENRICUS, vicinorum copiis, qua poterat celeritate, contractis, nihil metuentes ab externo hoſte occupavit, ingentique clade repreſſit. Neque tantum vincere, ſed & victoria uti didicerat. Fractis enim (w) hoc prælio principis

E 3 gentis

teſtatur. Accedunt domeſtica teſtimonia NIC. à KLEMPZEN in der Stam̃-Linie oder Genealogia der regierenden Fürſten in Rügen/ verbis: *Crito* hat Holſtein und Ditmarſchen erobert/ und Lübeck zu bauen angefangen/ anno 1073. Nachdem die Stadt und Schloß zu Lübeck durch *Crito* aufgelegt und zu erbauen angefangen/ aber durch Heinrich Fürſten der Wenden und Mecklenb. des Critonis nachgelaſſen Wittwen Slavinam, Fürſt Svantiborus von Pommern Tochter/ ſamt den Landen/ ſo Crito inne hatte/ in ſeine Gewalt gezogen worden/ haben die Rügianer ſich unterſtanden/ Lübeck unter ihre Gewalt wiederzubringen. Et EICKSTEDII Epit. Ann. Manuſcr. qui Rugianos obſidione veterem cinxiſſe urbem Lubecam ſcribit, ut illam, *tanquam à Principe ſuo Critone exſtructam*, Rugiæ adjicerent.

[t] Magno conſilio huc collocaverat ſedem Crito. Sive enim Dani ſive Saxones quid molierentur proxime hic aderat occurſurus ubi efficacior id neceſitas exigebat. Ab oriente & finibus Svantibori ſoceri, amoris atque pietatis lege omnia tuta erant. Inde igitur removerat domicilium eoque transtulerat, ubi in præſentia ſua atque virtute unicum ſecuritatis præſidium eſſe videbatur. Saxones præſertim noverat eſſe animi à ſe alienati & gloriæ ſuæ invidentis ob ſubjugatos *Holſatos, Sturmarios* & *Thetmarchos*, qui ad illorum nationem atque ditionem pertinuerant. Jam vero Lubecæ inter utroſque medius Crito, omnem mutui auxilii ſpem utriſque adimebat.

[w] Hujus expeditionis occaſione HELMOLDUS l. c. L. I. C. 36. memorabilem deſcriptionem Characteris Rugianæ gentis, quæ tunc fuit, ſubminiſtrat. Præcipua capita eo redeunt, quod fuerit *populus crudelis, in omni Slavorum natione princeps, jugi alieni impatiens, gloriæ & dominationis cupidiſſimus, Regem habens;* Capite autem II. ejusdem libri *fortiſſimi* etiam *populi* laudibus mactat.

[x] Qvo anno contigerit hoc prælium, non ſatis conſtat. BANGERTUS in argumento capitis XXXVI. Lib. I. Chron. Helm. 1106tum aut 7mum ponit. Et probabile omnino eſt, non diu ceſſatum fuiſſe à Rugianis, qui ſine dubio principiis obſtare ſatius duxerunt, quam cunctando rei gerendæ opportunitatem perdere. Dies autem apud HELMOLDUM indicatur primus Augusti, quem

Digitized by Google

gentis opibus victricia arma per omnem (x) Slaviam circumferebat; vix ut in Inſula ſua tuti eſſent Rugiani, qui paulo ante longe lateque aliis imperare conſveverant. Non tamen vel ita anguſtis rebus deponere invictum animum iſti potuere. Tributa aliis pendere, qui hactenus ab aliis acceperant, intolerabile onus videbatur; quod primum abnuebant, deinde ubi armata manu Henrici filius (y) WALDEMARUS exigebat, vi â ſe amoliri annitebantur, ipſo etiam illuſtri exactore ſuppreſſo. Ita vero Henrici vehementiori ira in ſe provocata terribili Saxonum atque Slavorum exercitu (z) petebantur. Hyems erat & vis frigoris concretum gelu adſtrinxerat (a) mare. Facilis igitur tranſitus patebat, qui æſtate difficillimus

quem in ſignum & recordationem tam inſignis victoriæ anniverſario feſto celebrandum Henricus ſancivit. Tanti beneficii pretium apud illum habuit, â Rugianorum potentia liberatum eſſe.

[x] Inſula tamen, Rugia & Luticiorum atque Pomeranorum Provincia exceptis; uti quidem ſequenti patebit §.

[y] WALDEMARUM æmulatione fraternæ virtutis interiiſſe ex CRANTZII Vand. L. III. C. 23. cognoſco. Frater enim Miſtue dum Pater Henricus in obſidione urbis Havelbergæ hærebat, HELM. l. c. L. I. C. 37. teſte *Linorum* bello petiverat populum, multaque præda onuſtus redierat. Hoc comperto ſuam quoque fortunam in oppugnandis Rugianis Inſulanis experiri voluit WALDEMARUS, ſed inimicam expertus eſt & internecinam. EICKSTEDIUS Epit. Ann. Manuſcr. ſcribit Waldemarum â patre ablegatum eſſe ad opprimendos omnino Lutitios & Rugianos; ſed haud quaquam ſpei eventum reſpondiſſe, addit.

[z] Paucis ante obitum Henrici annis, ut infra demonſtrabitur.

[a] *Mare* inquam, non *Penam* fluvium. Hic enim dextrorſum, qua *Raden* atque *Usdoma* Inſulæ oſtium aperiunt, in mare effunditur. Henricum autem non fluvium ſed mare ſuperaſſe L. I. C. 38. Chron. HELM. ſex iteratis vicibus dicitur; & quidem ea parte qua tractus illius contractior fuit, ac viſu trajici potuit. Confirmat & EICKSTED. Ep. Ann. Manuſcr. inſulam Rugiam â conterminis populis *mare* dividere, tradens. Nempe Wolgaſti Henricus cum Exercitu Slavorum commorabatur, Saxonum, quæ ſequebantur copias exſpectans, quibus ſibi junctis ex urbe egreſſus ad *mare* perrexiſſe, transmiſſisque ſylvis & arundinetis, ſuperaſſe illud narratur. Puto igitur Wolgaſto hoſtilem Exercitum contendiſſe ad ultimum terræ continentis angulum, qui *Cröslin* & *Nonnendorff* villas habet, cujusque maritima ac campeſtris regio de Grön-Schwaden nuncupatur. Namque ê regione hujus oræ tum quidem, quod ingens illa inundatio

Digitized by Google

limus fuiſſet. Jamque univerſas vires in conſpectum dederat hoſtis, cum Rugiani certa pœcuniæ ſumma redimere (b) pacem, quam incertum fortunæ caſum ſubire conſultius judicarent. In has conditiones data atque accepta eſt fides. Remigrabat hoſtilis exercitus. Stabant (c) promiſſis Rugiani. Sed cum doloſa ſtatera in ponderanda pecunia HENRICI (d) miniſtros uti animadvertiſſent, majoraque

datio anni 1309. nondum fuerat, anguſtisſimum fretum utramque diremit terram. Potuiſſet ſane breviori via uti, ſi circa villam *Brandesbagen* tranſitum eſſet molitus. Verum, ſi quid opinor, duo ab hoc conſilio illum avocarunt. Primum, quod hic propter munitisſimam urbem *Carentzam* non æque libere in interiora Inſulæ penetrare potuiſſet: Alterum, quod in omni hac maritima ora nullus tunc temporis æque munitus locus exſtabat, quo, re forſan minus ex voto geſta, ſicut *Wolgaſtum*, refugere potuiſſet. Cæterum notatu dignisſimum habeo, quod HELMOLDUS tradit, tota die hoſtes ambulaſſe in glacie & multa nive, atque circa nonam (vel noſtro numerandi horas diei modo circa tertiam pomeridianam) tandem apparuiſſe in terra Rugianorum. Hinc enim intelligitur non adeo arctum jam tum fuiſſe aquarum ſpatium utramque terram intermeantium, aut Rudam tantummodo Inſulam à continenti noſtra diſterminaſſe, ut communi alioquin opinione fertur, quia alias tantum temporis in ſuperando hoc ſpatio conſumere haud potuiſſent. Mane enim tradente HELMOLDO Henricus *Wolgaſti* jam convocavit Duces copiarum. Hoc hyemali tempore, quod tunc erat, horam circiter ſeptimam matutinam factum ponamus. Largiamur duas præterlapſas fuiſſe horas antequam omnia ad movenda caſtra componi potuerint. Denique unius adhuc horæ ſpatium itineri, quod *Wolgaſto* usque ad extremum littus maris faciendum fuit deputemus. Reliquas habebimus 4. horas ab undecima ante meridiana ad tertiam usque pomeridianam itineri per glaciem impendendas, quibus autem opus fuiſſe non crediderim, niſi jam tum patentisſimum utriusque terræ diſcrimen aquarum interjectum fuiſſet. De Wolgaſto ſæpius hic nominato vid. not. (p) ad theſin ſeq.

[b] Magno prudentiæ exemplo; Nolebant ſtare ſub ictu fortunæ, ſed reſiduam exhauſtarum virium partem in ulteriores neceſſitates reſervare multo conducibilius videbatur; temerariorum enim conſiliorum rara felicitas, nullusque niſi extrema patientibus legitimus uſus.

[c] Et quidem fide adeo incorrupta ſtabant, ut non tantum quantitatem promiſſam complerent, ſed auctarium etiam adjicerent. Vid. EICKSTEDIUS l. c. HELM. l. c. L. I. C. 38. NIC. à KLEMPZEN in der kurtzen Hiſtorie und Verzeichniß neben der Genealogie der regierenden Fürſten zu Rügen in Manuſcr. CRANTZIUS Vand. L. III. C. 26.

[d] Nutu Principis Henrici id factum eſſe, eventus rei docuit, cum querelis Rugiano-

Digitized by Google

raque exigi, quam aut pacta erant, aut exſolvi poterant, res rediit ad arma, ſequentique mox hyeme denuo HENRICUS (e) Saxonum atque Slavorum valida manu ſtipatus Rugiam intravit, ad injuſte imperata facienda injuſtius gentem compulſurus. Vix autem (f) tribus

gianorum non tantum non præbuit aures, ſed ad injuſta poſtulata explenda armis etiam adigere illos ſuſtinuit, eoque ipſo peſſimum gentilibus fidei documentum dedit, atque anſam de ipſo Chriſtianiſmo male ſentiendi, exemplum Ducum Saxoniæ inferioris BERNHARDI ac ſucceſſorum imitatus, de quibus HELMOLDUS L. I. C. 16. 18. 19. 25. & alibi paſſim conqueritur, quod in ſubjugatione Slavorum ſemper ipſis tributi quam Chriſtianiſmi potior fuerit ratio, quodve avaritia & credulitate ſua converſioni miſerorum iſtorum hominum nunquam non obicem obdiderint.

[e] Imo tantum autoritate valebat Henricus apud LOTHARIUM, qui tum Saxoniæ Dux, deinceps & Romanorum Imperator erat, ut illum in ſocietatem belli pertraheret, inque ipſa irrita hac expeditione comitem haberet. Alioquin Henricus Lotharii Vaſallus erat; à temporibus enim Bernhardi, qui haud multo poſt initium Sec. XI. rerum apud Saxones potiebatur, Obotritorum Principes jure Clientelæ Saxoniæ Ducibus ſubditi fuerant. Ipſe Henricus, interfecto Crucone terraque obtenta acceſſit ad *Magnum* Saxoniæ tunc temporis Ducem fecitque ei juramentum fidelitatis ac ſubjectionis teſte HELMOLDO l. c. L. I. cap. 24. Neque hæc rerum facies ſub Lothario Magni ſucceſſore immutata eſt, ſed idem HELMOLDUS de ipſo quoque memoriæ prodidit l. c. C. 35. *quod tam Slavos* (puta dominio eminenti) *quam Saxones gubernaverit*, conf. L. I. C. 16. 17. 25. Contra ea Crito Princeps omnia pro arbitrio & abſoluto imperio geſſerat. Crito (verba pono CRANTZII Vand. L. III. C. 18.) *per ea tempora Obotritorum, Wagriorum & magnæ partis reliquæ Wandaliæ princeps rem gerebat PLENA IN WANDALIS POTESTATE, AD CONTEMTUM USQVE MAGNI DUCIS SAXONIÆ: qui diu fruſtra contra illum colluctatus, nihil profecit.* Et interjectis paucis: *Luctabatur ille* (Crito) *aſſidue adverſus Ducem Saxoniæ Magnum & multis laboribus ſe defendit, ne rediret ad juga Chriſtianiſmi & tributorum. Facileque fuiſſet religionem reparare, ſi in animum inducere potuiſſent principes temperare impoſitis oneribus. Sed dum illi inhiant tributis, Wandali uno pariter odio & religionem & ſervitutem refugiebant.*

[f] Ita HELMOLDUS, Lib. I. C. 38. cum quo conſentiunt CRANTZIUS l. c. C. 26. & EICKSTED. l. c. ipſam terram ingreſſos atque populatos eſſe hoſtes, teſtati; NIC. à KLEMPOEN vero l. c. negat attigiſſe inſulam: Indem ſie auffen Eiſe im Anzuge waren/ zergieng das Eiß/ alſo daß die Feinde ungeſchaffter Dinge/ wiedernm eylends zurückgezogen ſeyn/ und nicht weit

Digitized by Google

tribus noctibus ibi ſubſtiterant, cum miteſcens frigoris ſævitia & glacies paulatim liqveſcens de maturando reditu moneret. Itaque rebus infectis tum quidem è Rugia, haud tamen (g) multo poſt &

F ex

weit fehlete/ daß ſie alle geblieben wären/ ſunt verba illius. Et ſi omnino ingreſſi ſunt, certum eſt, quod præter combuſtionem aliquot villarum atque vicorum vix quicquam ibi patraverint; alioquin non ſubticuiſſet HELMOLDUS, qui in enarrandis rebus feliciter ab Henrico geſtis alibi quidem non parca manu utitur. Ita hic juſtitiæ cauſæ eventus reſpondit fortuna, leveque tum Rugianis illatum eſt damnum; *Slavi enim* (eodem HELMOLDO L. II. C. 13. affirmante) *in conſtruendis ædificiis non erant operoſi, quin potius caſas de virgultis contexebant, neceſſitati tantum conſulentes adverſus tempeſtates & pluvias; Quoties autem bellicus tumultus inſonabat, omnem annonam paleis excuſſam, aurum atque argentum & pretioſa quæque foſſis abdebant, uxores & parvulos munitionibus vel certe ſylvis contutant. Nec quicquam hoſtili patebat direptioni, niſi tuguria tantum, quorum amiſſionem facillimam judicabant.* Idem & Rugianorum fruſtrandi hoſtium invaſiones mos erat: Die Rugianer (verba refero KANZOVII ad ann. 1165.) brachten ihre fürnehmſte Habe in die Städte und Veſtungen/ alſo wenn gleich die Dänen wiederkämen/ daß ſie nichts/ denn die lauſigen Bauer-Katen funden/ deren Zerſtöhrung und Schaden ſie nicht groß achteten.

[g] Ultimam hanc *Henrici* inanem in Rugianos expeditionem, paulo ante mortem illius factam fuiſſe, claris verbis enunciat HELM. l. c. C. 38 ſub finem. Incidit mors illius ſecundum BANGERTUM in argumento Capitis 46. L. I. Chron. HELM. in annum 1126. CRANTZIUS Vand. L. III. C. 28. ad annum 1122. eum remittit, & ALB. STADENSIS inter acta anni 1133. enarrat. Verum hunc in errore verſari minime dubito. Supponam Henricum, cum anno 1066 Pater ejus Godeſcalcus trucidaretur, decimum octavum jam tum compleviſſe annum, ſic ſecundum ALBERTI STAD. computum 85. annorum ætatem attigiſſet, ſed tam decrepitum fuiſſe, inde, ut credam, impetrare à me non poſſum, quia, quod modo commemoratum eſt, ipſe adhuc una cum Lothario Duce ultimæ in Rugianos expeditioni intererat, nec ullarum imbecillitatum, quæ occiduam ſenectutem comitari ſolent, apud HELMOLDUM mentio fit, qui tamen de Critone nondum adeo provectæ ætatis tradere haud intermiſit, *quod ſenio confectus fuerit.* En vero & aliud argumentum; Lotharium tanquam Ducem Saxoniæ ultimo huic bello Rugiano adfuiſſe, teſtimonio HELMOLDI certum eſt. Lotharius, per fidem optimorum ſcriptorum à BANGERTO in not. ad Cap. 41. L. I. HELM. nominatorum ann. 1125. in ſolium Imperiale evectus eſt; Conficitur itaque, quod Henricus, quoniam ultimæ illi in Rugianos expeditioni teſte HELM. l. c. modico tantum tempore ſupervixit, aut ipſo illo 1125. aut ſaltem ſeq. 1126. anno è vita migraverit.

Digitized by Google

ex vita migrandum fuit Henrico, morteque unius viri dirempta eſt controverſia, quæ continuis fere bellis perque viginti annos protractis dirimi non potuerat.

§. XI.

Hæc æqva lance penſitantibus, facile naſcetur finium Rugianorum ejus ætatis legitima idea. Certe, amittebantur non tantum *Obotritorum, Polaborum, Wagriorum & Nord-Albingorum* provinciæ, adeoque omnia, quæ CRITO ultra *Warnam* ad *Eidoram* usque partim libera ſtatuum electione, partim armis atque virtute ſua, cum Republica Rugianorum conjunxerat, amittebantur. Sed & hæreditariæ terræ *Kizinorum* & *Circipanorum* à Warna ad Penæ oſtium usque (h) extorquebantur. Inſulam autem Rugiam unquam aut ditioni Henrici Principis adjectam aut tributariam tantum ipſi factam fuiſſe, quo demonſtretur, nusquam ego inveni. Non multum, fateor, ab illa ſententia me abfuiſſe, cum HELMOLDUM L. I. C. 36. ſtatim poſt cladem Rugianorum ad urbem Lubecam omnes Slavorum populos ad terram usque Polonorum imperio Henrici nominatim adjudicantem legiſſem. Rem vero omnem ad calculos vocanti & ad hiſtoricæ analogiæ amuſſim referenti, prorſus alia ejus oblata eſt facies. Qvædam enim HELMOLDUS dixiſſe creditur, quorum vere nulla apud illum commemoratio eſt; quædam vere dixit, quorum longe diverſa aliundè edocto lectori vix fidem faciet. Illuc refero, quod Rugianos etiam tributariis Henrici ab eo annumerari exiſtimant, cum tamen non ipſos *Ranos ſive Rugianos ſed Ranorum populos veluti Wagiros, Polabos, Obotritos, alios*, qui hactenus imperio eorum paruerant, ei ſub tributo ſerviiſſe (i) ſcribit; Huc autem

[h] Hinc ne verbo quidem apud HELM. L. I C. 38. dicitur, quod irruenti hoſtili exercitui ad ulciſcendum mortem Waldemari in terra continenti ſe objecerint Rugiani, aut finibus ſuis arcere illum annisi fuerint. Omnia enim jam in poteſtate hoſtium erant, ipſum quoque *Wolgaſtum;* Ita ut liber ubique ipſis aditus pateret, ſola Rugia aqvarum naturali munimento excluſis.

[i] Audiendus eſt ipſe HELM. *Servierunt*, inquit, *Ranorum populi HENRICO ſub tributo, quemadmodum Wagiri, Polabi, Obotriti, Kyzini, Circipani, Lutici, Pomerani & univerſæ Slavorum nationes, quæ ſunt inter Albiam & mare Balticum, & longiſſimo tractu protenduntur usque ad terram Polonorum, ſuper omnes hos imperavit HENRICUS, vocatusque eſt REX IN OMNI SLA-*

Digitized by Google

autem ſpectat, quod & *Luticios* atque *Pomeranos* in Claſſem ſubditorum Henrici conjicit, etſi ſtatus rerum, qui tunc apud iſtos obtinuit, auctoritasque aliorum monumentorum talia ut credamus (k)

F 2 haud

SLAVORUM ET NORDALBINGORUM PROVINCIA. In eundem ſenſum quoque relatum lego ab auctore incerto Chron. Slav. ap. LINDENBROG. C. 15. & CRANTZIO Vand. Lib. III. C. 22. quanquam hic ipſe fateatur, quod omnia hæc hauſerit ex HELMOLDO, priorque ille ſine dubio non alio uſus ſit fonte. Omnia itaque ad HELMOLDI fidem recteque intellecta illius verba hic redeunt. Ut vero illis ſua conſtet veritas, probe attendendum videtur, quod non de ipſis *Ranis* ſive *Rugianis* dicat, *ſerviiſſe eos Henrico ſub tributo*, ſed de *RANORUM POPULIS*. Ranorum autem populi, qui fuerint, ſtatim ſubjungit, nominando, *Wagiros*, *Polabos*, *Obotritos*, *Kyzinos*, *Cyrcipanos*, *Luticos*, *Pomeranos*. Hos enim omnes, etſi diverſo, ſuo tamen modo Rugianorum imperium moderante CRITONE veneratos eſſe, jam ſupra probatum eſt. Non igitur extendenda ſunt *ad ipſos Rugianos*, quæ non niſi de Rugianorum *ſubditis, concivibus atque tutelari regimini commisſis hic efferuntur*. Rugianorum ad Lubecam cladem Cap. 36. L. I. narraverat HELMOLDUS, altero ſtatim poſt interfectum CRITONEM anno inflictam. Hoc enim & ipſa ſeries rerum ibidem enarratarum & calculus BANGERTI in argumento hujus capitis indicat. Qvod vero perſecutus ſit *Rugianos* Henricus, quod ipſam inſulam eorum invaſerit, quod expugnaverit, ſub jugum atque tributum miſerit, de eo ne verbum quidem invenio; Etſi hæc talia tantaque ſint, ut nunquam ſilentio transmiſiſſet, ſi quando geſta fuiſſent. Neque ulla bellorum, quæ Henrico poſt primum illud ad Lubecam prælium, cum Rugianis adminiſtrata fuerint præter ultimas illas ſub finem vitæ ipſius ſuſceptas expeditiones, vel apud *HELMOLDUM* vel apud quemcunque alium Scriptorem, commemoratio occurrit. Qvis igitur crederet, ſtrenuos illos Rugianos, *quos fortisſimam Slavorum Gentem HELMOLDUS* nuncupare non dubitat, poſt unicam pugnam infeliciter pugnatam ita omnem mox animum deſpondiſſe, ut ſe Henrici facerent tributarios?

[k] Primum repugnat Parallelismus Hiſtoricus atque comparatio ſtatus rerum, qui tunc erat apud *Leuticios* & *Pomeranos*. Jam ſupra evicimus utriſque imperaſſe SVANTIBORUM, ſui juris principem, CRITONIS Socerum; Cumque illius imperium averſati eſſent ſubditi, tutelare regimen in generum delatum fuiſſe. Poſt ſubitam tamen hujus mortem, ope potisſimum Regis Poloniæ Boleslai III. SVANTIBORUS habenas ſuæ Reip. reſumſit, donec & ipſo biennium poſt anno 1107. è vita ſublato, rerum ſumma ad 4. ejus filios: *Wartislaum*, *Ratiborum*, *Svantipolcum* & *Bugislaum* pervenit. Horum Sorori, Svantibori filiæ *SLAVINÆ* quantum debuerit Henricus

haud permittant. Ad eas igitur anguſtias redactis Rugianis, intacti illi in

eus §. antecedenti audivimus. In medio nunc relinquam, annon & ſuggeſtione aut Parentis aut fratrum fœmina ſuppeditaverit Henrico conſilia illa, quæ in perniciem mariti Critonis erumpebant. Facile enim perſvadeor ut credam, limis oculis illos intuitos eſſe terrarum ſuarum uſurpatorem, ob nimiam potentiam merito ipſis ſuſpectum, ac de removendo illo conſilia agitaſſe. Hoc poſitum extra dubium eſt, quod Henricus matrimonium, uti convenerat, poſt mortem mariti actutum cum illa contraxerit, quantum ipſi deberet ſatis eo ipſo teſtificatus. Opinabile igitur non eſt, hanc gratiam ſeni uxoris parenti ac fratribus referre voluiſſe Henricum ut tributarios ſibi redderet illos atque ſubjectos. Nec obſtat, quod HELM L. I. C. 34. ſcribit: *Univerſos Slavorum populos*, qui habitabant ad Orientem & Auſtrum, Cruconis morte comperta in aciem contra Henricum egreſſos, ſed victos prope locum *Smilove* in terra Ratzeburgenſi, ſervitutis jugum ſubire coactos eſſe. *Orientales* enim Slavi HELMOLDO in Wagria conſtituto, *Palabi, Obotriti, Kyzini, Circipani* etiam dicebantur. Qvod autem de *univerſis* loquitur, id quidem ſynecdochicè atque ita intelligendum duco, quemadmodum manifeſtata modo rerum facies & conditio, quæ tunc fuit, intelligi illud permittit, imo ita intelligendum, uti antecedenti C. 26. de CRITONE eadem locutione uſus dixerat: *Invaluitque CRUCO & proſperatum eſt opus in manibus ejus, obtinuitque dominium in UNIVERSA TERRA SLAVORUM & ſervierunt CRUCONI ſub tributo.* Cum tamen ex ſupra evictis certum eſt, *Luticiorum Ultra-Penanorum ac Pomeranorum* populos ad Rempublicam Critonis non pertinuiſſe. Interdum ſane de rebus geſtis Henrici paulo liberius ac ornatius locutum eſſe HELMOLDUM, diſſimulari non poteſt. Sane, ſi conſulimus Synchroniſmum, videbimus, tot domeſticis malis tunc temporis obrutum fuiſſe SVANTIBORUM cum Pomeranis ſuis, ut vix rerum ſuarum ſatagere, tantum abeſt ut alienis ſe immiſcere potuerint. Omnia enim funeſtiſſimis, quæ Dania atque Polonia intulerant, bellis flagrabant, à MICRÆLIO L. II. n. 64. & CRANTZIO Lib. III. C. 29. ampliuſcule narratis. Sed præterea aperta ſcriptorum teſtimonia in contrarium adduci poſſunt. Perſpicua ſunt verba CRANTZII Vand. L. III. C. 28 *per eadem ferè tempora cum Henricus imperio teneret OMNEM PROVINCIAM CITRA PANIM, Warciſlaus Princeps erat in orientali Wandalia.* Hic Dominio Henrici *Pena* ponitur terminus; Qvæ vero ultra hunc fluvium verſus orientem jacent ſub nomine *Wandaliæ orientalis WARTISLAO* Svantibori majori natu filio adjudicantur. Unde & eidem CRANTZIO Dan. L. V. C. 8. & SAXONI GRAMMAT. L. XIII. Hiſt. Dan. *SLAVIÆ* ipſe hic Wartiſlaus & *VANDALIÆ REX* ſalutatur. Accedit & aliorum præſertim domeſticorum ſcriptorum autoritas, qui omnes uno ore affirmant Svantiborum & filios ejus ſuas *manu regia* tenuiſſe provincias, ac nemini unquam ſub tri-

buto

Digitized by Google

in ſua inſula ſubſtiterunt ſuiq; manſerunt juris, donec (l) paucos ante Henrici obitum annos, primum à filio (m) Waldemaro, poſtea & à

buto ſerviiſſe. Præprimis in cenſum hic venit MICRÆLII autoritas, qui l. c L. II. n. 65. Wartiſlaum atque fratres fœderatos, non ſubditos fuiſſe, proindeque pro navata ipſi in bello Rugiano opera terra *Wolgaſtanâ* remuneratos eſſe teſtatur. Repetantur etiam huc quæ ſupra ad §. V ſub not. [w] jam diſputavimus, & conferantur infra in not. [r] hujus §. à nobis obſervata.

[l] Tres illæ expeditiones, una quidem Waldemari & duæ Parentis Henrici, pro mea quidem opinione, totidem etiam factæ ſunt annis continue ſe invicem excipientibus. Inde & in eodem C. 38. L. I. Hiſtoria illarum ap. HELMOLDUM conjungitur. Poſt cædem enim Waldemari, credibile eſt, non diu diſtuliſſe Henricum vindictam. Qvare illa brevibus enarrata mox ſubdit Hiſtoricus modo nominatus, *Patrem dolore pariter & ira permotum, omnem animum intendiſſe ad rependendam talionem, miſiſſeque nuntios in univerſas Slavorum provincias ad contrahenda auxilia, & conveniſſe has etiam ut parerent juſſionibus Regis* &c. Uti vero priores duæ expeditiones inter ſe cohærebant, ſic etiam poſt ſecundam, proxima mox hieme tertiam eamque ultimam & mortem Henrici haud longe præcedentem ſuſceptam eſſe, totidem verbis idem HELMOLDUS cap. cit. ſub fin. teſtatur. Ita triennio, quod mortem Henrici proxime antecesſit, hæc omnia confecta eſſe, non eſt quod dubitemus. Minus igitur curate BANGERTUS annorum hic innuit numerum quam ut adſtipulari ei posſimus, cum in argumento cap. cit. Waldemarum jam anno 1109. à Rugianis è medio ſublatum fuiſſe exiſtimat; Neque exquiſitius MICRÆLIUS noſter temporum intervalla diſpoſuit hic l. c. L. II. n. 56. cædem Waldemari ſtatim poſt cladem Lubecenſem à Rugianis patratam ſcribens. Cum veroſimile non ſit per integrum decennium, & quod ſuperat, Henricum cohibuiſſe ultionis cupidinem. Jam vero noſtro computo ſtante, conſequitur ultro, Rugianos omni illo tempore, quod inter primam ad Lubecam annum circiter 1105tum vel 6tum acceptam cladem & Waldemari triennio vel qvadriennio ante mortem Henrici adeoque anno fere 1121. vel 22. commisſam cædem præterlapſum eſt, qvindecim ſcil. annorum intervallo, pacatam ab oppugnationibus ſaltem hujus Principis vitam degiſſe.

[m] Qvid commiſerit in Rugianos Waldemarus, Henrici filius, quare illum occiderent, non uno apud ſcriptores modo relatum legitur. HELMOLDUS l. c. præter pauca hæc verba: *Accidit poſthæc, ut unus filius Henrici Waldemarus nomine occideretur à Ranis*, nihil de omni re tradidit. BANGERTUS in argumento capitis ejusdem, Woldemarum tributis colligendis apud Rugianos præfectum fuiſſe contendit. Scribit in eandem fere ſententiam CRANTZIUS Vand. L. III. C. 23. commemorans tamen ſimul quod æmulatione fratris, qui in Linonibus feliciter pugnaverat tributa etiam à Rugianis exegiſſet, graviorque

Digitized by Google

Patre (n) oppugnarentur. At ne tum quidem (o) expugnatos fuiſſe ex ſupra jam ſtabilitis abunde conſtat. Prima enim vice armis; deinde

viorque fuiſſet in exigendis tributis quam populus *infrenis* & *jugi impatiens*, (qui aliis imperare conſveviſſet,) ferre id potuiſſet. *Autor incertus* Chron. Slav. apud LINDENBR. Cap. 15. nihil habet, præterquam *quod Rani occiderint Henrici filium, nomine Waldemar*. MICRÆLII omnis hac de re narratio eſt: Die Rügianer wetzten auch den Schart/ wegen der empfangenen Niederlage bey Lübeck bald wieder aus/ und erſchlugen Waldemarum, Fürſt Heinrichen Sohn Chr. Pom. L. II. n. 56. Sed amplioribus ſubſidiis hoc ſuper negotio inſtructus fuit EICKSTEDIUS in Epit. Ann. Manuſcr. cujus non pigebit huc tranſcripta legiſſe verba: *Cæterum*, (pergit, poſtquam de victoria Henrici ad Lubekam à Rugianis reportata locutus erat,) *hoc tam facili ſucceſſu elatus Henricus, filium ſuum Waldemarum ad opprimendos omnino Lutitios & Rugianos cum copiis ablegavit, ſed haud quaquam ſpei eventus reſpondit. Etenim collatis ſignis cum RATZEO, quem Rugiani CRITONE occiſo, ex populo ſuo principem ſibi elegerant, ac militiæ præfecerant, in acie cecidit WALDEMARUS, unde juſtam ultionis, iram colligens Henricus* &c. Eundem in ſenſum NIC. à KLEMPZEN l. c. ſcribit: Nachdem aber Ratze ſolche Niederlage (ad Lubecenſem reſpicit cladem) zu rächen Hinrichs Sohn in einer Schlacht niedergelegt und umgebracht ꝛc. Atqui his eximiæ fidei hiſtoricis eo facilius hic credendum arbitramur, quo magis à veriſimilitudine alienum videtur, Henricum in populo tam feroci & ad omnia conandum audaci ſuum filium colligendis tributis præficere voluiſſe. Juſto igitur prælio Rugiani Waldemarum vicerunt, in quo ipſe ſine dubio fortiter ſe gerens occubuit.

[n] Dignum eſt obſervatu quod HELMOLDUS l. c. Slavos ab Henrico excitos conveniſſe ſcribit, *ut parerent juſſionibus Regis EXPUGNARENTQVE RANOS*. Nondum igitur antea expugnati, ſed ſui huc dum juris fuerant.

[o] Vincere poterant olim Romani Germanos, domare non poterant. Nec magis Henricus Rugianos. Equidem juſto prælio nunquam ſuperavit. Nam ad Lubecam ſtratagemate uſus ex improviſo occupaverat. Vicerat tamen, ſed domare non potuerat. Et, ne unquam vincerentur in apertis campis pugnantes, prudenter cavebant *Rugiani*, auro & argento avertentes hoſtem, quo numero inferiores ſe eſſe cernebant. Neque magis pendendo hanc pecuniæ ſummam Henrici tributarii facti ſunt, quam hodie in pacificationibus Illuſtrium, ille qui alteri vel illatum damnum vel factos belli ſumtus rependit, illius fieri tributarius dici poteſt. Ultima autem plane inutilis fuit Henrico invaſio. Teſtis iterum eſt HELMOLDUS cap. cit. in fine: *Contigitque*, ſcribens, *ut imperfectis rebus revertentes marina pericula vix evaſerint & non adjecerunt Saxones ultra intrare terram Ranorum, eo quod Henricus modico ſupervivens tempore, morte ſua controverſiæ finem dederit.* Stat igitur ſententia: Nunquam Rugianos ab Henrico eſſe debellatos.

Digitized by Google

inde argento; denique fato amovebatur hoſtis. Cœterum & (p) *Wolgaſtum*

[p] Ante omnia magni mihi æſtimatur, quæ hic occurrit, *Wolgaſti* noſtri antiquiſſima memoria. Cana inde hujus urbis patriæ antiquitas eluceſcit. Bis *URBEM* HELM. l. c. nominat: *Quo transmiſſo*, inquit, *duxerunt iter ad URBEM, quæ dicitur Wolgaſt, apud urbaniores vocatur Julia Auguſta propter URBIS conditorem Julium Cæſarem.* Varia ſcriptio nominis hujus urbis ap. ſcriptores occurrit. HELMOLDO hoc ipſo loco *Woligaſt*; Continuatori illius ARNOLDO, uti hodie, *Wollgaſt* & ita etiam in Diplomate Innocentii Pontificis, quo anno 1140. Epiſcopatum Julinenſem ſive Camminenſem confirmat, apud RANG. in Pom. Dipl. pag. 147; *Incerto Autori* Chron. Slaviei apud LINDENBROG. *Wolgoſt*; Danicis plerumque ſcriptoribus *Walguſt*; CRANTZIO Dan. L. VI. C. 14. & alibi *Walogaſt*, ſed aliis in locis ut Vand. L. III. C. 23. L. I. C. 4. *Wolgaſt*, apud CRAM. in der Kirchen-Hiſtorie L. I. C. 31. tamen & *Holo-Gaſt* dictum inveni. Ut mirum ſit, vetuſtatis dentem, quæ rerum nomina alias non minus, quam ipſas res corrodit, in appellatione hujus urbis tam parum efficere potuiſſe, ut per ſexcentos, & quod excurrit, annos utique ſibi ſimilis manſerit, vixque unius apicis mutationem perpeſſa ſit. Fabuloſum eſt, quod de origine hujus vocabuli ſibi perſvaſerunt urbaniores illi, qui ætate Helmoldi Latino nomine *Juliam Auguſtam*, quam *Wolgaſtum* dicere malebant, *Julium Cæſarem* pro Conditore urbis habentes. Male audit hæc urbanitas apud CRANTZIUM Vand. L. II. C. 33. in margine & abſurda dicitur hæc atque ſimilis aliarum veterum Pomeranicarum urbium *Julini, Demini, Tribſeæ* nominum etymologia, ex quadem Syllabarum ſimilitudine ſumta. Sed condonemus id Seculo illi, cui vix quicquam antiqvum & excellens videbatur, quod ad Romanos & Auguſtos, Cæſaresquè natales non referebat. Nos in quisquiliis iſtis unionem reperimus. Teſtimonium puto, immemorialis vetuſtatis hujus urbis, cujus origo jam tum Sec. XII. quo HELMOLDUS vivebat, adeo ultra hominum memoriam fuit, ut neque de autore neque de tempore, quo prima initia habuit, aliquid certi conſtiterit, nihilque abſurdi dixiſſe tunc temporis viſi ſint illi, qui jam ante nativitatem Chriſti fundamenta ejus jacta fuiſſe contenderunt. Sed redeo ad nomen urbis *Wolgaſt*; quod, uti Latinum non eſſe intelleximus, ita quoque pro *Slavico* haud poſſum agnoſcere cum illis, qui in vocabulis hujus terminationis, τὸ *Gaſt*, Slavorum *Goſt*, *Goſti*, *buſti*, in Polonica atque Bohemica lingva hodienum uſitatum, offendere arbitrantur. Gothico-Vandalicam eſſe utramque vocem nominis *Wolgaſt*, æque ac *Velgaſt*, (quod nomen eſt villæ non minus forſan antiquæ in Patria noſtra,) apud me quidem indubitatum habetur ac in Dictionario Pomeraniæ atque Rugiæ etymologico, ſi vitam otiaque conceſſerit Deus, haud levibus argumentis demonſtrabitur. Annumero itaque *Wolgaſtum* illis urbibus, quas Vandalorum temporibus in noſtra

Digitized by Google

gaſtum urbem & (q) *Lutitiorum caſtrum* hodie *Loitz* dictum, jam tum in ditione *Rugianorum* extitiſſe, illud quidem ex HELMOLDO l. c. L. I. C. 38. hoc vero ex MICRÆLIO l. c. L. II. n. 56. (r) docemur. Tranſiit tamen

ſtra provincia jam extitiſſe credo. Fuit & ipſo hoc Seculo munitus jam locus teſtante CRANTZIO Dan. L. VI. C. 21. imo fuit ex munitisſimis, ut Rex Daniæ Waldemarus I. cum anno 1164. in bello, quod inter ipſum, Rugianos & Henricum Leonem ex una interque Duces Pomeraniæ Caſimirum & Bogislaum horum nominum primos ex altera parte ardebat, à mari eam aggreſſurus incolis nudatum inveniſſet, miraretur, quod illam quoque *munitam urbem* deſeruiſſent. Hinc *caſtrum* dicitur ARNOLDO Chron. Slav. L. III. C. 7. & in Diplomate Innocentii antea citato de anno 1140.

[q] Hanc urbem non minus ac *Wolgaſtum* Vandalicæ originis eſſe auguro. Nomen enim veterem Germanicam lingvam, uti ſupra de *Lutitiorum* vocabulo indicavimus, ſatis redolet, Lüde/ Leute adhuc hodie dicuntur *viri ſtrenui & virtute clari*. Imo in genere de *militibus* uſurpatur, ut in loquendi formulis: Seine Leute haben brav gethan. Er kan ſich auf ſeine Leute verlaſſen. Forſan idem fuit olim ac ein Kämpffer/ Streiter. Hodienum in lingva Gallica ſupereſſe dixerim originem hujus nominis in verbo *luter*, quod ſignificat ringen/ kämpffen/ ſine dubio à *Francis* antiquo Germaniæ populo in eandem translatum, atque hæc vocis derivatio admodum conſpirat cum eo quod tradunt Scriptores, nuncupatos ita eſſe populos iſtos à *fortitudine* ſua. Et ſi vel maxime, uti perplurimi volunt, (nondum tamen rationibus omni exceptione majoribus adſtruunt,) Syllaba (itz,) qua *Loitz, Lutitz* vel *Loijzitz* nomen terminatur, Slavicæ lingvæ propria eſſet; nondum tamen eo ipſo evictum foret, quod totum vocabulum ad eandem referri debeat. Potuerunt enim *Slavi* multis locorum nominibus, quæ terras ingresſi noſtras, à *Vandalis* jam impoſita invenerunt, ex ſua lingva terminationes aſſuere, uti Latine loquentium ſic eſt uſus, ut propriis rerum atque locorum nominibus ſuas adjiciant, *a, us, um*, finales Syllabas, ex Greiffswald, *Greiffswaldia*, ex Stralſund, *Stralſundum*, &c. facientes. Qvod vero ad ipſum caſtrum *Loitz* ſpectat, citra dubium illud jam iſtis temporibus Rugianæ ditionis fuit, cum teſte MICRÆLIO L. II. n. 56. hoc æque ac *Wolgaſtum* Henricus in bello cum *Rugianis* geſto expugnaverit & ſolo æquaverit.

[r] Erroneum igitur eſt, quod PHIL. ANDREAS OLDENBURGERUS in Mantiſſa ad inſtr. pacis Cæſareo-Svecicum p. m. 107. tradit, Wartislaum I. Svantibori filium anno 1107. *Wolgaſti* ſedem habuiſſe. Nam anno 1107. biennio poſt mortem Critonis provincia Circipanorum, cujus *Wolgaſtum* præcipua urbs erat, aut fuit adhuc in poteſtate *Rugianorum* aut jam tum tranſiit in poteſtatem Henrici. Utrum concesſeris Wartislai non potuit eſſe ſedes. Svantiborum

Digitized by Google

tamen *Wolgaſtum* ad Pomeranorum dominium in compenſationem ſumtuum impenſorum. Hos enim tradente eodem Micrælio l. c. Henricus fidos belli Rugiani habuerat ſocios.

§. XII.

Poſt mortem Henrici Obotritorum Principis alia denuo pandebatur rerum ſcena. Filii enim (s) Svantipolcus atque Kanutus cuncta turbantes & inteſtinis diſſidiis miſcentes, anſam præbebant *Rugianis* arma pariter & animum recipiendi. Tunc igitur *Kyzinorum* & *Circipanorum* ditiones ad priſtinos (t) redibant Dominos: Niſi quod

G

borum circa ultima vitæ tempora adeoque & circa annum 1107. qui ipſi emortualis fuit, cum qvatuor filiis ſuis *Sedini* commoratum fuiſſe, Ratzeum autem *Wolgaſti* ſe tenuiſſe luculento teſtimonio confirmat MICRÆLIUS l. c. L. II. n. 64. Qvæ vero num: ſeqv. ſubjungit de tradito *Wolgaſto* in poteſtatem filiorum Svantibori ab Henrico Obotritorum Principe in remunerationem præſtitorum ipſi contra *Rugianos* auxiliorum, ea ad ſequiorem ultimamque Henrici ætatem pertinere, ex ſupra jam dictis patet. Probabile enim non eſt, primo vel altero ſtatim anno armorum ſucceſſu eousque felici fructum eſſe ut *Kyzinorum*, ne dicam *Circipanorum* terras Rugianis eripere potuerit. Equidem ex antiquo jure vel alias competiiſſe Ducibus Pomeraniæ Tractum Wolgaſtanum ſtatuit ibidem MICRÆLIUS: Und für ihre Mühe/ dicit, und aufgewandte Unkoſten/ auch weil ohne dis ihnen der Ohrt/ der in der Lutitier Land gelegen/ gehörete/ bekamen ſie *Wolgaſt* ein/ das bisher Fürſt RATZE eingehabt hatte. Sed ſupra jam demonſtravimus, non omnem Lutitiam paruiſſe Pomeranis antiquitus, verum ſolam ultra-Penanam à Tolenſis & Rheteris habitatam. Præterea novum hic invenio argumentum probans quod *Pomerani* Henrico non fuerint ſubjecti; tum enim vel ſine ulla remuneratione ad ferenda ipſi auxilia obligati fuiſſent; neque prudenter egiſſet Henricus, quod ceſſione terræ atque urbis *Wolgaſtanæ* vectigalium ſibi ſubditorum opes, quæ ſemper illi debebant eſſe ſuſpectæ, tantopere ipſemet auxiſſet.

[s] De filiis Henrici atque Succeſſoribus evolvi poteſt HELMOLDUS l. c. L. I. C. 46. & 48. ALBERTUS STAD. in Chron. ad ann. 1133. CRANTZ. Vand. L. III. C. 31.

[t] Ingenuum hanc in rem teſtimonium eſt HELM. L. I. C 46. ſcribentis: Filii Henrici *ZWENTEPOLCH nec non KANUTUS, qui dominio ſucceſſere, inteſtinis bellis adeo perturbati ſunt ut tranquillitatem temporum ET TRIBUTA REGIONUM PERDERENT, quæ pater eorum armorum virtute conquiſierat.* Jam vero conſtat ex antea confectis, quod *Kyzinis* & *Circipanis* quoque

Digitized by Google

quod præter *Wolgaſtanam* provinciam, antea ab Henrico jam ſibi traditam, nunc quoque (u) *Comitatum Gützkovienſem* & *Caſtrum Lutitiorum*,

quoque tributi jugum ab Henrico impoſitum ſit. Sequitur igitur & horum tributa tunc perdita eſſe. Et eo majori certitudine ſequitur, quia Rugiani priſtini Domini, qui ſemper hucdum invicti manſerant, facile ſic ſtantibus rebus invite abreptos reducere potuerunt. Equidem Zwantepolcus patriam imitaturus virtutem, unitis cum Adolpho comite Holſatiæ viribus, *Kyzinorum* impetebat urbem inque poteſtatem ſuam poſt quinque hebdomadum obſidionem redigebat, ſed parum id ipſi fructuoſum & diuturnæ poſſeſſionis fuiſſe inde interpretor, quod HELMOLDO eodem C. 48. teſtante, haud multo poſt Rugiani, ſine dubio, ut iſtos à ſe averterent Zwantepolci inſultus, ipſam ſedem ejus Lubecam occupaverunt, ferroque & igne devaſtaverunt; Imo quod haud multis interjectis annis, *Niclotus*, qui tum rerum apud *Obotritos* potitus erat, ſecundum HELM. L. I. C. 71. neque *Kyzinos*, neque *Circipanos* amplius tributarios habebat, ſed apud *CLEMENTINAM* Ducis Henrici Leonis uxorem conquerebatur, quod *paulatim* (uti quidem ille loqui amabat) *rebellare cœperint & obniti tributis juxta morem perſolvendis.*

[u] A Metropoli *Gutzkovia* ſive *Gutzkoa* ita nominatum. Varia autem hujus nominis in antiquis chartis ſcriptura offenditur. In Diplomate Innocentii Pontificis, quo Epiſcopatum Julinenſem (deinde Caminenſem) anno 1140. confirmat, uti exhibetur apud RANGONEM in Pomer. Diplom. pag. 147. *Chozck* dicitur; in alio Caſimiri Ducis de anno 1175. ibid. p. 152. ſeqv. obvio *Chotzekove;* in alio Clementis Pontificis confirmatorio Epiſcopatus Caminum jam tranſlati de anno 1188. quod ibid. p. 159. extat, *Chozko;* In Diplomate Barnimi I. quod Tranſactionem WERNERI atque *HENRICI Dominorum de Lözis* & *Civitatis Gryphiswaldenſis* ſuper exactione thelonii anno 1267. confirmat, *Choicowe*; In ipſo autem inſtrumento tranſactionis dictæ de eodem anno *Gützoe;* In Diplomate BARNUTÆ Principis Rugiæ, quod Fratribus Hildenſibus à Patre Jaromaro conceſſa Bona ann. 1221. menſe Novembris confirmat *Cotſcove*; apud CRANTZIUM Vand. L. V. C. 39. *Coscona*, ſed Dan. L. VI. C. 21. convenientius *Coscova* vocatur. Præfert hoc quoque nomen ſpeciem originis Slavicæ, ſed animi dubius hac in re factus ſum, ex quo *Chronicon Gozecenſe*, quod MEIBOMIUS una cum Chronico *Montis-ſereni* edidit, æque ac Præfatio MADERI, quam præfixit editioni ſuæ ADAMI BREMENSIS me docuit, quod Archi-Epiſcopus Brem. ALBERTUS atque fratres ejus DEDO & FRIDERICUS procul dubio natione Germani, ſimile fere nomen Cœnobio ad Salam à ſe condito indiderint atque *Gozeka* vocari illud voluerint. Qvicqvid horum eſt, nomen cum ipſo quem notat, loco antiquiſſimum eſſe pro certo haberi poteſt. *Urbs* jam fuit, cum eodem hoc Sec. XII. annum circiter 1164. à Waldemaro I. Daniæ Rege & Henrico L. Saxoniæ Duce

Digitized by Google

rum, eo quod præ cœteris ſalutari per Epiſcopum Bambergenſem ſuſceptæ reformationi obſtiterant, *Pomerani* ſub auſpicio WARTIS-

ce occuparetur, & quidem *munita* fuit, quod dicitur apud CRANTZIUM ll. cc. unde & in Diplomatibus de anno 1140. ac an. 1188. modo ex RANGONE citatis, inter alia Pomeraniæ *caſtra* locum habet, & in CASIMIRI Ducis itidem jam nominato de anno 1175. inter teſtes apparet *PRIBA Caſtellanus in Chotzekove*. Caſtellis enim ſive Caſtris, (CRAMERO l. c. L. I. C. 24. minus rectè pro *vicis* Flecken/ habitis) qui præerant, hoc titulo inſigniebantur. *Comitatum* autem *Gützkovienſem* tum demum ſibi ſubjeciſſe Pomeranos, MICRÆLII atque CRAMERI autoritate ſtabilitur. Ille enim l. c. L. II. n. 68. Hic vero l. c. L. I. Cap. 28. 29. 30. manifeſte teſtantur, quod victus ſit à *WARTISLAO I.* anno 1128. atque in *comitiis Usdomenſibus* juſſu illius comparuerit. Conficitur inde ante hæc tempora *Comitatum Gutzkovienſem* aut ſui fuiſſe juris, aut *Rugianæ* etiam ditionis. Prius non eſt veroſimile, cum nulla illius, neque apud *HELMOLDUM* neque alibi mentio fiat, ne quidem in expeditione HENRICI Obotritorum Principis adverſus *Rugianos*, etſi hic *Wolgaſtum* ducturus exercitum, non alio, quam per terras comitatus iſtius, itinere commode uti potuerit, adeoque ſine dubio & illum tunc ſubjugaverit; Saltem claris verbis MICRÆLIUS L. II. n. 56. relatum dedit, HENRICUM ſuperata Pena *caſtrum Lutitiorum* non expugnaſſe tantum, verum & evertiſſe. Ipſum tamen hoc caſtrum ad Comites Gützkovienſes illis temporibus ſpectaſſe mox audiemus. Concludo igitur, quod cum peculiaris commemoratio hujus comitatus in bello HENRICI Rugiano non occurrat, ſub communi nomine *Circipanorum*, qui Rugianæ Reipublicæ cives erant, *Gützkovienſes* etiam fuiſſe comprehenſos. Quod vero ad caſtrum *Lutitiorum* ſive *Loitz* pertinet, illud quoque eodem anno 1128. imo eadem ferè opera à Wartislao I. debellatum & tantum non omnino exciſum eſſe, iterum fidis MICRÆLII atque CRAMERI teſtimoniis probatur. Juvat ipſos audire narrantes. MICRÆLII l. c. n. 68. verba ſunt: Ferner iſt er (Wartislaus) auf den Graffen von Gützkow MITZLAFF gezogen/ hat ihm Loitz abgenommen/ und ihn nebſt der Stadt Demmin dahin genöthiget/ daß er den Chriſtlichen Glauben anzunehmen zuſagte/ & poſt pauca interjecta: Dann Biſchoff Otto kommt zum andermahl ümbs Jahr 1128. durch Düringen/ Sachſen und Marck/ und alſo durch Hall/ Magdeburg und Havelberg/ wohl mit 50. Wagen eben zu der Zeit bey Demmin an/ da Loytz von Fürſt WARTISLAFEN gewonnen ward. CRAMERI his verbis L. I. C. 28. concepta relatio eſt: *WARTISLAFF* iſt darnach ferner gegen den Grafen von Gützkow MITZLAFF gezogen/ ihm Leute abgewonnen/ und hat denſelben nebſt der Stadt Demmin bezwungen/ daß ſie den Chriſtenthum anzunehmen zuſagen müſſen/ und folgends auf *Leitetz* jetzo *Loitz* der edlen Luticier Schloß und Stadt gerücket. Quod vero non tantum admoverit

exer-

LAI ſui primi occuparent, occupataque ſibi vindicarent. Nec ſatis *Rugiani* habebant recuperaſſe, quæ in vicinia erant. Sed cum cladem

exercitum, ſed & expugnaverit locum igneque exuſſerit C. 29. his verbis uſus refert: Nichtsdeſtominder auch iſt der Fürſt (Wartislaff) folgenden Tages zu frühe/ auf *Loitz* mit ſeinen hellen Hauffen zugezogen/ daſſelbe geſtürmet und erobert/ und es gegen Mittag im Brandt geſtecket / und mit groſſer Beut und vielen Gefangenen alſo zurückkommen/ und Biſchoff OTTEN empfangen. Qvam narrationem, cum peculiares etiam rerum geſtarum rationes exponat, ſine dubio, ex fidis antiqvitatis monumentis hauſit CRAMERUS. Qvippe credibile non ſit, virum Theologum probæque alioquin autoritatis, ſpecialibus etiam temporis atque modi circumſtantiis effictis, aut falſa, aut dubia & incerta tradere voluiſſe. Atque eo usque imperata Pomeranorum facere tunc temporis coacti ſunt *Leuticii* ut & ipſi, etſi à Chriſtianismo alienisſimi Usdomiam concedere deque introducendo Chriſtianismo in commune conſulere neceſſe haberent. Firmatur id eorundem ſcriptorum documentis, CRAMERO l. c. C. 30. aperte teſtante: Es waren auch unter andern dahin [nach Uſedom] beſcheiden und gekommen Graf MITZLAFF von Gützkow/ MIROGRAFF, welcher hernach ein Kloſter geſtifftet hat/ und BARTES oder BARTIN die Edlen *Luticier* mit ihren Kindern. Occurrunt in iſtis verbis, quæ merentur aliquanto penitius enucleari. Primum non ſatis convenire videtur inter CRAMERUM atque MICRÆLIUM de expeditione Wartislai contra *Comitem Gutzkovienſem* & *caſtrum Loitz.* Ille enim *homines* Comiti ſubtractos à *WARTISLAO* eſſe ſcribit, & poſtea demum expugnationis *urbis Demini caſtrique Lutitiorum* commemorationem ſubjungit: Er hätte dem Grafen zu Gützkow Leute abgewonnen / inquit. Sed MICRÆLIUS nihil de hominibus addit, ſimpliciter ſcribens: Er wäre auf den Grafen Mitzlaff zugezogen/ und hätte ihm (nicht Leute/ ſondern) *Loijtz* abgewonnen. Qværitur igitur, quid ſibi velit CRAMERUS cum *hominibus* ſuis. Commoda videtur eſſe interpretatio, ſi dicamus, intelligi hic *Vaſallos* comitis, qui, ut noſtro loquamur more, nexu feudali ei ſubjecti erant. Illi enim mediæ ætatis ſcriptoribus, ex quibus forte hæc hauſit CRAMERUS, *homines*, Manne appellitabantur; Aut etiam ad *Lenticos*, h. e. rurales incolas *caſtrum Loijtz* circumjacentes reſpexit, qui, antequam ipſum caſtrum expugnaretur, ſub jugum miſſi ſunt. Vicinos enim Wolgaſtenſibus populos *Lenticos* dictos eſſe CRANTZIUS Dan. L. VI. C. 24. perhibet, ut levi errore pro *Lenticis* denen Lentern/ Leute ſcriptum ſit. Prior tamen illa opinio potiori veroſimilitudine gaudet. Ita autem in longe diverſa utriusque ſcriptoris abire videtur relatio. CRAMERUS enim præterquam quod nonnulli *Vaſalli* ſubtracti ſint comiti nihil tradit. Etſi enim de expugnatione *caſtri Lutitiorum* quoque ſubjungat, non tamen cujus poteſtati tunc illud ſubfuerit explicat. Sed MICRÆLIUS ipſum

Digitized by Google

cladem ab Henrico olim in oppugnatione *Lubecæ* urbis inflictam jamdudum dedoluiſſent novam in hoc perturbato rerum ſtatu ex-

G 3 pedi-

ipſum etiam caſtrum *Loitz* eidem ereptum eſſe comiti refert. Porro antiquisſimam, quæ in iſtis MICRÆLII atque CRAMERI narrationibus offertur. comitatus Gutzkovienſis memoriam veneramur, magnique facimus Hiſtoricorum iſtorum induſtriam & fidem, qua primi, qui innotuit, comitis nomen *Mitzlavi* fuiſſe docemur. Miramur convenientiam hujus nominis, cum *Witzlavi* appellatione, quæ multis Rugiæ principibus propria fuit. Et ſi quid licet conjicere, omnino idem cum illo eſſe putamus. Facile enim illis, qui ex vetuſtis & à tineis atque blattis fortaſſean corroſis chartis memoriam harum rerum eruerunt, loco literæ W. obrepere potuit M. quod inverſam illius figuram præfert, ut taceam in ductibus monaſticæ ſcripturæ omnimodam ferè utriusque ſimilitudinem inveniri. Verum uti hæc valde jucunda eſt commemoratio, ita acerbe dolemus, penuriam illam monumentorum, per quam haud licet integram antiquisſimæ comitum horum familiæ ſeriem nectere. Non tamen qua comitum tantum proſapiam, ſed qua res eorum geſtas, & qua limites comitatus pleraque manca hic apparent atque lacera. Mea ex ſupra confectis eſt conjectura, ex ſemine *Principum Rugiæ ſatos* eſſe *Comites Gutzkovienſes* & portionis hæreditariæ lege, ſive *jure*, quod dicunt, *appanagii*, ſub titulo *comitum*, terras ſuas obtinuiſſe, perindè ac *Illuſtrisſima atque hodienum propria non minus virtute, quam Majorum imaginibus florentiſſima familia PUTBUTZIANA* ex eadem ſtirpe prognata, eodem etiam jure, ſed ſub ſplendido *Baronum* axiomate, ſuam ſibi latisſime olim patentem acquiſivit provinciam. De finibus autem *Comitatus Gützkovienſis* quid pronunciem, hæreo, ſi ſpecialia loca, quæ in limine poſita fuerunt, determinari cupis. Sed cujusnam qvæſo! aut regni aut provinciæ adeo omnibus numeris completa eſt Hiſtoria, ut in antiquisſima ſaltem & media ætate verſantibus hic aqva non hæreat? Nec mirum id videatur. Nam & præſens viventibus ſeculum incertitudinem circa terrarum confinia fovet, ipſaque Pomerania noſtra, ubi Megapoliæ contermina eſt, dubiæ ditionis exempla præbet. Multo frequentio, res autem multoque vehementiores circa limites olim obtinuiſſe controverſias, non ſinit nos dubitare, temporum iſtorum conditio, ubi jus posſidendi non tam legibus & ratione, quam vi atque armis innitebatur. Utique ut vana ſpe pleni ſint, qui ea nunc demum ad pulviſculum usque excutere ſatagunt. quæ ne olim quidem ad liquidum deducta fuerunt. Facile igitur ab rectioris judicii Lectoribus veniam impetrabit Hiſtoricus, qui in delineandis terrarum finibus vicatim non ubique procedit, ſed ſæpe generaliores tantum lineas ducit. Atquè ſic non omnino nulla finium *comitatus Gützkovienſis* ad nos notitia pervenit. Certum eſt, *Gutzkoviam* urbem cum terra circumjacente eo pertinuiſſe. Certum fide MICRÆLII l. c. L. II. n. 58. p. 211. Lib. VI.

pag.

Digitized by Google

peditionem moliti cum claſſe ſua aderant urbemque navibus de- ſtitutam

pag. 618. ſub voc. *Loÿtz*, & pag. 622. ſub voc. *Gutzkow*, *Loitzenſe* caſtrum, hoc quidem 12. Seculo, ejusdem fuiſſe dominationis; cumque terrarum tractus, qui oppida munita ambit, plerumque idem cum illis imperium agnoſcere ſolet, dubium non eſt, hic quoque ſeſe rem ita habuiſſe, limenque adeo Comitatus occidentale in confinio territorii Deminenſis tunc poſitum fuiſſe. Neque peculiares ſibi Dynaſtas habuiſſe *Luticium* inde putes, quod MICRÆLIUS & CRAMERUS tradunt: *Mirograff* und *Barthus* (Bartes oder Bartin) die Edlen *Luticier* mit ihren Kindern / wären auch auf dem Land-Tage zu Uſedom mit erſchienen. Hic enim nihil aliud dictum video, quam quod *Mirogravius* & *Barthus ex Magnatibus Luticiorum*, non vero quod *Domini* fuerint. Et ſi vel maxime fuiſſent, (infra enim oſtendetur *Lotitzium* ſuos aliquando habuiſſe Dominos,) nondum tamen exinde negandum duco, quod terræ eorum *comitatui Gützkovienſi* innexæ fuerint. Potuiſſent enim ex *familia comitum* illi eſſe & Jure quaſi ſub-feudi ſua tenere. Verſus Septentrionem *Grimenſi*, principatus Rugiæ antiquo & indubitato jure *Provinciæ*, ita contiguus erat *comitatus* noſter, ut infra paludem ſubſiſtens, quam nunc *foſſa Riccana* (der Ryck-Graben) ſcindit, è regione *vici Danici*, (hodie die Wyck dicti) ad mare decurreret, ſedem noſtræ *Gryphiswaldiæ* & *Abbatiæ Hyldenſis* ſub ſe comprehendens, vid. MICR. l. c. Hinc ſecundum mare ad villam usque *Creslinam*, quæ prope oſtium Penæ ſita eſt, excurrebat. Unde tandem Dominio *Wolgaſtano* conterminus factus, Penam iterum contingebat. Atque hæc de finibus comitatus iſtius, enunciata, partim autoritatibus jam allegatis, partim etiam *Indice Rungiano* Parochiarum *Synodi Gutzkovianæ*, ex quibus, judicio viri cujusdam Patriarum Hiſtoriarum gnariſſimi, probabiliter etiam de amplitudine antiqua iſtius comitatus præſumere licet, corroborantur. Sequentes vero Paroeciæ Synodo illi in dicto indice aſſignantur: *Gützkow, Rantzin, Züſſow, Kiſow, Bustorp, Weitenhagen cum qua conjuncta eſt Eldena, Derſekow, Levenhagen, Kemitz, Hanshagen, Boltenhagen, Catzow, Wuſterhuſen, Cräslin, Hogendorp, Bower, Laſſan, Pinnow, Zitben, Morchin, Rubbekow, Bünſow, Cernikow; cujus filia eſt Steinfordt, Slatkow, Qvilow.* Neque iſtarum tantum, ſed & villarum cujusque loci parochialium habenda hic ratio erit. Tam late igitur olim limites noſtri *Principatus* patuerunt, ut, præter *Wolgaſtanam Provinciam ac civitatem*, hunc quoque ampliſſimum ſub ſe complexus ſit *comitatum*. Nec poſſum, quin adjiciam quæ in eundem hunc ſenſum im Auszug der Wendiſchen Chronick/ ſoviel das Land zu Pommern angehet/ conſignata inveni: Unter das Fürſtenthum Rügen gehöret das Land zu Bardt/ Grimmen und Tribeſes/ und die Abtey zu Campe. Auch gehöret darin die Grafſchafft Gützkow und Abtey Eldenow. Auch gehöret das Ampt und die Stadt Wolgaſt in daſſelbige Fürſtenthum. Denique in verbis ex MICRÆLIO atque CRAMERO ſupra citatis obſervo, quod

Digitized by Google

ſtitutam una cum caſtro (w) devaſtabant. Henrici filiis & unico ex SVANTIPOLCO (x) nepote, poſt brevem dominationem violenta morte abreptis, KANUTUS Dux Sleſvicenſis, ERICI Boni Danorum Regis filius, non tantum Dominus, verum & Rex *Obotritorum* ab Imperatore LOTHARIO (y) creatus, anguſtisſimo regiminis (z) tempore, plura

quod & *Diminum* jam tum anno 1128. in poteſtate WARTISLAI fuerit, & ad recipiendum Chriſtianismum ab illo adactum. Non deeſſent, quæ de miranda hujus antiquitate urbis notari merentur, ſed cum memor ſim inſtituti, quod extra limites Principatus Rugiæ progredi non permittit, pedem hinc removec, eoque lubentius removeo, quod compertum habeo Cl. VIRUM Patriæ Hiſtoriæ uti indeſeſſum ita & feliciſſimum Cultorem Originum Deminenſium enarrationem moliri, cujus ego laboribus inſtrui quam conatus prævertere malo.

[w] Non tamen omnia tunc funditus exciſa eſſe recte obſervat BANGERTUS ad Cap. 48. HELM. L. I. ubi hæc expeditio narratur. Cap. enim 49. juſſu *KANUTI Regis*, quem filii Henrici ſucceſſorem habebant, templum ibidem adhuc dedicatur, & juxta Cap. 55. ultima demum clades, anno 1139. cum *PRIBISLAUS* rerum jam eſſet potitus, urbi ab iisdem *Rugianis* illata eſt.

[x] *Zvinike* is appellatur HELM. L. I. C. 48. quod CRANTZIUS Vand. L. III. C. 32. *Porcellum* (ein Schweinchen) interpretatur.

[y] Multa pecunia ab Imperatore *LOTHARIO* regnum *Obotritorum* ſibi comparaſſe *KANUTUM* & ſub lege Homagii ut anteceſſoribus ipſi conceſſum eſſe HELMOLDUS L. I. Cap. 49. & ex illo ALBERTUS STAD., CRANTZIUS atque MICRÆLIUS teſtantur; quanquam hic ultimus in errore ſit, quod L. II. Chron. n. 74. pro Rege Daniæ venditet, qui non niſi Dux Sleſvicenſis & Erici Boni Regis Daniæ filius erat. Ducatum totius Daniæ à Patruo Nicolao, qui poſt mortem Patris Canuti illo excluſo ſolium involaverat, obtinuiſſe HELM. Cap. 49. ſcribit, ſed hæc tamen dignitas infra majeſtatem regiam fuit. Hanc enim NICOLAUS ſibi, quod dixi, vindicabat.

[z] Si ab exceſſu Henrici, qui in ann. 1126. incidebat anni regiminis ejus numerandi ſunt, octennium, ſi vero ab interitu ſtirpis Henricianæ in perſona *Zwineke* Principis putandi, ne integrum quidem biennium rempublicam *Obotritorum* adminiſtravit; anno enim 1134, ſecundum computum HÜBNERI in Tab. Gen. 85. von den alten Chriſtlichen Königen in Dännemarck/ à *Magno* Patrueli Nicolai Regis filio nefaria cœde ſublatus eſt; Sed *ERICO REGI & ALBERICO* interitus ejus ad an. 1130. refertur. Illius *in Hiſt. Gentis Dan p.* 269. verba ſunt: In CXXX. *Kanutus Dux martyrizatus apud Havelſletb à Magno filio Nicolai Regis.* Hujus vero in Chron. ad ann. 1130: *Rex Daniæ Nicolaus cum filio ſuo Magno, filium fratris ſui - Kanutum videlicet, cujus ad regnandum tutor eſſe debuerat, interfecit.* Qvam numerum annorum ineundi rationem ſi ſequimur, & tutelare & proprium ejus regimen ultra qvadriennium non duravit.

Digitized by Google

plura invenit domi agenda, quam ut *Rugianorum* vires (a) experiri poſſet. Eadem itaque, dum ille præfuit, facies rerum manſit. Kanuto anno 1134. improviſa cœde proſtrato, ſuccedebant (b) PRIBISLAUS Henrici ex fratre Buthue nepos, & NICOLOTUS quidam ex (c) Magna-

[a] Ut nullibi inveniatur, quod contra *Rugianos* geſſerit arma *KANUTUS.* Paraſſe ipſis bellum non dubito, quia VICELINO Falderenſis in *Vagria* tunc temporis Eccleſiæ Sacerdoti aliiſque cooperatoribus ejus bona promiſiſſe, *ſi Dominus res ſuas in Slavia direxiſſet* L. I. C. 49. apud HELMOLDUM & ALBERTUM STAD. lego, Obotritorum jam tenebat terras ab Imperatore ipſi collatas. Sub *Slaviæ* igitur nomine ad orientales Slavorum gentes & præſertim qui ab *Obotritis* proximi erant, *Kizinos, Circipanos* atque *Rugianos* illum reſpexiſſe credo; eoque magis credo, quia Henricus veteris Rugiani odii ſine dubio haud immemor fuit, adeoque ab illo potentiſſimo hoſte primo omnium pacem & ſecuritatem ſibi acquirere ſtuduit, ſed præmatura impeditus eſt nece. Equidem MICRÆLIUS L. II. n. 75. alteram illam expeditionem Rugianorum, qua prima vice Lubecam deſtruebant, ad regimen *CANUTI* retulit. Verum HELMOLDUS L. I. C. 48. diſerte ſcribit: *ZWANTEPOLCUM* Henrici filium, eo tempore adhuc ſuperfuiſſe *& non longe poſt demum interfectum eſſe.* Attamen facilis eſt conciliatio ex Cap. III. Vand. CRANTZII, *KANUTUS* enim vi promiſſi quod Henrico antè obitum dederat, tutelari cura regimen terrarum viventibus adhuc filiis jam moderabatur.

[b] Hic una cum *NICLOTO* poſt extinctam Henrici familiam jure cognationis ſibi jam poſtulaverat Principatum, ſed tum quidem à *KANUTO* excluſi atque in vinculis etiam detenti erant. CRANTZ. Vand. L. III. C. 33.

[c] Ex *Magnatibus* terræ Obotritorum fuiſſe HELMOLDUS atque CRANTZIUS teſtantur, at MICRÆLIUS L. II n. 74 utrumque tam *NICLOTUM* quam *PRIBISLAUM* pro Henrici ex fratre *BUTHUE* nepotibus habet, cum quo etiam conſentit WOLFFG. JOBSTIUS in Gen. Brandenb. & ſi dicendum, quod res eſt, veroſimilior etiam videtur iſthæc ſententia. Pribislaus *Lubecæ*, uti anteceſſores, ſedem habebat, inde etiam HELM. L. I. C. 55. *Pribislaus de Lubeke vocatur,* novo argumento, quod antecedens illa vaſtatio Rugiana omnimodam ruinam nondum intulerit huic urbi. Uterque Chriſtianiſmi infenſiſſimus hoſtis fuit, quapropter eidem l. c. C. 52. *duæ truculentæ beſtiæ Chriſtianis valdè infeſtæ* audiunt. *PRIBISLAUS*, poſtquam pecunia vadibusque conſtitutis à *KANUTO Rege* libertatem redemerat, alibi ſibi regnum quæſiturus inſignem *Marchiæ Brandenburgicæ* partem ſubjugarat, teſte JOBSTIO l. c. ſed poſt mortem *KANUTI*, in poſſeſſionem terræ Wagriorum & Polaborum etiam admiſſus, inſolentius ſe gerere cœpit & fortunam tandem vehementer adverſam habuit. *Wagria* enim ſua & *Polaborum* terra autoritate *HENRICI LEONIS* atque matris *GERTRUDIS* exuebatur, illaque in *ADOLPHI II.*

Digitized by Google

Magnatibus terræ Obotritorum. Hic popularibus ſuis *Obotritis*, ille *Wagriis* præerat atque *Polabis*. *Rugiani* igitur hanc virium *occidentalis Slaviæ* partitionem ſuo commodo factam putantes, iterum ipſo Principe Ratzeo Duce *Lubecam* ex improviſo (d) adoriebantur,

H

fundi-

PHI II. Holſatorum Comitis, hæc vero in *HENRICI* de Badewide poteſtatem concedebantur. Poſtea *PRIBISLAUS* apud HELMOLDUM & alios horum temporum antiquiores ſcriptores quaſi evaneſcit, quidve de illo tum factum ſit, ubi utraque Provincia privatus erat, nullibi occurrit, niſi quod recentiores, ut BROTTUFIUS in Genealogia & Chronica Anhaltina L. II. C. 4. ſub nomine *PRIMISLAI* & *JOBSTIUS* l. c. de illo tradant, quod tunc quidem in terras ſuas Brandenburgicas ſe receperit, & *ALBERTO* urſo Soltqvellenſi Marchioni amiciſſimus factus, mutato nomine Pribislai in *HENRICI* ad Chriſtianiſmum perductus ſit, moriensque illum terrarum ſuarum hæredem etiam ſcripſerit. Qvod vero Illuſtr. LUDWIGIUS *Brandenburgici Regis* titulo uſum fuiſſe PRIBESLAUM in *Formula Brandenburgici Ducatus* §. IV. p. 47. & *Germ. Princ.* L. II. C. 2. p. 539. contendat, id perperam factum oſtendit GE. LUDOV. WILH. FROBENIUS in *Disquiſitione Hiſtorica* de *PRIBEZLAO* ſive *HENRICO* Rege Brandenburgico Altdorfi 1714. ſub præſidio celeberrimi ibidem Hiſt. & Polit. Profeſſoris P. JOH. DAVIDIS KOLLERI habita. Ex modo dictis patet, quid ſibi velit HELMOLDUS, cum Lib. I. cap. 55. ſcribit, quod Princeps Rugianus *RATZEUS* caſtrum (*Lubec*) & circumjacentia demolitus ſit, cum *adhuc fortunatus eſſet PRIBESLAUS*, his enim verbis ſine dubio reſpexit ad illa tempora, cum præter Provinciam Brandenburgicam, extincto Rege Kanuto, Wagrii etiam & Polabi ſuæ ditionis facti eſſent. Hinc intelligitur quantam tunc virium ſuarum fiduciam habuerint Rugiani, qui florentiſſimo hoſtis ſui ſtatu nequaquam deterriti in ipſa etiam metropoli invadere non dubitarunt.

[d] Merentur, quæ ob oculos B. L. ponantur HELMOLDI hac de re verba: *Non multo poſt venit quidam Race de ſemine Cruconis cum claſſica manu arbitratus, ſe hoſtem ſuum Pribizlaum reperturum Lubeke. Duæ enim cognationes Cruconis atque Henrici propter Principatum contendebant. Cum ergo Pribislaus adhuc fortunatus eſſet, Race cum ſuis caſtrum & circumjacentia demoliti ſunt.* L. I. C. 55. Hinc concludere licet eo tempore (labebatur autem juxta BANGERTUM in argumento dicti cap. annus 1139.) *Niclotum* inter atque *Razeum* omnia pacata fuiſſe. Alioquin hunc ſibi vicinum priorem aggreſſus fuiſſet, ut à tergo omnia tuta relinquere potuiſſet. Obſervatu etiam dignum eſt quod de cauſa belli prodit, de *principatu* contentionem fuiſſe ſcribens, h. e. de Dominatu Slaviæ Occidentalis quæ olim Rugiani Juris fuerat. Hanc ob cauſam à cæde *CRUCONIS* perpetuum fere bellum fuerat.

Qvoties

Digitized by Google

funditusque tandem urbem cum arce exſcindebant. Non tamen his tantum peractis ſtatim domum ſe recepiſſe videntur, ſed *Aldenburgum* Wagriæ oppidum cum adjacenti regionis tractu aut eadem tunc opera occupaſſe, aut à temporibus CRITONIS non omnino inde depulſos fuiſſe, (e) ratione probabili credo. Sic omnibus, quæ

Qvoties novus ibi ſurgebat Dominus, toties Ratzeus novo ardore bellique apparatu jus ſuum proſequebatur; ſemper in ipſo corde atque centro Provinciæ *Lubeca* exorſus. Prima vice *HENRICO*, altera *KANUTO* cum *filiis* Henrici, tertia *PRIBISLAO* ad Rempublicam accedentibus, ille cum claſſe ſua aderat.

[e] Prima mihi ratio ſuppeditatur à MICR. qui in ſecunda expeditione tempore *KANUTI* & filiorum Henrici *RATZEUM* condidiſſe caſtrum à nomine ſuo *Ratzeburgum* vocatum L. II. n.75. perhibuit. Sed mora opus eſt ut caſtrum condatur. Saltem non condidiſſet, niſi figere ibidem ſedem animus fuiſſet. Qvanquam ingenue fateor, me nondum ſatis concoquere poſſe, quod ADAMUS BREMENSIS, qui Sec. XI. ſcripſit, Hiſt. Eccleſ. L. II. C. 10 & L. III. C. 22. Ratzeburgi hujus mentionem faciat cum RATZEUS noſter Seculo demum ſequenti XII. vixerit. Ita enim Ratziburgum jam ante RATZEUM extitiſſe certum foret. Optandum ſane, MICRÆLIUM indicare voluiſſe, quos habuerit narrationis ſuæ fontes. Sed facile inducor ut credam, præter convenientiam nominum non alios habuiſſe. Parum igitur roboris illi rationi hucdum ineſſe videtur. Alteram firmiorem invenio apud HELM. l. c. C. 69. qui tradit quod tempore *VICELINI* Epiſcopi Aldenburgenſis, i. e. circa annum 1150. gentilibus Wagriæ adhuc præfuerit *ROCHEL* quidam terræ Princeps, Idololatra & pirata maximus, quem de *ſemine Cruconis* fuiſſe, totidem verbis ille teſtatur. Et DANCKWERTHUS in der Beſchreibung der Hertzogthümer Schleſwig und Holſtein cap. 5. ipſum Principem Rugianum *RATZEUM* hoc nomine indigitari exiſtimat. Non audeo quidem, in eandem cum DANCKWERTHO ſententiam concedere, quia non video quid cauſæ HELMOLDO eſſe potuerit, quare hunc Principem ubique ſibi *RACE* vel *RACES* nominatum, nunc immutato prorſus vocabulo *ROCHEL* appellaſſet. Præcipuè vero alienum ab illa me reddit, quod ad Chronologicam temporis ſeriem non congruit. Hic Rochel Princeps, quod oſtendi, circa ann. 1150. in Wagria Dominus fuit, Vicelinus enim fide ALBERTI STAD. qvinqvennio ſedit & anno 1154. obiit; ſed *RATZEUS* Rugianus jam anno 1141. in vivis eſſe deſierat. Perinde tamen eſt, ſive *RATZEUS* ſive alius quidam intelligendus ſit, ſufficit nobis manifeſta HELMOLDI teſtatio quod fuerit de *ſemine Cruconis*. Inde enim argumentor Rugianum fuiſſe, & cum ipſe hic Rochel, propter anguſti dominii exiguas vires, per qvinqvaginta fere annos, qui poſt eundem Cruconis jam tum effluxerant,

Digitized by Google

quæ hæreditatis jure olim ad Principatum Rugiæ ſpectaverant, ſed per Henricum poſt cœdem Critonis ab eodem avulſa erant, præter terras Wolgaſtanam & Gützkovienſem, feliciſſime recuperatis, moleſtiſſimum atque per 36. annos magna virtute adminiſtratum regimen ſimulque vitam Ratzeus (f) depoſuit.

§. XIII.

Dixi quod Pomerani *Comitatum Gützkovienſem* occupaverint, ſed non eo hæc dixi, ut univerſum terrarum huc pertinentium ambitum in illorum tunc poteſtatem tranſiiſſe, Lectori perſvadeam; Id

 enim

rant, contra potentisſimos Principes, qui per id temporis ſpatium in occidentali Slavia regnaverant, tueri ſe omnino non potuerit, facilis eſt conjectura opibus Rugianorum exiguam iſtam Rempublicam ſubindè ſuffultam eſſe. Qvid vero poſt fata *RAZEI*, cum Rugianorum illæ in Wagriam expeditiones bellicæ deſiiſſent, de ea factum ſit, id quidem ignoramus. Præter enim ea, quæ hic ab HELMOLDO & ex illo ab aliis quoque notata ſunt, nulla ejusdem in monumentis memoria occurrit. Conjicio tamen illum ipſum *PRIBISLAUM*, qui *GEROLDO* Aldenburgenſi Epiſcopo atque comitibus tam benignum atque hoſpitalem ſe præbuit, cum prædicandi Evangelii cauſa terras ejus ingreſſus eſſet juxta HELM. L. I. C. 82. quique Cap. ſeqv. ſub init: Regulus ſalutatur, Rochelis illius aut filium aut ſaltem ſucceſſorem fuiſſe, eoque facilius in eam devenio ſententiam, quod ipſe *PRIBISLAUS* cap. 83. fatetur, ſe atque Slavos ſuos brevisſimi anguli habitatores eſſe. Id enim in parvam illam Rempublicam omnino quadrat. Hoc ſane certum, quod *PRIBISLAUS* ille Buthue filius intelligi nequeat, utpote qui jamdudum cum hæc agerentur, anno nimirum juxta BROTUFIUM l. c. 1142. vita exceſſerat.

[f] Datur circa annum *RATZEI* emortualem apud Hiſtoricos noſtros differentia quædam. MICRÆLIUS in Tab. Genealogica Chronico ejus inſerta anno 1140. diem obiiſſe ſupremum putat. Sed CRAMERUS L. I. Hiſt. Eccleſ. C. 40. annum 1141. ponit. Huic ſubſcribit NIC. à KLEMPZEN qui in der kurtzen Hiſtorie und Verzeichniß neben der Genealogie der regierenden Fürſten in Rügen / tertiam hujus Principis adverſus *Lubecam* profectionem anno demum 1140. contigiſſe & his peractis annum circiter 1141. vita illum defunctum eſſe, refert. Per 75. itaque annos Reſpublica Rugiana ſub *CRITONIS* atque *RATZEI* imperio ſtetit, ſi initium imperii Critonis apud Rugianos cum ſuſcepti apud Obotritos Dominii primordiis conjungimus. Si a. quod veroſimile eſt, ante Obotritorum electionem ab anno 1050. Reipubl. Rugianorum jam præfuiſſe dicamus, tempus utriusque imperii 91. annorum numerum implet. Conf. p. 3. not. [a]

enim pro certo affirmare non(g)auſim. Forte ea, quæ â loco ubi nunc eſt *Gryphiswaldia* noſtra & cui hæc adjacet,(h) *Rycco* amne ad oſtium

[g] Neque ex ipſis illis in medium allatis MICRÆLII & CRAMERI locis quicquam probari poteſt, niſi quod *Comites de Gützkow* à *WARTISLAO* victi & *caſtrum Lutitiorum* (die Feſtung Loitz) ipſis ereptum ſit. Utrumque autem fieri potuit ſine totius comitatus expugnatione.

[h] Duplicem in vetuſtis membranis *amnis* hujus, vel, ut rectius dicam, foſſæ marinæ appellationem offendo, *Hylda* ſive *Hilda* atque Ryck. De utraque jam extat in *Dictionario* meo *Etymologico* peculiaris articulus, ubi quæ mea circa eandem ſint cogitata cum B L. hic liceat communicare. Ad voc. *Hylda* hanc dedi commentationem: *Hylda* ſive *Hilda* iſt der älteſte Nahm des Arms / ſo aus dem Strande bey der Wyck / nach der Stadt Greyffswald hinauffgehet / und das daſige Fahr-Waſſer machet. Nachgehends hat er / und zwar vermuhtlich von denen Sachſen / den Nahmen Ryck bekommen. Denn daß auch dieſe Benennung ſchon ziemlich alt ſey / erhellet aus einem Vergleich zwiſchen den Abt zu *Eldenau* und der Stadt Greyffswald von anno 1306. alwo dieſelbe von dieſem Fahr-Waſſer ſchon gebrauchet wird. Das Wort *Hilda* iſt nicht Wendiſch / wie es von einigen davor gehalten wird / ſondern unſtreitig Alt-Teutſch oder Gothiſch. Denn eben dieſes war der Nahme einer von denen Jungfrauen / die man von des *Odini* Bedienung in jener Welt zu ſeyn hielte / und ſich einbildete / daß ſie denen Verſtorbenen / wenn ſie daſelbſt angelanget / damit es noch deſto beſſer ſchmecken möchte / einſchencken würden; vid. BARTHOLINUS Antiqq. Dann. L. II. C. 11. & 12. SPERLINGIUS in Comment. de Rege Havn. 1707. in 4. ed. p. 81. ſagt. Danorum (oder vielmehr Gothorum, denn er ziehet gerne auf die Dänen / ins beſondere / was denen Gothen insgemein angehöret /) Bellona wäre ſo genannt worden. Von dieſem Waſſer / hat das daran liegende Kloſter Hylda ſonder allen zweiffel ſeinen Nahmen bekommen. Nachgehends hat man mit Zurücklaſſung des Buchſtabens *H*, wie auch mit Verwandelung des *i* oder *y* in *e* und Anhängung des Worts *au* als der gemeinen / nicht Wendiſchen / ſondern Deutſchen Endigung / ſo unzehlich viele Nahmen der Oerter haben / *Eldenau* daraus gemachet. Weßwegen ich muhtmaße / daß man zu der Zeit auch den Fluß nicht mehr *Hilda*, ſondern *Elda* oder *Elde* geheiſſen / und daß um ſo vielmehr / weil der bey Neuſtadt in Mecklenburg vorbeygehende Fluß / der ſich nachgehends / da die *Stoer* ſich mit ihm vereiniget / in die Elbe ergieſſet / nicht nur gleichfals die Elde heiſſet / ſondern auch ein an demſelben belegener Flecken / daher den ſelbigen Nahmen Eldenau führet. Ad voc: Rick / autem his mentem meam verbis expreſſam dedi: Rick / oder wie es in alten Diplomatibus öffters geſchrieben wird / Ryck iſt der Arme / der von dem Strand zur Wyck biß nach Greyffswald hinauffgehet / und das daſige Fahr-Waſſer abgiebet. Vorzeiten hat es

oſtium usque *Penæ* ſecundum mare protenditur regio, territorium *Gryphicum, Hyldenſe, Wuſterhuſanum* complexa, in ditione *Principum Ru-*

es auch *Hylda* geheiſſen/ und zwar ſchon 1306/ wie ſolches aus dem inſtrument des Vergleichs zwiſchen der Stadt Greyffswald und dem Abt zu Eldenau von dieſem Jahr erhellet. Allwo es heiſſet/ daß die Stadt ſich auf dem Fluß *Hylda* ſive Ryck auſſer ihrem Gebiecht keine Bohtmeßigkeit anmaßen wolle. Ich mag es keinen Fluß nennen/ denn er hat ſein Waſſer aus der See/ wie ſolches der Geſchmack genugſahm anzeiget. Wenn es aber ein Fluß wäre/ ſo müſte der Strand durch den Abfluß das Waſſer von ihm empfangen. Es iſt alſo eine aus dem Strand herauſſkommende Bäcke oder Becke/ und ſonſt nichts. Von dieſem Waſſer iſt nachgehends das bey der Mündung deſſelben angelegte Kloſter benahmet worden. Denn ſelbiges heiſſet in den alten Urkunden das Kloſter *Hylda*, *Eccleſia Hyldenſis*, *Monaſterium Hyldenſe*, &c. Und auch der im Teutſchen übliche Nahm *Eldenau* ſaget nichts anders/ als das an der *Hylda* belegene Feld. Denn das *H* iſt nach einer veränderten Mund-Ahrt nur weggelaſſen/ und das *y* in ein *e* verwandelt/ am Ende aber das Wort *au*, welches ſo viel als ein Feld/ eine Anger/ eine Feld-Marck/ (wie man zu ſagen pfleget/) anzeiget/ hinzugeſetzet. Ich habe in dem oberwehnten Vergleich de anno 1306. die beſondere Schreib-Ahrt des Worts Ryck mit einem y bemercket/ und bin darüber hinter die Bedeutung und Urſache dieſer Benennung gekommen. Denn *Rhych*, iſt juxta ſpecimen Gloſſarii Celtici in Collect. Etymol. Leibnitii ein altes Celtiſches Wort/ und heiſſet einen Graben/ daſſelbe hat eine Verwandſchafft mit dem Wort *Rhie* oder *Rie*, welches juxta notas ad Gloſſarii Chaucici ſpecimen in iisdem Collectaneis, & in J. G. ECCARDI ad eadem præfatione pag. 11. gleichfals einen Graben und einen ſich weit hinaus-erſtreckenden Waſſer-Pfuel/ den man noch heut eine Riegge nennet/ bedeutet. Dieſe Bedeutung ſchicket ſich gar eigentlich zu unſern ſo genandten Ryck. Denn es iſt daſſelbe wie geſagt nichts anders/ als ein aus dem Strande herauſſkommender Graben/ der nachgehends nicht ohne mühſahme Arbeit/ durch einen beſtändigen Moraſt bis nach Grimmen hinan fortgeſetzet iſt/ und alſo wohl mit recht ein Rig- oder wie es nunmehro/ durch angenommene Gewohnheit/ ſchon geſchrieben wird ein Rick-Grafe/ genannt werden mag. His poſteriores acceſſere cogitationes, poſt quam edoctus ſum, quod & in lingva Gothica canalis ſive foſſa dicatur Reg/ idemque notare ac Germanica noſtra eine Rinne oder Rönne. Quæ denominatio, ſi ad anguſtiam alvei noſtri Ryck præſertim, quæ eſt in illa parte, ubi crepidinibus coercetur reſpiciamus, commodisſime ipſi convenire videtur. Undé in Privilegio WITZLAI I. Principis Rugiæ, quo anno 1240. *Civitatis Stralſundenſis* piſcandi libertatem metitus eſt, portus cujusdam ſub nomine

Digitized by Google

gia permanſit. Eſt & *Lutitiorum* caſtrum cum terris eo ſpectantibus recuperatum à *Rugianis* perpetuoque vinculo cum Principatu eorum coadunatum. Id quod ſuo deinceps loco demonſtrabimus. Nunc enim quis finium Rugianorum ſtatus, quæ fata ſub (i) TETZLAVO Ratzei Principis majori natu filio atque Succeſſore fuerint, diſpiciendum.

§. XIV.

Hic Princeps, ut magnanimus fuit, ita & (k) Regium titulum, in

novæ Reka mentio injicitur, quod ego de freto *Rugiæ* atque *Ruden* Inſulis intermeante & hodienum dat Nie-Deep ſive das Neue Tieff dicto interpretor, infra aſſerti mei, ſi quæ dabitur occaſio, rationes expoſiturus. Hic tantum urgeo exactam illam Gothici Reg & hujus *Reka* vel ut eodem jure ſcribi potuiſſet *Rega* convenientiam, quæ planè dubitare non ſinit, quod ultimum hoc ex veterum Gothorum lingva originem trahat. Simulque me fateor perſvaſiſſimum, quod & notiſſimus ille *Rega* fluvius, qui ulterioris Pomeraniæ terras ſecat, multisque adſitis oppidis navigandi opportunitatem offert, eandem nomenclaturam admittat. Et forſan ipſi Gothicæ proſapiæ *Rugiani*, qui Taciti ævo accolæ illius erant, hoc nominis indiderunt, ſed quod ex ſuo indiderint, ita ut *Rega* tantum ſucceſſu temporis pro *Rugia* dicta ſit, non æque videtur certum.

[i] CRANNTZIO in Dan. & Vand. modo *Tetislaus*, modò *Tecislaus*, imo & *Ticislaus* vocatur. LAZIO de M. G. p. 653. *Theslawus* ſcribitur.

[k] CRANTZIUS in *Dania*, nunquam, quod invenerim, TETZLAVUM noſtrum niſi ſub addito Regis axiomate nominat. Id nullibi facit, ubi vel de anteceſſoribus vel de ſucceſſoribus illius exponit. Itaque non fortuito aut fruſtra, ſed ſua commotum cauſa honorario caractere illo Tetzlavum inſigniviſſe credo. Aliam autem reperire non licet, quam quod Tetzlavus pro Rege ſe geſſerit, & propria poteſtate jureque ſibi tanquam abſoluti Dominii Principi competente eundem uſurpaverit. Obſervavi quoque Regem ſalutari à NICOLAO à KLEMPZEN l. c. verbis: *TETZLAFF* Ratzens Sohn / iſt nach tödtlichen Abgang ſeines Vatern/ durch die Rugianer zu ihren König und Fürſten erwehlet. Eo & procul dubio reſpexit HELMOLDUS Chr. Slav. L. I. C. 2. ubi Rugianos ſolos Regem habere narrat, & L. I. C. 35. L. II. C. 12. ubi Regem ipſis ſimpliciter aſſignat, ſuam nempe ætatem, quæ cum imperio TETZLAVI coincidebat, ob oculos habuit. Nullus enim tunc temporis apud Slavos Princeps erat, qui regios affectabat honores. Solus *Rugianus* Danos forſitan æmulandi ſtudio vel in hac parte inferior ipſis haberi nolebat. Hanc veram HELMOLDI mentem fuiſſe, non vero quod ſoli Rugiani monarchico, cæteri autem Slavi

Digitized by Google

in gente ſua jam olim uſitatum, ſed à CRITONE atque RATZEO fere neglectum, denuo ſibi vindicare haud dubitavit; Animi tamen rerumque ab illo geſtarum magnitudini quo minus eventus reſponderet, iniquiſſima obſtitit fortuna. Nunquam enim vehementius afflictæ ſunt vires Rugianorum, nunquam validisſimæ Reipublicæ hujus periculoſius concuſſæ opes, quam ipſo hoc imperante TETZLAO. Undiquaque in perniciem ejus conſpirabant procellæ; A Pomeranis, Danis atque Saxonibus per vices impetebatur. Claſſicum quaſi canebat (l) NICLOTUS Obotritorum jam antea nobis nominatus Princeps, qui *Kizinos* atque *Circipanos* ab Henrico quondam expugnatos, à RATZEO ad Rugianum imperium reductos dolebat, adeoque conjunctis cum Adolpho II. Holſatiæ comite viribus eos (m) adoriebatur. Sed hæc ira facile deferbuit, ubi poſtea NICOLOTUS gratia Henrici Leonis effuſa ipſe hoſtilia illius arma (n) expertus, in velitatione aliqua vita ſimul & principatu exuebatur. (o) Filii

Slavi Democratico, vel ſaltim Ariſtocratico tunc uſi fuerint imperio, ſupra jam eſt evictum. Nam, qua quæſo veritatis ſpecie talia tradi potuiſſent ab HELMOLDO? cum quotquot habebantur Slavorum nationes, ſuis ea tempeſtate Principibus eſſent ſubjectæ. *Wagrii* Holſatiæ comites, *Polabi* Henricum quendam de Badewide, *Obotriti* & *Kizini* Pribislaum Nicloti filium, *Lutitii* ultra-Penani una cum *Pomeranis* Svantibori I. poſteros, Dominos agnoſcebant.

[l] Ille ipſe, qui Pribislai frater & Buthue filius MICRÆLIO habetur. Hic enim fratre Pribislao ex Wagria jam depulſo, ſuam ſibi huc dum ſervaverat Obotritorum Provinciam, ſtabat tamen ſub tutela Henrici Leonis Saxoniæ Ducis illique homagii fide obſtrictus erat.

[m] Juſſu id fiebat CLEMENTIÆ, Henrici Leonis conjugis, apud quam marito abſente Niclotus conqueſtus erat, quod *Kizini* & *Circipani* jugum excuſſerint, olim à Patruo ſub Henrico ipſis impoſitum. Vid. HELM. l. c. Lib. I. C. 71. Hæc circa ann. 1150. contigerunt, cum Vicelinus Epiſcopatui Aldenburgenſi præeſſet, uti hoc patet ex HELM. L. I. C. 70. collatis notis BANGERTI ad cap. præcedens 69. adjectis.

[n] Eo quod non obſtante interdicto Henrici Leonis Danos prædando vexaverat. Qva de re legendus eſt HELM. L. I. C. 86. ſeqv. Currebat autem ſecundum calculum BANGERTI in argumento hujus capitis annus 1161. cum Henricus Leo in Niclotum exercitum educeret. Unde ſimul innoteſcit, quod hic ipſe Nicloto emortualis fuerit.

[o] Duorum tantum filiorum Nicloti apud HELMOLDUM mentio occurrit Pribis-

Digitized by Google

Filii autem ejus in gratiam cum Leone reverſi, non jam hæreditarias *Obotritorum* terras recuperabant, has enim Henricus Magnatibus ſuis præmia virtutis eſſe voluerat, ſed (p) *Kizinorum* ſolam provinciam,

Pribislai & Wartislai, ſed habuit & tertium, cui PRISLAI nomen fuit, quique ad Chriſtianismum converſus in Daniam abiit, & ducta in matrimonium Waldemari I. Regis ſorore *Lalandiam* ab illo obtinuit Inſulam. CRANTZIUS Dan. L. VI. C. 8. 9. 21. ubi Danicarum partium proceribus annumeratur, cui una cum Caſimiro Pomeraniæ Duci & TETZLAVO Rugiæ Principi cuſtodia *Wolgaſti* demandabatur *Vandal.* L. V. C. 32. Reliquerat is, uti ex ultimo hoc loco apparet, filium, cui Kanuto nomen erat.

[p] Ex eo igitur tempore *Mecklenburgenſes* firma demum & continua poſſeſſione terram *Kizinorum*, i. e. ditiones *Roſtochienſem* atque *Gnoijenſem* tenuerunt; Præterquam quod Dani illam Sec. XIII. ad tempus occupabant, haud tamen multo poſt iisdem reſtituendam. Sed ſolam *Kizinorum* ipſis conceſſam fuiſſe provinciam ſcribo. Nec rationibus deſtituta eſt iſthæc aſſertio I.] Qvia apud HELM. Cap. 87. L. I. in genere tantum dicitur: *Poſthæc redierunt filii Nicloti in gratiam Ducis, & dedit eis Dux Wurle & omnem terram. Porrò terram Obotritorum diviſit* &c. Hic commodè intelligi poteſt terra *Kizinorum* quæ caſtro *Wurlæ* ſive *Werlæ* proximè adjacebat, hanc enim ipſo eo anno 1162. expugnaverat Henricus L. verum *Circipanorum* terram ne ipſe quidem hucdum habebat, adeoque nec aliis donare poterat, imo intelligi debet terra ipſum illud caſtrum *Würle* ad *Warnaviam* circumjacens. Illud enim ſuum etiam habuit territorium, quod produnt verba Henrici L. in Diplom. fundationis Eccleſiæ Zverinenſis de anno 1170: *Et caſtrum Werle dictum cum terra attinenti etiam Warle dicta ex utraque parte aquæ Warnowe.* Plus itaque poſuit in argumento hujus capitis BANGERTUS cum ſcribit: *Filii Nicloti Duci reconciliati, KISSINOS ac CIRCIPANOS* recipiunt. Sanè HELM. ipſe in eodem capite optimus eſt verborum ſuorum interpres. Narrat enim Ducem Epiſcopis Slaviæ Aldenburgenſi, Racesburgenſi, Magnopolitano reditus dediſſe in terra *Wagriorum, Polaborum, Obotritorum, Kyzinorum.* Hic ſubſiſtit narratio ejus nullamque ulterius progrediendo provinciæ etiam *Circipanorum* commemorationem addit, Haud certe obſcuro indicio, quod nondum in ſua poteſtate illam habuerit; alioquin eadem etiam liberalitate & in gratiam Epiſcoporum & in ſublevationem cœterarum terrarum ex tractu *Circipanorum* annuos ipſis aſſignaſſet proventus. Sed anno demum 1170. Circipanam Provinciam Epiſcopatui Sverinenſi addixit, cum armorum jure eandem ſibi acquiſiviſſe putaret. Equidem & HELMOLDUS C. 92. ubi, quæ ſequenti mox anno 1163. geſta ſunt, tradit, Filiis Nicloti *Circipanos* etiam adjudicare videtur. *Filii enim NICLOTI, ſcribens, PRIBIZLAVUS* atque *WATIZLAVUS non* *con-*

ciam, nunquam ab eo tempore ad Rugianorum (q) ditionem reducendam, in damni quandam reparationem accipere cogebantur. Poſtea tamen denuo novas res moliti, ſed juniori Wartislao capto denuo victi ſunt, iterum vero Pribislaus in priſtinum amicitiæ locum admiſſus, & *Kizinos* quos antea habuerat, retinuit, & *Obotritos*, Sverinenſi tantum tractu exemto, (r) recepit.

§. XV.

Erat & cum *Pomeranis* non ſatis (s) tuta vicinia. Dani atque

contenti terra Kizinorum & Circipanorum, adſpirabant ad acquirendam terram Obotritorum. In eundem ſenſum ſcribit autor incertus Chron. Slav. ap. LINDENBR. Cap. 28. *Poſtea,* dicens, *filii Nicloti invenerunt gratiam in conſpectu Ducis & dedit eis Dux Wurle cum terra circumjacente, ſcil. KICINORUM ET CIRCIPANORUM.* Sed paulò liberalius hæc ſcripta videntur, atque ita intelligenda ut HELM. ſibi conſtet, & ne quid eis, quæ Cap. 87. jam dixerat, hic videatur contrarium ſcripſiſſe. Maximeque notandum duco, quod CRANTZIUS, quem ceteroquin in enarratione harum rerum HELMOLDI veſtigia (imo verba) preſſe ſecutum videmus, hic ſubito ab auctoritate diſcedat illius. Hæc enim Vand. L. V. C. I. ſub init. ipſius relatio: *Pribislaus & Werslaus, germani fratres, Nicloti Obotritorum Principis filii, non contenti terra Kiſinorum (ea eſt ultra Warnoviam ad Panim usque fluvium) ad recuperandam Obotritorum Provinciam adſpirabant.* Qvid vero cauſæ ſubfuiſſe autumas, quare non in eodem tramite cum HELMOLDO perſtiterit CRANTZIUS, niſi quod alia procul dubio monumenta rectiorem hic ei monſtraverint viam? Accedit 2.) quod *Circipanorum* Provincia tunc temporis in Pomeranorum ditione erat, (quemadmodum §. ſeqv. uberius demonſtrabitur,) adeoque ab HENRICO Leone, cui nihil juris in Pomeraniæ Duces competebat, his neque adimi neque in filios NICLOTI transferri poterat.

[q] Niſi quod ultimus Rugiæ Princeps WITZLAUS IV. 1310. terram *Gnoyenſem,* quæ ad *Kizinos* etiam ſpectavit, à Rege Danorum oppignorationis jure accipiebat, qua de re ſuo deinceps tempore ſuoque loco dicturi ſumus.

[r] De quibus omnibus videſis ap. HELM. l. c. L. I. C. 92. coll. L. II. C. 2. ſeqv. - 7.

[s] Fuerat olim tempore CRITONIS propter hujus connubium cum *SLAVINA* Svantibori filia, inter utramque gentem firmiſſima amicitia. Sed prima offenſa erat, quod Crito à ſubditis Svantibori ſeditioſis Pomeranicæ ditionis imperium ſibi deferri paſſus eſſet. Inde ſequebantur hujus principis per filiam Slavinam contra Critonem machinationes & poſt interitum illius, conjunctio armorum Pomeranicorum cum armis Henrici Obotritorum Principis contra Rugianos. Affundebatur igni oleum, ubi terrâ Wolgaſtanâ adeoque ſumptibus Rugiano-

Digitized by Google

que Saxones (t) Imperatoris CONRADI III. auſpicio, non tantum NICLOTI Obotritorum Principis invaleſcentes opes unitis viribus repreſſum iverant, ſed & *Demminum* Pomeranorum in *Lutitiis* oppidum vana obſidione cinxerant. (u) Steterant tunc in partibus Danorum *Rügiani*, non tam ſtudio iſtius gentis, quam odio Pomeranorum ob ſubtractas *Wolgaſtenſem*, *Gützkovianam atque Loitzenſem* provincias. Aſt hoc conſilium multo majoris jacturæ cauſam dedit. RATIBORUS enim qui tutelari imperio nomine filiorum fratris WARTISLAI citeriori Pomeraniæ tunc præerat, *Demmino* fortiter defenſo, tandemque & hoſtibus liberato, nolebat impunè id feciſſe *Rugianos*. Expugnatis igitur *Bardo*, *Tribuſea*, *Grimmaque* oppidis, omnem *Circipanorum* terram ipſis (w) eripuit, & provinciæ nepotum

Rugianorum Pomerani ab Henrico remunerabantur; ubi ipſi ſub *WARTISLAO I.* Caſtrum *Lutitiorum* cum parte comitatus *Gutzkovienſis* ipſis extorquebant, tandemque ſub auſpicio RATIBORI cætera in terra continenti adhuc reſidua omnino expugnabant.

[t] Tradunt de hoc bello, quod anno 1147. vel, uti alii volunt, 1148. irrito ferè ſucceſſu gerebatur, HELM. l. c. Lib. I. C. 65. CRANTZ. Vand. Lib. IV. C. 4. ALBERT. STAD. Chr. ad an. 1147. CRAM. Gr. P. K. Chr. L. I. C. 46. MICRÆL. l. c. p. 245. ſeqv.

[u] Non eadem hujus rei apud Scriptores narratio eſt. Nos CRAMERUM l. c. ſecuti ſumus. CRANTZIUS autem Dan. L. V. C. 25. Rugianos potius congentilibus ſuis, (ſi non Pomeranis, tamen Obotritis Principique eorum Nicloto) auxilio fuiſſe & hoſtilem Danorum claſſem in littore Mecklenburgico conſtitutam, ubi milites in terram expoſitos obſervaverant, invaſiſſe & laceraſſe contendit. Atque, ſi fatendum, quod res eſt, crediderim ego potius, quod *Rugiani* partibus *Lutitiorum*, quam quod *Danorum* ſtuduerint. Illi enim, ex quo *WARTISLAUM* è medio ſuſtulerant, Pomeranis ob ſuſceptum Chriſtianiſmum, quem immani odio proſequebantur, ſemper infenſiſſimi fuerant. Procul igitur dubio *Rugiani*, qui erepta ſibi à *WARTISLAO* Lutitiorum caſtrum & Gutzkovianam ditionem nondum dedolere potuerant, iſtas inimicitias ac ſimultates, quantum in ipſis fuit aluerunt ſubmiſſiſque auxiliis magis magisque ad auxerunt. In hanc ſententiam MICRÆLIUS l. c. L. II. p. 245. ſcribit: Sie/ (die Rügianer) hätten ſich mit denen auch noch im blinden Heydenthum ſteckenden Lutitiern und Bardierern verbunden/ und den zu Chriſto bekehrten Pommern allenthalben groſſen Schaden gethan.

[w] Conſtans hæc eſt Hiſtoricorum noſtrorum relatio MICRÆLII l. c. p. 246. ſcribentis: Nach der Dänen und Sachſen Abzuge/ (aus Mecklenburg und von Demmin)

tum pupillorum BOGISLAI I. & CASIMIRI I. adjecit, poſt multos demum annos à JAROMARO I. fortiſſimo Principe Rugiano (x) recuperandam.

min) rückte Fürſt Ratibor, wieder welchen die Rügianer ſich immer friedlich bezeigten/ mit ſeinen Volck für *Barth, Grimmen* und *Tribbeſees*, nimmt ſolche Oerter mit Gewalt hinweg/ und bringet ſie zum Glauben. Und alſo ſind die Rügianer vom feſten Lande in die Inſul getrieben/ und ihre Macht enger eingeſpannen. CRAMERI l. c. EICKSTEDII Ep. Ann. Manuſcr. verbis: *Oppidum Demmin quod antea Imperatoris Conradi III. vim ſuſtinuerat, item metropolis eorum LOYTZITZ, nec non BARDUM, TRIBSEES & GRIMMEN civitates Chriſti jugo ſubmittens ſibi vectigales fecit* (Ratiborus.) Veteris autem Chronici Manuſcr. autoris anonymi verba huc pertinentia, uti à Dn. SCHÖTTGENIO P. III. des alten und neuen Pommerl. p. 378. traduntur, ita fluunt: Derohalben hat Rotebar all ſeine Macht daran geſetzt/ und die Luticier zweymahl hart niedergelegt/ und die Städte Loitzis, Croswin, Demmin, Treptow, Grimmen, Barth, Tribbeſees und andere Flecken eingenommen/ und ſie ſo geſchweckt/ daß ſie muſten Chriſten werden. Undè intelligitur, quod neque *Leuticium* neque *Demminum* à *WARTISLAO I.* ſatis ſubjugatum ſit, aut Chriſtianismus tunc quidem altas radices ibidem egerit, cum nunc poſt viginti annos à prima *WARTISLAI* expugnatione jam denuo ad imperata facienda à RATIBORO cogenda eſſent.

[x] Hinc igitur conſequitur, quod ad §. præced. not. [p] jam diſputavimus, *terram Circipanorum* neque ad *NICLOTI* neque ad filiorum *PRIBISLAI* & *WARTISLAI* dominium ſpectaſſe, quod tamen HELMOLDUS L. I. C. 71. aliisque in locis ad §. præced. jam allegatis retuliſſe videtur. Refragatur huic relationi partim contraria omnium Domeſticorum noſtrorum Scriptorum fides, partim & analogia Hiſtoriæ eorum temporum. Illi enim unanimi conſenſu tradunt *RATIBORUM* Pomeranorum Principem circa ann. 1147. vel 1148. *Circipanorum Provinciam* Rugianis eripuiſſe eaque expugnata illos è terra continenti omninò depuliſſe. Fuit ergo antequam an. 1148. Pomeranis ſubjiceretur, in *TETZLAVI* Principis Rugiani, non vero *NICLOTI* aut filiorum poteſtate. Neque Synchronismus & analogia Hiſtorica permittit, ut *Circipanos* æque ac *Kizinos* ad *Obotritorum* & Principis eorum *NICLOTI* Remp. referamus. Nam ſi ſtandum eſt fide CRANTZII, (ſed cauſæ nihil video, cur illam damnemus,) Not. antec. [u] in partes jam vocati, *Rugiani* Nicloto contra Danos ac Saxones in bello an. 1148. ſubmiſerunt auxilia & ſua forſan claſſe non parum ad fallendam *Dobini*, (quod caſtrum erat Nicloti,) obſidionem contulerunt. Num quid vero pro amicis *NICLOTI* Rugianos ſe unquam geſturos exiſtimas, ſi ille ſuam detinuiſſet Circipanam terram? Sanè hæc res per-

Digitized by Google

§. XVI.

Maximum malum, quod unquam Reſpublica Rugiana perpeſſa eſt Dani & Saxones intulerunt. Ipſa Inſula, cor atque caput, contra quoscunque hucdum inſultus hoſtium invicta ſteterat; Nunc vincebatur. Cauſam belli præbuerant (y) Rugianorum innumeræ ferè in Inſulas atque provincias Danicas irruptiones. Inteſtinis bellis, triumque Principum SVEONIS, KANUTI & WALDEMARI de regno altercationibus jam tum miſere lacerata erat Dania. At Vandalis ob inveterata odia gentis, nulla Danorum tanta miſeria videbatur, quam non graviorem cuperent, quantumque poterant & ipſi augerent. Nihil igitur tunc quoque earum rerum omiſerunt, quibus internecionem Danorum maturari poſſe ſperabant. Tantumque prædando, populando, cædendo jam promove-

perpetuæ ſimultatis fomenta præbuiſſet. Cum tamen ne minimum quidem jota de ullo vel leviſſimo diſſidio inter Niclotum atque Rugianos apud Hiſtoricos legamus. Neque Ratiborus tantum debellavit *Circipanos*, ſed & ſub Imperio Pomeranorum perſtiterunt illi tam Nicloti, quam Succeſſorum filiorum temporibus. Iterum hic analogia Hiſtorica pro noſtra ſententia militat. Ipſe HELMOLDUS L. II. C. 4. 6. author eſt, Principes Pomeranorum *CASIMIRUM* & *BUGISLAUM*, Nicloti filium *PRIBISLAUM* omnibus ab *HENRICO* Leone terris exutum non tantum *Demini* recepiſſe, ſed cauſam quoque illius armata manu contra eundem adjutum iviſſe. Hæc *jure cognationis & communis nationis* Pribislao ab illis præſtita eſſe, CRANTZIUS Vand. L. V. C. 7. teſtatur, conf. MICR. L. II. n. 78. p. 248. Jam vero quis ſibi unquam perſvadebit, tantam *PRIBISLAI* Pomeraniæ Principes habituros fuiſſe curam, ſi terram *Circipanorum* jure belli à Rugianis ſibi acquiſitam, Pribislaus iterum ipſis eripuiſſet. Multone credibilius eſt, maluiſſe rebus ſic ſtantibus Pribislaum perditum quam conſervatum videre Pomeranorum Principes? Tantum abeſt, ut contra vim hoſtium etiam cum periculo & pernicie ſuarum terrarum illum tueri ſuſtinuerint.

[y] Omnis Slavorum natio, quod ſupra jam demonſtravimus, & inviſa ſemper & infeſta Danis fuit; Sed gens Rugiana cœteris palmam præripuit. Rebus enim maritimis & fortitudine illa præpolluit, undè & HELMOLDUS Lib. I. Cap. 2. *gens fortiſſima Slavorum audit*, & Lib. I. Cap. 35. *primatum illos prætuliſſe*, dicit, *in omni Slavorum natione*. CRANTZIUS quoque cum Vand. Lib. IV. Cap. 31. narrat, quod Vandali totis viribus incubuerint

moverant ſpem iſtam, ut (z) tertia ferè pars regni vaſta jaceret atque inculta. Rugianorum in peragendis iſtis ubivis (a) potiores partes fuerant. Erant vero & ultionis. Namque deſæviebat tandem domeſtica illa tempeſtas, & quæ inter tres regni æmulos hucdum diſperſæ fuerant vires, ſub uno Waldemaro I. (b) colli-

I 3 geban-

buerint Daniæ inſulis evaſtandis, Winulos, RUGIANOS & eorum contermi-nos impigrè id perfeciſſe addit.

[z] *Daniam*, verbis utor CRANTZII Vand. Lib. IV. Cap. 26. *aſſuetam babebant palæſtram antiquæ dimicationis.* Dan. Lib. VI. Cap. 1. *Flagrantibus inteſtinis bellis Vandali per occaſionem graviores incubuere Danis. Nam crebrioribus incurſionibus inſulas Daniæ infeſtantes, tertiam ferè regni partem vaſtam & incultam reliquere.* Atque his vexationibus reiteratis ita ad perniciem profligatæ & perditæ erant Danorum opes, ut committere manum cum Vandalis non auderent, cernentes, ut idem Autor l. c. tradit, quod ſi victoria hoſtibus cederet, uno prælio actum de Dania eſſet &c. Conf. Vand. L. IV. C. 27.

[a] *CRITONIS* atque *RAZEI* temporibus pacata ferè omnia erant Danos inter ac Rugianos. Sed *TETZLAVUS* tantum non ultimas ruinas Daniæ intentavit. *Rugis*, inquit EICKSTEDIUS Ep. Ann. Manuſcr. *multo tempore gratia & amicitia, nec non in bellis ſocietas cum Danis fuit. Poſtremum autem imperante TETZLAVIO Ratzei filio, repudiata Danorum gratia eos bello cœperunt laceſſere, ſæpe hoſtium copias fuderunt, ſæpe & ipſi perterriti in fugam ſe conjecerunt.* Prodidit à KLEMPZEN, crebriores illas Rugianorum irruptiones, non tam juſſu Principum, quam laſcivientis & juvenibus Dominis non ſatis dicto audientis populi petulantia factas eſſe. Nachdem er [TETZLAFF] ſcribit, deßgleichen ſeine Brüder JAROMAR und STOISLAFF jung waren / und ihrer Unterthanen nicht wohl mächtig / haben die Rügianer viel Infalls in Dännemarcken gethan.

[b] Erat hic *WALDEMARUS* filius *CANUTI*, qui poſt extinctam Henrici Obotritorum Principis familiam, Slavorum ab Eidora usque ad Warnoviam Dominus fuerat. Unde jus ſibi aliquod in terras maritimas Slavicas arrogabat filius Waldemarus & permiſſu Imperatoris Friderici Barbaroſſæ, (qui tamen vel ipſe nihil Dominii in illas habebat,) titulo etiam Regis Slavorum ſive Venedorum [der Wenden König] utebatur, quem poſteri deinceps & ſucceſſores in hodiernum usque diem ſibi retinuerunt, vid. HOJERI Dännemarckiſche Geſchichte / p. 38. *WALDEMARUS* autem prodente HUITFELDO Chron. Dan. anno 1157. SVENONE in prælio cœſo univerſum Daniæ regnum obtinuit, etſi BANGERTUS in Tabula Gen. ad Cap. XLIX. Lib. I. Chron. Slav. HELM. & in argumento cap. 84. n. 7. in annum præcedentem regni ejus exordium rejiciat.

Digitized by Google

gebantur. Tum prima de compeſcendis Vandalis (c) conſultatio erat. Hac rerum facie, non tam armis, quam conſilio opus eſſe Rugianis videbatur. Prævertebant itaque Danorum in ſe (d) molimina, & quod tempora imperabant, amicitiæ fœdus cum illis inibant. In (e) Pomeranos deinde quicquid iræ conceptum erat, effundebatur. (f) Repetierat PRIBISLAUS patrias *Obotritorum* terras, & cum reddere recuſaſſet HENRICUS Leo, bellum paraverat. (g) Agnatorum

[c] CRANTZ. Dan. L. VI. C. 1. ſed nolebant proceres regni conſentire in expeditionem contra Vandalos, veriti ne ſub uno fatali ictu totius regni vires caderent. Haud multo tamen poſt, ut ex cap. IV. apparet, ſvaſu potisſimum Abſolonis gladio & virgæ prætoriæ, quam pedo aptioris Epiſcopi Roſchildenſis bellum ipſis deſtinavit.

[d] Per virum prudentem atque magnanimum cui DAMBORI nomen erat. Vid. EICKST. l. c. CRANTZ. Dan. L. VI. C. 7. 10.

[e] Cauſas ſuſceptæ in Pomeranos expeditionis Dn. HOJERUS l. c. allegat 1.] Jus quod à patre Canuto in terras Slavorum ad ſe devolutum volebat Waldemarus. 2.] Crudelitatem populorum iſtorum adhuc gentilium in Danos. Sed has palliativas verius quam juſtificas belli cauſas dixeris. Etenim ſi jus patrium proſequi voluiſſet Waldemarus Obotritorum oppugnandæ fuiſſent terræ. In Pomeranos nihil unquam juris aut habuerat Canutus pater aut exercuerat. Verum, ſi quid opinor, in Obotritis ungves metuebantur Leonis. Malebat itaque transferre bellum, ubi minor vis reſiſtendi apparebat. Neque Pomeranorum crudelitas gentilis provocaverat Danorum arma. Jamdudum enim eo quidem tempore gentiles eſſe Pomerani deſierant. Et ipſum *Julinum* quod præcipuè impetebatur & exurebatur, adeo non amplius gentile erat, ut ab anno 1128. Epiſcopi Pomeranici ſedes fuiſſet, vid. ANDREÆ Abbatis Bambergenſis vita Ottonis Bambergenſis L. III. C. 12. p. 185. editionis Jaſchianæ. Vera cauſa belli ſine dubio fuit, quod Julinenſium ſive Jomsburgenſium ut volunt, vexationes memoriæ infixas Dani gerebant & novis Principum Pomeraniæ offenſis vetera recoquebant odia. Habeo & conſentientem CRANTZ. Vand. L. V. C. 5.

[f] Vid. HELM. l. c. L. I. C. 92. CRANTZ. Vand. L. V. C. 1.

[g] Ignorat HELMOLDUS hanc cognationem adeoque L. II. C. 4. & 6. ubi de fœdere inter Pomeranos & Pribislaum agitur, nihil utique de illa commemorat. At CRANTZIUS Vand. Lib. V. C. 7. *cognationis & communis nationis jure* Pomeranos Pribislai cauſam egiſſe teſtatur. MICRÆLIUS non ſolum huic ſubſcribit aſſerto, ſed inſuper etiam ſangvinis propinquitate conjunctos fuiſſe prodit: Die beyden Vor-Pommerſchen Fürſten / inquit, nehmen ſich ihres Blut-

torum BUGISLAI & CASIMIRI Pomeraniæ Principum armis adjutus. Hæc vis unita fortior videbatur Henrico, quam ut ſuis reprimeretur

Blut-Freundes/ des verjagten Pribislai an / ita & CRAMERUS Gr. Pom. K. Chr. L. II. C. 6. Weil Pribislaus ein naher Freund war der Fürſten von Pommern/ ꝛc. nec minus JOH. LUBBECHIUS in Chr. Manuſcr. ubi HENRICO Leoni ut PRIBISLAUS ipſi traderetur, à Pomeranis exigenti reſpondiſſe Principes tradit: Das wolten ſie nit don/ denn es wäre ihr Fleiß [Fleiſch] und Blut. Magni ſane facienda ſunt hæc teſtimonia, utpote ex quibus probari poſſet, communi ſtirpe Pomeraniæ ac Megapoliæ Duces proſatos fuiſſe. *MISTIBOJUM* illum magnum maritimæ hujus oræ Dominum communiter pro ſatore habent. Cumque hujus fratrem *GRIMMUM* illum fuiſſe contendunt, qui *CRITONEM* filium habuit. Ex his omnibus demum conficeretur, Pomeranorum, Mecklenburgicorum & Rugianorum Principum cognatam gentem fuiſſe. Siſto hanc cognationem uno conſpectu percipiendam.

MITZLAUS ſive WITZLAUS
Bilungi filius, Rhetram metropolin habuit.

GRIMMUS. Rugiæ Princeps familiæque in WITZLAO IV. an. 1325. exſtinctæ ſator.

MISTIBOJUS.

BUGISLAUS, juxta monumenta Olivenſia Svantibori Pater & familiæ Pomeranicæ ſator.
- SVANTIBORUS.
- WARTISLAUS I.
- BOGISLAUS II. CASIMIRUS I.

UDO, Godoſcalci Obotritorum Principis pater & familiæ Mecklenburgicæ ſator.
- GODOSCALCUS.
- BUTHUE. HENRICUS.
- PRIBISLAUS I. NICLOTUS.
- PRIBISLAUS II.

Certum igitur eſt, *NICLOTUM* Pribislai noſtri Patrem non tantum fuiſſe unum ex Magnatibus Obotritorum, quemadmodum HELM. & CRANTZIO vocatur,

Digitized by Google

retur armis. Belli igitur circumſpiciebat ſocios; (h) Danos, cui tum (i) juncti erant Rugiani, & Brandenburgicos (k) inveniebat. Ann. 1164. utrinque ad arma perventum. Offerebant Pomerani pacis (l) conditiones. Sed bellum in animo erat. Saxo cum Brandenburgico terreſtri exercitu urgebat, Danus & Rugus à mari (m) incumbe-

vocatur, ſed fuiſſe *BUTHUEI* filium fratremque Pribislai I. uti quidem antea ex MICRÆLIO noſtro jam obſervavimus. Id enim niſi indubitatum eſſet, *PRIBISLAUS II.* de quo in præſentiarum nobis ſermo eſt, ex eadem cum Pomeraniæ Principibus ſtirpe non deſcenderet, adeoque quod ſciamus, nulla etiam cognatione illos contingeret.

[h] Vid. PONTANUM L. IV. in WALDEMARO ad ann. 1164. HELM. Lib. II. C. 4. CRANTZ. L. V. C. V.

[i] Ex fœdere militabant, non ſubjectionis lege, quod expreſſe teſtatur CRANTZIUS Vand. L. VI. C. 20.

[k] Plures belli ſocios nominat HELM. L. II. C. 4.

[l] Non ſerio quidem, ſed tantum ut ſpecularentur, quid in caſtris hoſtium agеretur. Simulabant legati pacem mercatum veniſſe. Aſt curto centuſſe licebantur. Prima, qua venerant die tria, altera, qua redierant, non niſi duo marcarum millia offerentes, vid. Scripp. modo citati.

[m] Expugnabantur eo bello *WOLGASTUM* & *GUTZKOVIA* urbes lateque omnia ad *Stolpam* usque locum, qui *Penæ* imminet populationibus & incendiis devaſtabantur. Hanc terram *cis-penanam* ubique alias apud HELMOLDUM *Circipanorum Provinciam* vocatam, nunc ubi L. II. C. 4. in deſcribendo hoc bello verſatur, bis ipſi *Pomeranorum Regionem* dici obſervo, atque inde denuo concludo, terram *Circipanorum* non ad Pribislai ditionem ſpectaſſe, ſed paruiſſe Pomeranis ex quo Ratiborus illam ann. 1148. Rugianis eripuerat. Reſpice ad §. XV. not. [w]. Nullam occaſione hujus belli caſtri *Lutitiorum* mentionem occurrere miror. Forſan ex ruinis, quibus in præcedentibus Rugianorum & Pomeranorum bellis obrutum erat, nondum reviviſcere potuerat. Unde CRANTZIUS *Demino* debellato hoſtilem exercitum ſtatim *Gützkoviæ* admotum fuiſſe ſcribit. Qvod fieri tamen non potuiſſet, niſi antea *Lutitiorum* caſtro expugnato. Hoc enim *Demino* proficiſcentibus *Gützkoviam*, ad primum mox lapidem in itinere obviam fit. De *GUTZKOVIA* refertur apud CRANTZ. Vand. L. V. C. 23. & Dan. L. VI. C. 21. quod munita hoc tempore jam fuerit, quodve nihilominus incolæ adverſus tantam hoſtium multitudinem munitionibus diffiſi eandem deſeruerint, cumque familiis & omni ſupellectili in proximas paludes ſe condiderint. Ignem igitur tectis ſubjecerunt hoſtes totamque incendio deleverunt urbem. Sicuti vero grata hæc antiquisſima rerum *Gützkovienſium* memoria, ita mirandum ſane, imo vero dolendum maximo-

Digitized by Google

bebant. Tanto apparatui non ſufficiebat Pomeranorum (n) us. Igitur ad Oderam usque omnibus fœdiſſime vaſtatis de pa- o) cogitandum fuit. Tumque omnis *Circipanorum* provincia ›oteſtatem Leonis tranſiiſſe (p) putatur. *Wolgaſtum* in fidem

maximopere eſt, quod ne unico quidem verbo, in tota hujus belli hiſtoria commemoratum apud Scriptores legatur, quis tunc & cujus nominis Comes Gützkoviæ fuerit. Qvam vellemus alia ſæpè levia rerum momenta omiſſa potius eſſe! Sed hujus quidem non datur remedium jacturæ. Redeamus in viam. Dani, dum hæc à Saxonibus agebantur, oſtio *Penæ* circa *Wolgaſtum* infixis ſtipitibus occluſo, ne Pomerani claſſe ſua à tergo eos urgerent, per flumen ſubvecti *ad Gützkoviam* usque penetraverant, junctisque nunc viribus belli diſcrimen, vel verius ut dicam, populationem Provinciæ ultra-Penanæ adituri, navibus ſuis Socias copias in ulteriora transvehebant. Undè demum conſequitur, hactenus *cis Penam* & in Circipana Provincia omne hoc bellum geſtum fuiſſe. *Wolgaſtum* CRANTZIO ll. citt. hanc expeditionem bellicam narranti tanquam urbs munitiſſima laudatur, & quam adeo rebus ſuis commodam exiſtimaverit *WALDEMARUS*, ut non tantum valido præſidio illam firmaſſet, ſed & viris in quibus maximam fidei ſpem habebat, ipſi etiam *ABSOLONI* Epiſcopo terreſtrium ac navalium copiarum primario Duci tutelam illius commiſiſſet.

[n] Sub initium belli adſpirare Pomeranis & Pribislao fortuna videbatur. Congreſſi enim ad *Verchenum* vicum, qui haud procul *Demino* eſt, cum Saxonum exercitu, magna illum clade affecerunt, duobus etiam comitibus cæſis. Sed ut mutabilis ea eſt, neque tum diu in eodem vaſtigio ſtetit. Maximè ubi ipſum Leonem, cum reliquis & ſuis & ſociorum copiis in caſtris adventaſſe comperérant, in aperta planicie pugnare non amplius conſultum videbatur. Sylvas itaque & abdita loca petebant, ſæpiusque hoſtes ex inſidiis occupabant.

[o] HENRICUM Leonem excluſum pacificatione cupiebant Pomerani, vel ſaltem ipſi obſides dare recuſabant, eo quod *WARTISLAUM* Pribislai fratrem, quem captivum habebat, ineunte bello prope *Malchoviam* Megapoliæ inauditæ ferè crudelitatis exemplo, in conſpectu totius exercitus ſuſpendio plexerat. Neque obtinebat ullos. Sed pacis beneficio omnino privari Henricum, Waldemarus nolebat. Apparet igitur nondum adeò exhauſtas fuiſſe Pomeranorum vires, quia conciliata cum Danis pace, cum Henrico ſolo, ut ut potentiſſimo duce, continuare bellum non dubitabant.

[p] Jam *pridem enim* (ut totidem verbis teſtatur CRANTZIUS Dan. Lib. VI C. 8.) *ampliandæ ſuæ in Wandalos ditioni intentus fuerat Henricus:* Et nunc etiam in fœdere pacis concipi volebat, *ipſum, quæ belli tempore occupaſſet, retenturum jure belli*, prodente eodem Scriptore Vand. Lib. V. Cap. 23. & Dan.

Digitized by Google

ſervandæ pacis, Danorum, Rugiorum & Pomeranorum communi præſi-

Dan. L. VI. C. 21. Neque in poſtulatis res ea ſubſtitit, ſed expreſſe in priori loco additur, *quod hæc conditio utrinque placuerit, & reductis exercitibus pax reddita ſit.* Sed occupaverat *HENRICUS*, quod antea comperimus, aut omnem Circipanorum Provinciam, aut, quod certum eſt, non mediocrem illius partem, ergo & ſine dubio ad hæc ipſa in pacificatione modo dicta reſpexit. Verum, ſi quid divinare valeo, ſolum dominium directum iſtarum terrarum *HENRICUS* ſibi ſervavit, utile vero *BOGISLAUS* ex hoſte nunc amiciſſimus ipſi factus, jure Vaſallagii ab illo obtinuit. Rationes habeo: 1.] Qvod Rex Danorum, CRANTZ. Dan. L. VI. C. 24. tradente, ſeqventi anno disrupta cum Pomeranis denuo pace, *cum ingenti navium multitudine in PROVINCIAM TRIBUSANAM moverit, tantamque ibi vicorum aduſtione cladem dederit, ut diu poſt diſertæ regionis horrida facies remanſerit.* Id quod omnino Danus non feciſſet, niſi Provincia Tribuſana, quæ non exiguam *terræ Circipanæ* partem complectebatur, in poſſesſione Pomeranorum fuiſſet. Cum Pomeranis enim bellum gerebat, Pomeranorum igitur & vaſtanda terra erat. 2.] Ipſe HENRICUS apud eundem CRANTZ. l. c. C. 25. Regi Danorum tanquam injuriam ſibi illatam acerbius exprobrat, *quod MILITEM SUUM BUGISLAUM non ante coram ſe accuſatum bello peteret.* Jam vero pro ingenio illius Seculi *militem ſuum* appellare, perinde erat acſi *Vaſallum* dixiſſes. Sed præter *terram Circipanorum* aliam jure belli in iſtis quidem oris HENRICUS non acquiſiverat, quod liquet ex CRANTZ. Vand. Lib. V. C. 7. Ergo & hanc ipſam, cujus antea *BUGISLAUS* eodem belli jure abſolutus Dominus fuerat, & non aliam, nunc clientelari lege ab *HENRICO* accipere potuerat. Nam *Kizini* cum *Obotritis*, ad dominium *PRIBISLAI* redibant, poſtquam ille reconciliatus Henrico erat. Evidens hanc in rem eſt teſtimonium HELM. L. II. C. 7. Qvare non poſſum hic adſtipulari EICKSTEDIO in Epit. Ann. Manuſcr. tradenti, quod conſtituta pace, *CASIMIRUS & BUGSLAVUS* Demminum inſtauratum Pribislao jam paternæ hæreditatis extorri, loco hoſpitii conceſſerint, in quo, donec vita excederet, commoratus ſit. Cœterum adhuc recordor *Tribuſanam illam Provinciam*, de qua maximè videtur notabile, quod non tantum mediterranea, ſed maritima etiam fuerit, quia claſſe adiri potuit; Non igitur, etſi à *TRIBUSEA* nomen habuerit, territorium huic urbi vicinum ſolummodo complexa eſt, ſed ad mare etiam ſive ad *Fretum Rugianum* & oſtium illius *Gelendam* vel Gellen dictam pertigit. *STRALSUNDIUM* & eo pertinuiſſe, ex diplomate illo intelligitur, quo Duces Saxoniæ inferioris, *JOHANNES & ALBERTUS* anno 1261. *terram Tribuſeanam ECCLESIÆ SVERINENSI* donaſſe leguntur verbis: *terram TRIBUSES prout tenditur in Stralſund conferimus* &c. Univerſam igitur Circipanorum terram iſtis quidem temporibus pluribus diſtinctam

Digitized by Google

præſidio firmatum. Non tamen diuturna hæc fuit poſſeſſio, Pomeranus enim cæteris (q) ejectis, urbem, ut antea fuerat, ſibi ſoli

K 2 ſerva-

ſtinctam invenio Provinciis, *Tribuſana*, *Wolgaſtana*, & qui inter utramque medius fuit, *Comitatu Gützkovienſi.* Cumque hujus limites ſupra jam aliquo modo delineavimus, facile inde cognoſcitur, quousque reliquas duas provincias extenſas velimus. Præter illas reperio & in Dipl. fundationis Eccleſiæ Sverinenſis de an. 1170. & in confirmatione Pontificis *ALEXANDRI III.* de an. 1177. terras *Bardt* atque *Pithne*, quam ultimam de tractu terrarum villam *Pütt* circumjacente interpretor. Cæterum Scriptores iſtorum temporum *HELMOLDUS, ADAMUS BREMENSIS* ll. cc. *Bardenſem tractum* pro peculiari Provincia non venditant. Qvin illi ignorant *Bardum* & ne minimam quidem hujus mentionem urbis, tantum abeſt, ut peculiarem ipſius nomine inſignitam Provinciam faciant. Proindè non poſſum quin credam, *Bardenſes & Damgardenſes imo & Grimmenſes* ditiones ſub eadem *Tribuſanæ provinciæ* appellatione ipſis comprehenſas fuiſſe. Non ignoro *terræ* ſive *Provincia Bardenſis* peculiare etiam nomen eſſe, & omnia, quæ in terra continenti ad Principatum Rugiæ ſpectant, communi titulo des Landes zu Barth veniſſe. Sic lego in *Annalibus Bardenſium Manuſcr. ex privilegiis civitatis contractis*, Tit: Von Fundation und Nahmen der Stadt Bardt: Es iſt auch derjenige Diſtrict, ſo vor Alters zum Fürſtenthum Rügen gehörig / und an der Süderſeit des Waſſers belegen geweſen/ das Land zu Bardt genannt worden / darinnen nachfolgende Städte begriffen/ als Stralſund/ Barth / Tribeſees/ Grimme und Loitze. Sed hic recentior eſt uſus, & eo forſan Seculo demum ortus, quo parti huic Rugianarum terrarum, ex Ducibus Pomeraniæ peculiares principes præfuerunt, qui *Bardum* Principatus ſui præcipuam ſedem habebant. Dum vero hæc ita diſputo, non eſt mens mea negare quod hoc tempore jam extiterit *Bardum*. Extitiſſe enim & caſtrum, i. e. munitum jam locum fuiſſe, illuſtri Ducis Henrici Leonis teſtimonio convincor in Diplomate modo citato expreſſam *caſtri Barth* mentionem injicientis.

[q] Ea de re videre eſt apud CRANTZ. Dan. L. VI. C. 21. L. V. C. 23. Eo verò ipſo Principes Pomeraniæ anſam præbebant *DANO* denuo illos bello invadendi, cujus Hiſtoria ſiſtitur apud eundem CRANTZ. ll. cit. cap. ſeqv. De cætero mirum me habet, in deſcriptionibus utriusque hujus belli Danici, quod præcipuè vexavit oram maritimam terræ Circipanorum, quæ ab oſtio *Gelendæ* ſive Gellen ſecundum fretum Rugianum ad oſtium usque *Penæ* protenditur, nihil omnino apud Hiſtoricos occurrat, quod Tractum noſtrum *Gryphiswaldenſem* reſpiciat, aut ad illum referri poſſit. Etſi vix fiat probabile, Danorum inſultus ita ſoli imminuiſſe *Wolgaſto* terræque adjacenti, ut aliis locis, quæ navibus adiri poterant, omnino pepercerint. Potuit eos invitare

Digitized by Google

ſervabat. Hactenus Rugianorum ex voto (r) omnia fluebant. Aſt nunc, quæ rerum humanarum viciſſitudo eſt, adverſa fata ſeqvuntur. Recedebant illi à fœdere, quod minus (s) proficuum hucdum cum

tare latè patens ſinus ille die Wyck dictus, qui poſtquam in arctiora littora coivit, in interiora terræ intrat, commodumque navigiis portum præbet. Ego ſaltem nullus dubito, quin & hoc loco excenſiones in terram fecerint; eoque minus dubito, quod & in iſta regione exercendi virtutem occaſio offerebatur. *GRYPHISWALDIA* tùm quidem nondum erat. Hæc enim omnia 70. plus minus annos antè conditam illam ſunt geſta. Sed munitum caſtrum quod nomen *GUTTYN* habebat, haud procul eo loco, quo nunc *GRYPHISWALDIA* ſita eſt, in præſidium hujus ditionis jam tum exſtructum fuiſſe Diplomatum fide probatur. Imo non multum abeſt, quin credam, hyberna & ſtationem hic habuiſſe Danorum claſſem primaque initia dediſſe villæ, quæ commune hodienum cum ipſo ſinu nomen gerit. Talia perſvaſus ſum, ex quo in vetuſtis chartis obſervavi, hanc villam *vicum Danicum* appellari, cujus hucdum non aliam denominationis inveſtigare rationem mihi licuit. Eſt & ſimile exemplum in *DANTISCO* obvium, cujus eodem hoc Seculo XII. à Danis poſita ſunt fundamenta, additumque à conditoribus nomen Daniske Wyck / i. e. Danicus vicus, teſtante cum aliis MICRÆL. Lib. II. pag. 252.

[r] Adeò quidem ut DOMBORUS Rugianorum Legatus non dubitaret in colloquio quodam de præſenti rerum facie ſuperbè & contemtim ferè Danorum fortunam floridæ gentis Rugianæ felicitati poſtponere: *Olim quidem*, dicens, *ea gentis noſtræ veſtræque fortuna tulit, ut noſtra veſtris cedentes acciperent leges ab illis; rerum mutata viciſſitudine nunc alia depoſcere videtur. NOSTRA DIIS FAVENTIBUS FLORENT OMNIA. Veſtra qualia ſint, ipſe conſpicis.* CRANTZ. Dan. L. VI. C. 7. conf. Vand. L. 5. C. 21. Nec ampullatur Damborus. Ipſi enim Danici regni Proceres & conſiliarii, ubi à Rege de bello contra Wandalos ſuſcipiendo in conſilium adhibentur, ingenuè conqueruntur, *laceras regni vires, hoſtiumque* (Vandalorum) *omnia in expedito eſſe.*

[s] Nempè militaverant Danis contra Pomeraniæ Duces ea qua convenerat fœderis lege, ſed lucri aut compenſationis ſumtuum, quos in bellum impederant nihil accepiſſe leguntur. Sine dubio ſpe recuperandi *terram Circipanorum* ante 16. annos à RATIBORO ipſis ademptam fidelem & ſtrenuam fœderatis Danis præſtiterant operam. Sed hæc ſpes feſellerat eos, *Circipanis* per pacis conditiones in manibus Henrici Leonis relictis, & ab illo Pomeranorum ducibus denuo collatis. Plus igitur commodi ubi ex hoc bello in illos derivari videbant, qui hoſtes, quam qui ſocii fuerant, tandem oneroſa ſocietate damnata,

Digitized by Google

cum Danis habuerant. Hoc malorum ipſis initium erat. Gravior tamen res (t) habebatur Rugianos ſuperare, quam quæ unius Daniæ armis perficeretur. Pomerani igitur vindicandarum recentium injuriarum jam tum (u) cupidi, & Henricus

Leo,

damnata, Henrici amicitiam & ipſi ambire incipiebant. Patebat venientibus liberrimus ad ipſam aditus. Fortiſſimos enim Rugianos quis noluiſſet amicos? Verum cum auxilia Saxonum, quæ contra Danos ipſis promiſſa erant, non ſubmitterentur, & interea Dani omnibus viribus inſtarent atque urgerent, hujus etiam conſilii mox ſubiit pœnitentia, ad Danorum igitur fœdera redibant. Attamen & hujus pœnitudinis mox pœnitebat. Danorum indies accreſcens potentia non poterat non Rugianis ſuſpecta, quinimò tandem & formidabilis eſſe. Itaque ad priſtinum æquilibrium res redacturi, Norvagico bello imminentem & longius averſum Waldemarum jam non fœderatum ſed hoſtem habere, pactorumque leges, quas diu jam iniquo animo ferebant, paulatim migrare inſtituunt, & quod rarò prudentiæ politicæ in illis quidem gentibus exemplo factum eſt, virum eloquentem & rerum gerendarum peritiſſimum eodem tempore in Daniam mittunt, omnibus nervis id acturum, ut Regem rebus aliis diſtineret, & longe diverſa de Rugianis credere ipſi author eſſet. Sed inanis eſt diſſimulantia ubi res ipſæ loqvuntur. Neque Dani adeò obtuſi pectoris erant, ut, quæ apud Rugianos gererentur, à Rugianorum Legato demum comperire vellent. Parabant itaque bellum, Vaſallos habituri, quos ſocios atque fœderatos amplius habere non poterant. Vid. CRANTZ. Dan. L. VI. C. 22. ſeqv. Vand. L. V. C. 11.

[t] Rex debellandæ Provinciæ (Wandaliæ) majus opus eſſe reputabat, quam quod ſolius ejus viribus expediretur, vid. CRANTZ. Dan. L. VI. C. 8. Et meritò quidem, jam enim aliquoties fruſtratæ fuerant *WALDEMARI* in Vandalos expeditiones, ſemel etiam à Rugianis cum omni claſſe ſua in fugam conjectus & ſuam repetere Daniam coactus. Ut itidem à CRANTZIO l. c. C. 6. docemur.

[u] Accedebat & alia ratio: Deſiderium Chriſtianam religionem ad Rugianos ſuos contribules propagandi, juxta CRANTZ. Vand. L. V. C. 11. ſed, uti hæc quidem ſpecioſior erat, ita veriorem fuiſſe exiſtimo, quod potiundæ Inſulæ & cum parte principatus in continenti jam ſibi comparata conjungendæ ſpe alebantur. Speraverant enim teſte CRANTZ. Vand. L. V. C. 25. *Regem debellatis Rugianis Chriſti honore & ſuis tributis contentum facile illis provinciam permiſſurum gubernandam, & hac fiducia pleni non minori illi apparatu à terris bellum inſtruxerant, & omnem apparatum conſtituerant, quam Rex à mari.* Imo vero non ſperabant tantum Pomerani Dominium totius Rugiæ ſibi, hac occaſione acquirere ſed, ſi EICKSTEDII noſtri ſtandum eſt fide, Daniæ etiam Rex ipſis hoc promiſerat: Regem dediſſe *fidem Pomeranis Principibus*, tradit, *de concedenda Rugia in illorum poteſtatem.* Sub ſpe hujus præmii renun-

Digitized by Google

Leo, (w) qui ſemper eò inclinabat animum, ubi major utilitas offerebatur, in partes pertracti. Annus agebatur 1168. cum aperto bello Rugia invaderetur, expugnatisque præcipuis urbibus ARCONA atque CARENZA ad imperata facienda (x) adigeretur. Retinebat ſub Principibus ſuis, (y) quam ſemper habuerat, peculiaris Reipubli-

renunciaverant etiam juri exigendæ compenſationis damni, quod Dani vaſtatione terræ ſuæ Circipanæ circa regiones *Cingſt*, *Dartz & Bardt* haud ita pridem ipſis dederant.

[w] Ipſe non intererat bello Saxonum tum inteſtinis implicitus bellis, miſerat autem reconciliatum ſibi & jam ad mortem fidiſſimum Obotritorum Principem PRIBISLAUM; Ea tamen lege partibus Danorum acceſſerat, ut obſidum & prædæ dimidium ipſi concederetur, HELM. L. II. C. 6. *Et inierunt*, ſcribit, *pactum Rex & Dux, ut quaſcunque gentes terra marique ſubjugaſſent, tributa ſocialiter partirentur.*

[x] Integram funeſti iſtius belli hiſtoriam tradit CRANTZ. Vand. L. V. C. 12. ſeq. MICR. L. II. p. 254. CRAM. Gr. P. K. Chr. L. I. C. 46. ſeqv.

[y] Hac tamen interveniente mutatione, quod abdicatum à *TETZLAVO* imperium ad JAROMARUM minorem natu fratrem illius transferrebatur. Victorisnè hoc factum ſit arbitrio, an proprio Tetzlavi infelicis regiminis tædio capti inſtinctu, in præſentiarum non excutio. MICR. L. II. n. 82. pag. 255. ſcribit, fuiſſe inter pacis conditiones: Hinfort nicht Fürſt TETZLAFFEN, der ſich wieder den König geſetzt hätte / ſondern ſeinem Bruder JAROMAR, dem hernach der König ſeine Tochter Hildegard gab / über ſich regieren zu laſſen. Und ſolches alles wäre auch zu Werck gerichtet. Ejusdem tenoris ſunt verba EICKST. in Epit. Ann. Manuſcr: *Bello ex ſententia confecto Rex Daniæ TETZLAVUM Ratzei filium Rugiorum Principem regno denudavit, eique JAROMARUM fratrem ſuum ſubſtituit.* Sed alii nudæ tantum abdicationis mentionem faciunt. HELMOLDUS, quod magnoperè mirandum eſt, ne nomen quidem *TETZLAVI* commemorat, ſatis habens dixiſſe, quod *JAROMARUS*, quem *virum nobilem* vocat, tunc temporis Rugianorum Princeps fuerit. Forſan & ipſe *TETZLAVUS*, qui ſumma autoritate & liberrimo arbitrio Rugianam hactenus Rempublicam adminiſtraverat, carere imperio, quam uti precario maluit. Non tamen omnino depoſuiſſe regni habenas exiſtimaverit, qui fidem CRANTZIO habendam putabit. Ille enim Vand. L. V. C. 32. ubi occupatus eſt in enarrando bello Danorum & Pomeranorum, quod circa an. 1180. adeoque integros 12. annos poſt hanc Rugiæ expugnationem gerebatur, *TETZLAVUM* tanquam gentis ſuæ Principem & Danis amiciſſimum introducit. *Interim*, ſcribens, *TICISLAUS Rugiæ Princeps* (*tum vero ſui Regem illum dixere*) *cum GERMANO*, [Germarum dicere debuiſſet quem Germanum cum Scriptoribus Saxonicis dixit,] *fratre magnam Danis commeatuum impor-*

Digitized by Google

publicæ formam, neque in Provinciam redigebatur. Jactura maxima fuit (z) parere Danis.

§. XVII.

Non ſoli igitur Dani expugnaverant Rugiam, ſed expugnatam ſoli retinere (a) volebant. Hoc ſtomachum movebat (b) Saxoni &

importari juſſit copiam. Vita *TETZLAVUS* juxta MICR. in Tab. Gen. anno demum 1210. emigravit adeoque biennio tantum *JAROMARUS* frater vivendo illum ſuperavit. Hic enim anno 1212. ſupremum obiit diem.

[z] In fidem ſervandæ pacis Regi Danorum obſides dabantur Nobilium filii, quos ille ſecum in Daniam abducebat, vid. HELM. L. II. C. 13. Multæ etiam *NOBILIUM*, vel, qui tunc admodum honorificus titulus erat, *MILITUM* familiæ relicta Rugia inſula alias ſibi fortnnarum ſedes elegerunt. *Militaris generis in Rugia viri quidam in ea permanſere ad noſtra uſque tempora, quidam in continentem tranſiere, alii etiam cum Regibus in Daniam abierunt, quorum ſtirps in hodiernum uſque diem permanſit,* CRANTZII eſt relatio Dan. L. VI. C. 28. Hodienum multæ Nobilium proſapiæ tam in Rugia florent, quam in Dania. Debetque ab illo tempore hoc Regnum Rugiæ noſtræ tot domi militiæque clariſſimos ex iſtis familiis proſatos viros DEVITZIOS, KRAKEVITZIOS, OSTENOS, ZUMIOS, PENZIOS, alios, debet virtute eorum ſibi partam gloriam.

[a] HELMOLDUS *ſervierunt*, inquit, *Regi Danorum ſub tributo.* Expreſſius adhuc CRANTZIUS in Vand. L. V. C. 16. *Præfuere ex illo die rebus gerendis in Rugia Dani. Nam Regis ditioni in ſecularibus, & Pontificibus ejus Regni in ſacris ſubeſſe, victoriæ jure tum eſt à Rege conſtitutum.* ABSOLON Roſchildenſis Epiſcopus, cujus præcipua in debellandis Rugianis opera fuerat, facile & à Rege & à Pontifice ALEXANDRO III. obtinuit, ut ſuæ tota Inſula Diœceſi adjiceretur, ſicuti Papalis Bulla an. 1168. 2. Non. Novembr. Beneventi data, & apud HUITFELDUM Chron. Dan. ad hunc an. obvia id demonſtrat. De ſola vero hæc intelligenda veniunt Inſula. *Circipanorum* enim Regionem HENRICUS Leo, poſtquam anno ferè 1164. Pomeranis, qui Rugianis prius eripuerant, iterum armis illam extorſerat, Epiſcopatui Sverinenſi 1170. à ſe conſtituto adjudicavit. Qva de re teſtantur Diploma fundationis ipſius HENRICI de anno prædicto Bulla confirmatoria Papæ ALEXANDRI III. de anno 1177. & apud LINDENBROGIUM exhibita.

[b] Vid. HELM. L. II. C. 13. Chr. Slav. incerti autoris apud LINDENBR. Cap. 32. & CRANTZ. Vand. L. V. C. 15. 16. ubi in capite quidem priori de Pomeranis verba ſunt: *CASIMIRUS & BUGISLAUS Pomeraniæ Principes, cum ſpe cecidiſſent potiundæ in ſuam ditionem Rugiæ accepta licentia ex fœderatis hoſtes ſiunt.*

Digitized by Google

& Pomerano. Uterque partem ſuſtinuerat belli, uterque & in partem victoriæ atque prædæ venire geſtiebat. Neque de lege, qua itum erat ad bellum (c) moniti Dani æquiora conſilia admittebant. Sic redibatur (d) ad arma. Pomerani Daniam, Dani Pomeraniam alternis vicibus devaſtabant: donec ſentina tandem malorum in Rugianos (e) effundebatur, juſtæque iræ fatali everſione inclytarum urbium

(c) Hoc factum erat potiſſimum ab *HENRICO* Leone. *Dux* legitur ap. HELM. l. c. *miſit Legatos ad Regem Danorum, requirens obſides & medietatem tributorum, quæ ſolvunt Rani, eo quod laudatum & juramento firmatum eſſet, ut quaſcunque Gentes Rex Danorum expugnare voluiſſet, Dux ferret auxilium, & cum participatione laboris, fieret etiam particeps emolumenti.* Dani, quod CRANTZIUS l. c. addit, obtendebant, Ducis arma non acceſſiſſe: fœdera loqui de iis, quæ communibus viribus utriusque partis fuiſſent adminiſtrata. Regerebant Ducis Miniſtri, Dominum ſuum pro ſe miſiſſe PRIBISLAUM Obotritorum Principem, ſed operam perdebant; Danis obſtinato animo Rugiam ſibi vendicantibus.

[d] Sequenti ſtatim poſt expugnatam Rugiam anno 1169. Et Dux quidem Vandalorum, i. e. Mecklenburgenſium &, qui jam tum vindictam meditabantur, Pomeranorum arma in Danos excitabat. Jam ruinæ rerum capita ſe ſubdidiſſe videbant Dani. Cunctas enim nunc vires Vandali ad diripiendas Danorum inſulas convertebant. Hi quidem reparaturi illata damna in terram Circipanorum, quæ tunc temporis in poteſtate Pomeranorum adhuc erat, excenſione facta, ruinis omnia implebant. Sed recedentibus hoſtibus actutum illi reviſum Daniam exibant & decupla ultione acceptas injurias ipſis rependebant. Ea tandem intolerabilis vexatio videbatur. Itaque Henricum ſibi reconciliabat Waldemarus, cum *Pomeranis* & *Obotritis*, ubi ſemel hoc robore deſtituti forent, rem facile ſe confecturum ſperans. Inter leges novæ amicitiæ erat, quod Dux mediam partem tributorum, obſidum & prædæ, quæ ex theſauro Svantoviti acta erat, acciperet, Rugianique Duci æque ac Regi ſub tributo ſervirent. Vid. HELM. L. II. C. 13. 14. CRANTZ Vand. L. V. C. 16. ſeq. MICR. L. II. p. 256. undè in Alexandri III. Pontificis Bulla Epiſcopatum Sverinenſem ſub anno 1177. confirmante dimidia etiam pars Inſulæ Rugiæ ad Provinciam Slavicam Henrici L. refertur, id quod in Appendice ad hanc bullam uberius explicandi occaſio dabitur.

[e] Videlicet Pomeranorum Regi Daniæ nulla cura, nullus fuerat metus, à Gryphe omnia jam in tuto eſſe exiſtimanti, ſi tantum à Leone non eſſet metuendum. Denen Pommerſchen Fürſten/ inquit MICRÆL. l. c. wolte der König von Dännemarck für geleiſtete Hülffe nichts zu Willen wiſſen. Itaque primum Pomerani, ut ipſimet ſuis conſulerent rebus, *Monam, Falſtriam* atque *Selandiam* triginta

urbium ARCONÆ atque CARENTZÆ parentabatur. Sed uti hæc expeditio magnam Rugianis calamitatem, ita Pomeranis exiguam attulit utilitatem. Jam enim ſeriam Rugiæ vindicandæ curam ſuſcipientes Dani, primum Pomeranis auxilia Saxonum ſubducebant, tum demum cum fortisſimo JAROMARO, qui rebus nunc Rugianorum præeſſe cæperat, conjunctis viribus undique terras eorum invadebant, flammisque & ferro (f) perdebant. Reddebant utrisque vicem Pomerani ipſum etiam in arce ſua (g) RUGIGARDA

L

ginta tantummodo navium claſſe invadebant, opes, vicos, urbes diripiebant, igne ferroque omnia vaſtabant atque ſic facta ingenti ſolitudine, dum redibant Rugiam Danis nunc parentem quaſi tranſeuntes rapiebant, florentisſimasque & cana vetuſtate ſua venerandas urbes ARCONAM atque CARENTZAM, quæ Danicas ruinas nondum ſatis reparaverant, ſolo æquabant, vid. MICR. l. c. EICKST. Epit. Ann. Manuſcr. cœterosque Hiſtoricos noſtros.

[f] Varia tunc fortuna ſæpius pugnatum eſt, mutuisque cœdibus & ruinis ſævitum, quemadmodum id legere licet apud autores frequentius jam allegatos. Ego enim ea potisſimum ſector, quæ fines Principatus noſtri afficiunt. Non poſſum tamen, quin commemorem quæ ab ARNOLDO in contin. Chron. Slav. HELM. L. III. C. 7 de fortisſimo JARIMARO narrantur. Dux Pomeraniæ, qui an. 1183. qvingentarum navium claſſe Daniam oppugnatum egreſſus erat ab occupanda Rugia, quæ in limine quaſi poſita erat expeditionis initium fecerat. Sed in fugam conjectum ipſe Jaromarus ſtrenuè inſequebatur, poſt tergum illius ſubindè clamans: *Quid eſt o Princeps Bugulae? nonne NIGRUM & HORRIDUM illum GERMARUM ligare te jactitabas? expecta ut ſervum abducas quem conſortem habere nolebas.* At Bugislaum interim ſubindè longius fuga abſtulit. Hæc enim talia ſunt ut partim Heroicum animum, partim & habitum corporis JAROMARI ob oculos ponant; adeoque ad juſtam Principis illius imaginem formandam [Portrait Galli dicunt] omnino ſpectant.

[g] RUGGARD, i. e. *Caſtrum Rugiæ*, vocabulo, non *Slavico*, uti communiter volunt, ſed *Celtico* atque *Gothico*. Cujus originis hactenus omnia illa nomina propria mihi creduntur, quorum compoſitionem vox GARD ingreditur, *ut Stargard, Neugard, Belgard, Damgard, Sagard.* GARD ſive GARTH enim juxta ſpecimen Gloſſarii Celtici, quod habetur in Collect. Etym. LEIBNITII, eſt *LOCUS MUNITUS.* Qvo ſenſu hodienum uſus illius obtinet in lingva Sveo-Gothana. Et in vernacula noſtra hortum inſignimus hac voce, qui ſepe munitus eſt locus. Originaria igitur ſignificatione nihil aliud indigitat, quam *locum ita munitum, ut non cuilibet ad illum aditus pateat.* Id quod V. D. prolixius ediſſeretur in *Dictionario meo Etymologico.* Ad ipſam vero quod pertinet RUG-

Digitized by Google

GARDA Principem JAROMARUM (h) obſidione cingentes. Hic tamen pactis induciis (i) liberatus, nulla interpoſita (k) mora, ultum ibat quas perpeſſus erat moleſtias, miraque armorum felicitate uſus (l) *Circipanorum* ampliſſimam Provinciam, quam Fratri TETZLAVO ereptam, per triginta & quod excurrit, annos Pomerani uſurpaverant, fauſtiſſimo auſpicio (m) annum circiter 1178. recupe-

RUGGARDAM arcem, creditur illa poſt everſas demum urbes Arconam atque Carentzam à Jarimaro condita, ut ſedem, quam antea Carentzæ Principes Anteceſſores habuerant, hæc ipſis in poſterum præberet.

[h] Bellum, quod anteceſſerat hanc obſidionem graviſſimum fuerat. Dano atque Saxone utrinque prementibus Pomeraniam. Ille à mari inſtabat, *Wollinumque* & *Caminum* aggrediebatur, hic *Demminum* obſidione urgebat. Sed nolebat neutrius tunc aſpirare fortuna moliminibus. Igitur ut vehemens ita & brevis hæc erat procella, uti videre id eſt apud MICRÆL. Lib. II. p. 258. ſeqv. ARNOLDUM L. II. C. 18. CRANTZ. ll. cc.

[i] Vid. MICR. l. c. p. 260. qua ſpecie prudentiæ civilis hoc armiſtitium Pomerani Jaromaro indulſerint, nunc inquirendi non eſt locus. Forſan metus auxiliorum Danicorum fecit, ut neceſſitas verteretur in rationem. Alioquin non una jam occaſione internecinum odium in Jaromarum prodiderant.

[k] Ne quid tamen contra jus faſque commiſiſſe videretur, finem induciarum exſpectabat antequam educeret copias contra Pomeranos, teſte MICR. l. c.

[l] Hæc Provincia ſicuti ambiguæ Pomeranos inter atque Rugianos poſſeſſionis erat, ita hoſtiles vexationes frequentius experiebatur, Danis, Rugianis, ipſis Pomeranis, &, quod mirandum ferè, longinquis etiam Marchicis certatim illam infeſtantibus. Sane indignè ferres, quod legitur apud CRANTZIUM Vand. L V. C. 36. Danos hac ipſa Regione quaſi cote virtutis ſuæ uſos fuiſſe, & ne animi ſuorum torpeſcerent, Circipanos bello petiviſſe. Servavit nobis Hiſtoria duplicis expeditionis Danorum in iſtam Provinciam, quam CRANTZIUS Vand. L. V. C. 37. & L. VI. C. 22. tradit, memoriam antiquiſſimæ cujusdam urbis, LUBUINÆ nomen fuit, in meditullio navigabilis lacus ſitæ, cujus & volam abſtulit ætas & veſtigium, quanquam ex ſitus apud nominatum autorem monſtrata indole fermè conjicerem, ipſo illo ſtetiſſe loco, qui ſplendida SUNDIA noſtra hodiè ſuperbit.

[m] Auctoritati hæc ſuperſtructa ſunt domeſticorum ſcriptorum. A KLEMPZEN in der kurtzen Hiſtorie und Verzeichniß/ nebſt der Genealogia der regierenden Fürſten zu Rügen ſub JAROMARO I. ſcribit: Das andere Jahr (poſt exciſas urbes Arconam & Carentzam, ſi illius calculum ſequamur) haben ſie [die Pommern] Jaßmund nnd Möne geplündert/ und alſo Jaromarus auf Rügen belagert worden/ hat Frieden begehrt/ und iſt ein Anſtand zwiſchen ihm und dem Könige auf eine Zeit behan-

cuperavit: Caſtrum *Lutitiorum*, quod inde à temporibus Ratzei Po-

L 2 mera-

behandelt/ ſo bald als der Anſtand geendiget/ iſt Fürſt Jaromar ins Land Bard gezogen/ hat es erobert bis auf Loitz. MICRÆLIUS l. c. pag. 260: Als auch derſelbe (Stillſtand) zum Ende lieſſ/ bemächtigte ſich Fürſt Jaromar mit Hülffe der Dänen der drey Landſchafften/ Barth/ Grimmen und Tribeſees/ die den Rugianern vor etlichen Jahren von den Pommern entzogen waren/ und brachte ſie wieder zu ſeiner Botmäßigkeit. JOH. LUBBECHIUS in Chron Pom. Manuſcr. inſularum *Darzæ* & *Zingſt* ſpecialem commemorationem addit verbis: Bardt/ Grimm und Tribſees/ denn Gartz (ſine dubio Dartz/ſicut paulo ante fecerat, ſcribere & hic voluit) und Zingſt nahm Jarmar Rugianer in und behielts. Invitis Pomeranis eripiebatur hic bolus, quare omnibus viribus id agebant, ut amiſſa recuperarent, ſed caſſus labor fuit. So mühete das den Fürſten von Pommern/ inquit KANTZOVIUS in Chr. Manuſcr. und zogen vor Grimmen/ hernach vor Tribbeſes/ darnach für Bardt/ aber der Fürſt von Rügen hatte es ſo wohl beſetzt/ daß ſie keines wieder davon gewinnen könten/ alſo daß ſie nichts ausrichteten/ ohne daß ſie das offne Land verheerten. Qvo anno iſta Circipanorum recuperatio contigerit, non definitur apud Scriptores. Ex ordine tamen narrationis, quem ſervant MICRÆLIUS atque KANTZOVIUS cognoſcitur, circa an. 1178. vel haud multo ſaltem poſt factam illam eſſe. Sc: utebatur Jaromarus occaſione quam commodiſſimam fortuna offerebat, forte enim, qui diu Slavorum omnium terror fuerat, Henricus Leo ab Imperatore, cujus gratiam effuderat, proſcriptus inque eas conjectus erat anguſtias, ut nihil auxiliorum ab illo tanquam feudi Domino Bugislaus expectare poſſet, quæ tamen, ſi in iſto rerum articulo fortuna illum non deprehendiſſet, validiſſima ipſi ſubmiſſurus fuiſſet. Semper enim ex quo pax inter illos compoſita, terrarumque Circipanarum ceſſione firmata fuerat, Leoni, etiam exulanti Bugislaus fraterque Caſimirus amiciſſimi fuerant, ac perfamiliares CRANTZ. Vand Lib. VI. C. 14. & 24. adeò quidem, ut & Imperatorem veritum eſſe, ne ſuppetias ipſi ferrent, eaque de cauſa, quo in ſuas potius illos pertraheret partes, dignitatem illuſtrem civitatis Romano-Germanicæ illis obtuliſſe EICKSTED. Ep. Ann. Manuſcr. ad an. 1181. ſcribat. Et quidem quod maximè ſit probabile, ipſa illa expeditione in *Circipanenſes* & *Tribuſanos*, quæ ſub antecedenti litera jam eſt commemorata factam hanc recuperationem conjicio. Tunc enim 12. millia Rugianorum teſte EICKSTEDIO Ep. Ann. Manuſcr. in exercitu Regis Daniæ militabant, omniaque vincendo ad *Demminum* usque ſubmittebantur. Anno 1182. jam paruiſſe iterum Jaromaro Provinciam iſtam, inde obſervo, quod cum hoc circiter anno, BUGISLAUS Pomeraniæ Dux, ſvaſu Imperatoris, cujus nuper Vaſallus factus erat, arma contra Danos ac Rugianos pararet, præter alias ſvaſorias cauſas, ſpe quoque recuperandi terras iſtas ad ſuſcipiendum illud bellum incenſus fuiſſe apud KANZOVIUM, MICRÆLIUM, alios legitur. Nam jactura opimæ hujus tamque diu detentæ

prædæ

Digitized by Google

meraniæ inſertum erat, *Gutzkoviam* & omnem, quæ ad *Anclamum* pertinet prædæ non leviter Bugiſlaum urebat. Id quidem certo eſt certius, quod ſub JAROMARO terræ Circipanorum ea portio, quam Ratiborus olim expugnaverat, Henricus autem Leo Pomeranis extortam Bugiſlao lege feudi reddiderat, ad Rugianorum Rempublicam redierit. Neque id tantum noſtrorum ſcriptorum adſtruitur fide, ſed & ARNOLDUS extraneus Lib. VI. Contin. Chron. Slav. Helm. C. 10. expreſſe fatetur, quod eo tempore, quo Otto Brandenburgicus Marchio Rugianos ob præſtita Danis contra illum auxilia bello laceſſebat, (vertebatur autem tunc annus 1195.) *terra Tribuſana*, quæ pars erat *Circipanæ*, in ditione jam extiterit Jaromari. *Otto Marchio* ſcribit, *totam Slaviam vaſtavit, NEC TERRÆ JAROMARI, QVÆ TRIBUSES dicitur pepercit, ita ut ipſam Rugiam vaſtaſſet, ſi glacies ſtagni* [NB. *non Penæ*] *quod terras dividit, ſoluta non fuiſſet.* Et CRANTZII Vand. L. VII C. 37. de hoſtili hac irruptione verba ſunt: *CONTINENTEM TERRAM QVÆ JAROMARO RUGIÆ PRINCIPI PAREBAT, IN QVA OPPIDUM TRIBUZES omnimoda vaſtatione gladio & igne deformabant.* His ſubſcribit EICKSTEDIUS l. c. *Qvia vero*, tradens, *glacies nec firma ſatis, nec diuturna erat, inſulam adire nequivit, continentem tamen terram, quam hodie Bardenſem dicimus, tunc temporis Jarimaro* Rugiæ *Principi parentem, vaſtatione direptionibus, & incendiis longe lateque depopulatus eſt.* Imo vero ipſius JAROMARI illuſtre hujus rei teſtimonium ad noſtram ætatem usque perduravit in Diplomate fundationis & dotationis Monaſterii Sanctimonialium Bergenſis in Rugia, quod primum locum occupat in codice rarisſimo Membraneo, ex centum & quod excurrit Diplomatibus, aliisque non tantum Principum, ſed & privatorum vetuſtisſimis diverſi generis literis compoſito, qui hic Gryphiswaldiæ nuper ex inſperato cum libris aliis publicæ licitationis lege diſtrahendis amatoribus antiquitatum Patriarum oblatus ac inclytæ Helvigianæ Bibliothecæ noſtræ comparatus eſt, nunc vero provinciali Rugianorum archivo, ad quod olim pertinuit, publico (quod comperi) nomine vindicatus. Hoc multum æſtimabile Jaromari fundationis inſtrumentum anno 1193. adeoque vigeſimo qvinto poſt Rugianorum converſionem datum eſt, & non tantum in Inſula, verum etiam in continente & nominatim in Provinciis *Boja*, *Oſtrusna*, *Buccua*, *Muſchiza*, *Gotzkowa*, *Sithne*, *Tribuſes*, *Barth*, *Waſitba* annuos monaſterio reditus decernit: indubitato argumento quod terræ iſtæ illius tunc ſub ditione fuerint. Aſt non ſolum armorum jure Provincias iſtas receperat Jaromarus, ſed pacificationis etiam accedebat confirmatio circa an. 1183. Tunc enim prodente MICRÆLIO L. II. p. 268. Regem inter Daniæ & Rugianos ex una atque Bugiſlaum I. ex altera parte pactum eſt, daß Er (Bugiſlaff) eine anſehnliche Summa Geldes erlegen/ dem Fürſten von Rügen das Land Barth hinfort ruhiglich beſitzen laſſen / und nichts feindſehliges wieder die Cron Dännemarck und den

tinet Regionem Danorum jutus auxiliis (n) expugnavit TOTUMQVE

L 3 adeò

den Fürſten von Rügen vornehmen wolte. KANTZOVIUS emphaticè ſcribit: Hertzog Bugslaff hätte abſagen müſſen / ſein Lebenlang nicht wieder die Crone Dännemarck und den Fürſten von Rügen zu thun. CRANTZIUM igitur Vand. L. VI. C. 24. in errore verſari credo, cum Niclotum Pribislai II. ex fratre Wartislao nepotem, qui Kiſſinorum provinciam obtinuerat circa an. 1179. *Orientalis etiam citra Panim*, i. e *Circipanæ Provinciæ Dominum* fuiſſe contendit. Antequam enim ab Henrico Leone ſubjugaretur, Pomerani eam habebant, poſtquam & ſubjugata erat, Pomerani qua dominium utile retinuerunt, donec Henrico cadente à Pomeranis in poteſtatem Rugianorum an. circiter 1178. rediret. Qvomodo igitur anno 1179. in ditione Nicloti eſſe potuit, quod anno præcedenti ex Pomeranorum dominio in ſtabilem poſſeſſionem Rugianorum jam erat translatum? reſpice ea quæ ſupra jam demonſtrata ſunt ad § XIV. not. [p] XV. not. [x] & XVI. not. [o]. Hæc aliquanto explicatius hic tradere volui, quia infra in periodo ſecunda hujus ætatis & hiſtoria] finium Rugianorum ſub *JAROMARO II.* Diploma illud Ducum inferioris Saxoniæ *JOHANNIS* & *ALBERTI II.* de an. 1261. quo *terram Tribuſes prout tenditur in Stralſunt*, titulo donationis in Eccleſiam Sverinenſem tranſtuliſſe leguntur, ex iſtis præſuppoſitis dijudicandum erit, atque quam ſit invalidum illud, oſtendendum.

[n] Cuncta hæc patrata ſunt anno 1183. & ſeqv. Sic jam mutata rerum facie, ut cum anno ſuperiori Danos ac Rugianos Pomerani bello laceſſiviſſent, nunc Dani & Rugiani Pomeranis tantum non ultimam ruinam afferrent. Rugiani ſummis viribus id agendum putabant, ut Pomeranorum magis magisque concuterentur opes. Hos enim ob ereptas *Bardenſem, Tribuſanam atque Grimmenſem* provincias irreconciliabiles nunc hoſtes futuros ſciebant. Itaque non ſatis tunc erat, cis- atque trans-Penanas Bugislai terras expugnaſſe expugnatasque ruinis fœdaſſe. Sed ubi hic omnia exhauſta erant, in ulteriorem etiam Pomeraniam eadem belli calamitas effundebatur. Auxerat Rugianis animos, quod Rex Daniæ ſpem ipſis fecerat potiundæ provinciæ, quam ipſi vincendo occupaſſent. Was die Fürſten von Rügen gewunnen / es wären Städte / Schlöſſer oder anders / daß ſie das ſolten behalten / uti quidem in Chronico KANTZOVII avtographo totidem verbis ipſius autoris manu in margine hæc annotata legi, Poſſeſſor ejus vir plurimum Reverendus atque Clariſſimus M. JOACH. MILDAHN, Zudarenſis in Rugia Eccleſiæ longè meritiſſimus Paſtor, Patriæque Hiſtoriæ ac variæ tam ſacræ quam elegantioris eruditionis amator inſatiabilis & indefeſſus cultor, ſuperiori anno in literis die 6. Febr. ad me datis ſignificavit. Dixi, tunc occupatum, vel ſi mavis recuperatum à JAROMARO fuiſſe *caſtrum Lutitiorum* & tractum terrarum, qui verſus Anclamum excurrit. Ejusdem id dixi KANTZOVII fide, in ipſo eo Chron. avtogr. prodentis; Die Für-

ſten

Digitized by Google

adeò COMITATUM GUTZKOVIENSEM eodem, quo olim Rugianorum imperio

ſten von Rügen [nam fratrum etiam opera Jaromarus in hoc gravi uſus eſt bello] zogen nach Croſzwin und Loytze/ und verheereten daſelbſt ꝛc. Sed quod *Groswina* haud procul *Anclamo* abfuerit, noſtra monumenta conſtanti traditione loqvuntur. Eadem cum *caſtro Loijzenſi* ſive *Lutitiorum* tunc ſubiit fata urbs *Gutzkovia*. Qvamvis enim CRANTZIUS Vand. L. VI. C. 22. de ſola *Groswina* vel (quæ ejus eſt ſcriptio), *Gruzuina* referat, quod lacerata ea & provincia deſpoliata ſit, Lib. antecedenti C. 30. tamen, quod *Gutzkoviam* quoque miſeriæ ſociam habuerit pleno ore teſtatur, domeſtici Scriptores confirmant. MICRÆLIUS L. II. n. 89. p. 267. ita: Kurtz aber hernach iſt er [de Rege Daniæ fatur] abermahlen mit 2000. Rugianern und vielen Dänen begleitet wiedergekommen/ hat das Schloſz Gützkow und die feine Stadt Groſzwyn / nicht weit von Anclam gelegen/ in Grund verſtöhret/ und das Land jämerlich verwüſtet KANTZOVIUS his verbis utitur: Darnach kahm der König abermahl wieder / und nahm 2000. Rügianer zu ſich/ und zog damit auf Gützkow und Groſzwyn / und gewann die Städte und Landſchafft darumb her / nud brach Groſzwyn und Gützkow in Grund/ und brannte im Lande/ daſz es Hertzog Bugslaffen im Hertzen wehe thäte. Neque urbibus iſtis agrisque uſtis abiiſſe hoſtes putaverim, etſi quos modo audivimus Chronicorum Scriptores de nuda tantum deſolatione loqui videantur. Sunt in promtu, quæ credere potius jubent, quod hæc loca furore militari tam rigidè tractata penes Rugianos permanſerint, adeoque omnia, quæ cis penam ſita ſunt (à ſolo Wolgaſto, quod fortiter hoſtium inſultus reprimebat recedendum videtur) ad Rempublicam Rugianorum tunc redierint. Etenim 1.) quod jam antea intelleximus, KANTZOVII autoritate conſtat, ea demum conditione Rugianos in ſocietatem hujus belli veniſſe, ut urbes, arces & quæcunque tandem ab illis expugnarentur retinerent. Sed veroſimilius nihil eſt, quam quod ſemel accepta hac poteſtate, ea retinere maluerint, quæ cis *Penam* erant. Partim ob vicinitatem commodioremque ſitum, quo Tractui *Tribuſano* & *Grimmenſi* conjuncta erant; Partim quod jure antiquo ea jam tum ſibi adjudicabant. 2.) *JAROMARUS* in literis fundationis monaſterii Bergenſis præcedenti nota commemoratis, in dote illius etiam eſſe jubet reditus ex Provinciis, quæ in iſtis oris quærendæ ſunt: *Oſtrusna* puta [quod communi opinione pro Wuſterhuſano agro habetur, nec vana certe, cum fide diplomatica conſtet, quod monaſterium hoc in iſta regione villam à religioſis virginibus *Nonnendorp* dictam poſſederit]: *Gotzkova* & *Sitbne*, (quod de villa *Zitben*, quæ propè Anclamum eſt, vicinaque terra interpretor.] Inde enim probatur, quod an. 1193. quo ſcriptæ ſunt illæ literæ, *JAROMARUS* adhuc tenuerit, quæ ante decennium jure armorum ſibi ſubjecerat. Cœterum hic iterum mireris, quod cum univerſus *Comitatus Gutzkovienſis:* (uti quidem ex dictis patet) expugnatus, & hoc bello miſere devaſtatus ſit, nulla tamen

hac

Digitized by Google

imperio excuſſus erat, armorum præſidio (o) reduxit. Nec vincere

hac occaſione apud Scriptores commemoratio fiat de comite tunc temporis regnante, qui tanta mala perpeſſus eſt; Etſi CRANTZIUS alioquin in tradendis illis, quæ circa expugnationem & combuſtionem *GUTZKOVIÆ* urbis tanquam ipſius comitum ſedis geſta fuerunt, Vand. L. V. C. 39. ſat ampla narratione utatur. Potuit autem, ſi ad Synchroniſmum reſpicere velimus comitatui hoc tempore præeſſe, comes ille *NICOLAUS*, qui Bogislai II. an. 1222. denati filiam *DOBRISLAVAM* in matrimonio habuiſſe apud Hiſtoricos noſtros legitur. KANTZOVIUS multo illum elogio ornat, propterque inſignes virtutes, quibus eminuit, Bogislaum unicam etiam filiam ipſi in matrimonium dare haud dubitaſſe refert. Merentur verba quæ hic legantur: Bugislaff II. hat mit ſeine Gemahl Miroſchlaven 2. Söhne nachgelaſſen/ als Barnim I. und Bugiſchlaff III. und eine Tochter Dobriſchlaven, die er Graf Niclas von Gützkow zur Ehe gegeben/ dem er ſonderlich gut war/und war auch mit der That war/ und nie übermüthig oder Fehl gefunden/ daß er ihn für einen Schwager (Schwieger-Sohn) erkohren/ und ihm auch ein groß Theil Landes bey der Peene mitgegeben hat. Hujus forſan Nicolai filius è Dobriſlava ſuſceptus, eademque tempeſtate jam vivens fuit *CONRADUS* qui deinceps CRAMERO H. E. Lib. II. C. 12, MICRÆLIO L. III. p. 638. aliisque teſtibus an. 1233. Camminenſis Epiſcopatus Præſul electus eſt, integroque decennio ſacram illam ſedem ornavit, tandem vero ob ſenectutis moleſtias ſponte ſua Succeſſori tradidit. Fuit & eodem hoc tempore *MIZLAVUS* quidam Gutzkovienſis comes, cujus filiam *SLAVAMIRAM* Barnuta Jaromari I. filius minor natu in matrimonium habuit, vid. KANTZOV. ad an. 1212.

[o] *Totum* inquam *Comitatum*, qui tractus terrarum *Loijzenſium*, *Grijpbiswaldenſium*, *Eldenavienſium cis-Riccum* ſitarum, *Wuſterbuſanarum* & *Gutzkovienſium* complectebatur. Non igitur eſt dubium, quin *JAROMARUS* & quidem ſolus ille Cœnobii Hyldenſis ſive Eldenavienſis anno 1107. fundator extiterit. Magnum ſuper hac re ſententiarum divortium apud Hiſtoricos noſtros eſt. Alii Jaromarum ſolum conditorem faciunt, alii communicatis conſiliis junctaque manu à Pomeranis & Rugiano exſtructum volunt. Habet hæc controverſia non leve momentum, utpote ex cujus deciſione dijudicandum erit, an venerit hoc bello cis-Penana iſthæc provincia, quæ *comitatus Gützkovienſis* titulum gerebat, vel ſaltem hæc pars ejusdem, quæ hinc RYCCO rivo, illinc mari, aut ſi mavis, ſalo anteriori (den Vor-Strand) clauditur, & paulatim in arctius cogitur, an venerit inquam illa in poteſtatem Rugianorum, an vero perſtiterit in Pomeranorum ditione. Operæ igitur ſpero me pretium facturum, ſi quam diverſa hic ſentiantur, ipſis ſcribentium verbis evolvam, deindè & quæ pro *JAROMARO* Principe militant argumenta, quantum id, pro inſtituti mei ratione fieri licet paucisſimis exponam. Eſt in eorum numero qui Jaromarum tantum

vincere tantum JAROMARUS, ſed & parta tueri didicerat. Paucis

tum fundationis hujus ſocium admittunt, ſed Pomeraniæ tamen Ducibus præcipuas partes deferunt, eorumque auſpicio atque indultu omnia eſſe facta contendunt, FRIDEBORNIUS in der Fürſtl. Rügianiſchen Stam-Tafel verbis: (*JAROMARUS*) hat mit Conſens der Hertzoge von Pommern das Kloſter Eldena zu bauen angefangen. Ita & à KLEMPZEN in der R. Hiſtorie und Verzeichniß neben der Genealogie der regierenden Fürſten zu Rügen: (*JAROMAR*) hat Eldenow mit Bewilligung der Hertzoge von Pommern erbauet; EICKSTEDIUS Epit. Ann. ad an. 1207. *aliud*, ſcribens, *idem* [*JAROMARUS*] *monaſterium ordinis Ciſtercienſis in HYLDA exſtruxit, impetrato Pomeraniæ Ducum, penes quos juris poſſeſſio erat conſenſu*, & in Annalibus ad h. an. non tantum conſentientes, verum & exſtruentes introducit Pomeranos, 1207. inquit, [iſt] Eldenow durch die Hertzoge zu Pommern und Fürſt Jaromar zu bauen angefangen. Eadem tradit CRAMERUS P. R. Chr. L. II. C. 10. anno 1207 iſt das Kloſter Eldeno durch die Hertzogen Bugslaff und Caſimir, beneben Fürſt Jaromar aus Rügen / Caſimir Schwieger-Vater ſämptlich geſtifftet / und zu bauen angefangen; Conſentit MICRÆLIUS Lib. II. n. 114. p. 300. atque dicit, daß die ſämptliche Herren / Caſimir II. und Bogiſlaff II. und Jaromar Eldenow erbauet. Ante vero *CRAMERUM* & *MICRÆLIUM, LUCAS TACCIUS* in eandem ſententiam jam ſcripſerat in Oratione Manuſcr. de Gryphiswaldiæ urbis encomio, anno 1607. aut habita, aut omnino concepta, *quod monaſterium* [*Hildenſe*] *à Pomeraniæ Ducibus & Jaromaro Rugiæ Principe conditum ſit.* In antiquiorum iſtorum fidem plerique imo tantum non omnes recentiores quaſi jurarunt. Voluit & Danicus ille nobilis Scriptor HUITFELDUS iisdem inhærere veſtigiis, cujus in Chron. Dan. ad hunc an. ſic habet narratio: Aar 1207. er Eldora [debuiſſet *Eldena* vel ſaltem *Eldona* dici] formedelſt Hertagen aff Pammern / oc Förſten Jermer begynt at byggis. Plures brevitatis ſtudio adducere nunc ſuperſedeo. Pauciores contra ſoli Jaromaro fundationis hujus honorem vindicant. Favet tamen huic ſententiæ præcipui nominis ſcriptor KANTZOVIUS in Chr. Manuſcr. ad hunc an. Audiamus & ejus verba. Hernach im Jahr 1207. hat Jaromar der Fürſt von Rügen geſtifftet das Kloſter Eldena Ciſtanenſer Ordens / welches wohl die Fürſten von Pommern Bugslaff und Caſimir ungern geſtatten wollen / nachdem ſie meynten / daß es auf ihren Grund und Boden wäre; Aber dennoch / weil ſie der Religion wohl geneigt waren / lieſſen ſie es die Länge geſchehen / und gaben ſelbſt noch etliche Güter dazu. Hujus teſtimonii magna apud me eſt autoritas. Nam credo fide illum monumentorum, quæ reperiit eo adactum fuiſſe, ut à communi narrantium ſententia hic receſſerit, nec Principibus ſuis tribuere voluerit, quæ propitia veritate competere haud videbantur. Horum enim tali fuco haud indigebat gloria. Adſtipulatur KANTZOVIO Autor veteris cujusdam Manuſcripti de origine Pomeranorum, qui ſimpliciter ſcribit: *Jaromarus*

Digitized by Google

Paucis igitur antè obitum annis, ad firmandam hanc Princi-
M patus

marus Rugiæ Princeps Monaſterium Hilda exſtruxit an. 1207, & vid. LUBBECHIUS in Chr. Manuſcr. In hanc ſententiam conſcendunt Duum-Viri Hiſtoriam noſtram callentiſſimi JOH. PHIL. PALTHENIUS, Hiſtoriarum & Moralium in Academia quondam noſtra celeberrimus ac longè ſupra laudes meas poſitus, in Oratione Manuſcripta, qua munus Rectorale anno 1708. ſibi delatum auſpicatus eſt, & qui nunc ſumma cura eodem fungitur Magnif. Dn. *ANDR. WESTPHALIUS* in Diſſert. de meritis Ducum Pomeraniæ in rem literariam p. 11. ſuis ſine dubio, iisque non levibus argumentis uterque innixus. Si literæ fundationis cœnobii hujus reperiri poſſent, facili negotio omne nobis excuteretur dubium. Sed illæ an omnino adhuc exſtent, aut, ſi exſtant, quo quærendæ ſint loco, non ſatis huc dum intelligere potui. Ego tamen, quæ me in partes Jaromari pertraxerint rationes, qua fieri poteſt brevitate, quo decet candore exponam. Si aſſenſu ſuo excipient patriarum rerum gnari, quæ tradidero, gratum; gratius ſi fortioribus teſtimoniis ſuffulcient, ſi his omninò rejectis meliora docebuntur, gratiſſimum fore credant. Quocunque enim impendio Hiſtoriæ noſtræ emendationem lucrari annitor. 1.] Igitur probo, quod Jaromarus ſit conditor monaſterii noſtri, quia ſecundum literas fundationis Cœnobii Bergenſis, quæ exſtructionem Hyldenſis 14. ann. anteceſſit, terra *Oſtroſnam* ſive *Wuſterbuſana*, ad quam tractus etiam Hyldenſis partim ſpectabat, eo jam tempore non amplius in Ducum Pomeraniæ, benè autem in Principis Rugiani poteſtate fuit. Jam vero ex nullis idoneis monumentis monſtrari poteſt, quod intra 14. annorum illorum ſpatium, vel omni etiam tempore illo, quod ab expugnatione harum terrarum per Jaromarum facta ad an. usque 1207. præteriit Pomeraniæ Duces easdem aut vi armorum, aut interventu pactorum receperint, atqui ſic etiam jura ſuperioritatis territorialis illos ibidem exercere non potuiſſe per ſe conſequitur. 2.] Non tantum exiguum iſtum tractum, ſed omnem etiam *Comitatum Gützkovienſem* Jaromari imperio ſubjectum fuiſſe, ſat probis Hiſtoricorum documentis evinci poteſt, & præcedenti nota revera etiam evictum eſſe putamus. 3.] *BARNUTA* Princeps Rugianus & Jaromari noſtri filius, in Diplomate de an. 1221 quod clariſſimus Dominus SCHÖTTGENIUS P. I. ſeines alten und neuen Pommerlandes p. 42. ex avtographo cum literato orbe communicavit, Patrem ſuum *cunctas poſſeſſiones* (etiam cis Ryccum ſitas) monaſterio contuliſſe affirmat, nominatim adducens *LOCUM IPSUM in quo præfatum monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis pratis & ſylvis, IN UTRAQVE PARTE AMNIS - - SILVAM DARSIN* [ipſo illo loco, ubi hodiè conſpicitur Ludovici-Burgum Villa [Ludwigsborg, quæ & ipſa olim *Darſin* vel *Darſim* nomen habuit] *locum molendini in CAMINEN & agros & ſylvas CAMINEN adjacentes: Sylvam, quæ eſt media inter HILDAM & COTSCOVE.* Qvo ipſo ſanè luculentum atque illuſtre teſtimo-

patus ſui Cis-marinam partem, inclytæ noſtræ ac florentiſſi-
mæ

ſtimonium exhibetur, Jaromarum non ſaltem fundaſſe monaſterium Hildenſe, ſed dotaſſe etiam tam cis-quam ultra-Ryccanis poſſeſſionibus ſuis; Cumque in illis ſint, quæ haud procul *GUTZKOVIA* diſtant, facile, quam late Jaromarus in cis-Penana hac Provincia tunc temporis dominatus ſit, exinde cognoſci poteſt, pluribusque dicetur in Appendice, ubi iſtud quoque Barnutæ diploma ſuum inveniet locum. Non eſt dubium, quin & locus, qui noſtra nunc *Gryphica urbe* inſignis eſt, in prima ſtatim fundatione, à Jaromaro novo cœnobio ſuo dicatus ſit. Manifeſtum hujus rei teſtimonium, & uti quidem percepi, à celebri olim Patriæ noſtræ viro profectum, in dem Stettiniſchen Land-und Hauß-Calender de anno 1709. offendi verbis: Greiffswald -- der Ohrt/ auf welchen die Stadt ſtehet/ war vor dieſen [nempe tempore hujus fundationis] ein auf der Gräntze des Fürſtenthums Rügen und der Graffſchafft Gützkow belegener öder Wald/ welcher von dem Rügianiſchen Fürſten *Jaromaro*, dem *an.* 1207. von ihm geſtifteten *Ciſtercienſer* Kloſter *Hilda*, oder *Eldena* unter andern Stücken Landes verehret worden. 4.] *JAROMARUS II.* in literis, quibus an. 1240. ſub regiminis ſui initio eidem clauſtro bona ſua confirmat, fratres illius vocat FRATRES NOSTROS *in Hylda*, ſed alio, quam primæ fundationis jure, fratres Hyldenſes aſſerere ſibi haud potuit. 5.] *WITZLAUS IV.* ultimus Rugiæ Princeps indigena in confirmatione Pacificationis inter Civitatem Gryphiswaldenſem & Abbatem Conventumque Hyldenſem ſuper rixas, quas ob portum prope vicum Danicum die Wyck hodiè dictum, invito Abbate à civibus effoſſum, per aliquot annos aluerant, PROGENITORES SUOS Rugiæ Principes fundatores hujus cœnobii diſerte declarat, & quidem, quod non leve huc affert momentum, in ipſa Gryphiswaldia urbe ubi ſolennis hæc pactio facta eſt, tanquam in Ducum Pomeraniæ ditione declarat, nec tantum declarat, verum uti rem ſuam contra turbantium Gryphiswaldenſium, ſi qua forſan in poſterum auderent molimina, monaſterium hoc propugnandum in ſe ſuſcipit verbis: *Hoc quoque addito, quod ſi dictum monaſterium poſtea in aliquibus timore Dei poſtpoſito indebite amplius diſturbare præſumſerint, promittimus nomine noſtro & hæredum noſtrorum idem monaſterium à* PROGENITORIBUS NOSTRIS *fundatum & ſalubriter beneficiis & privilegiis honoratum* CONTRA QVOSCUNQVE UBILIBET DEFENSUROS. Poſt alia vero interjecta: *Confirmamus etiam - prædictis fratribus in Hylda omnes libertates in quibuscumque bonis poſſeſſionibus* (*ergo & cis-Ryccanis*) - SICUT A PROGENITORIBUS NOSTRIS SUNT DONATI ET FUNDATI *tempore ſempiterno. ACTUM & datum GPYPSWALD* - 6.] Ipſius etiam *BUGISLAI II.* tanquam adverſæ partis aperta confeſſio accedit, publico inſtrumento an. 1218. declarantis, *JAROMARUM* monaſterii noſtri conditorem fuiſſe bonisque illud dotaſſe. Multo videndæ integræ

Digitized by Google

integræ hujus declarationis deſiderio afficior, neſcio tamen, an etiam omninò adhuc habeatur. Vidiſſe KANTZOVIUM non dubito, cum ad Chronicon ejus avtographum eo fere loco, ubi fundationem cœnobii Hyldenſis narrat, ipſiſſima, quibus *BUGISLAUS* in eadem uſus eſt verba eaque ſequentia ipſius autoris manu in margine adjecta legantur 1218: Bugislaus zeigt an/ daß der Grund/ dar *Jaromar Eldena* aufgebauet/ und die Güter/ die er dazu gegeben/ Ihme von Erbes-wegen zugeſtanden/ als Watker/ Wampand/ Leſenitz/ ꝛc. aber er hat ſie um GOttes Willen dabey gelaſſen und confirmiret. Quæ certè verba tam clara ſunt, ut vel ſolis illis omnem hanc Diſputationem definiri poſſe exiſtimem. Equidem Bugislaum & ipſum ſolum, quod monaſterio ſedem præbuit, & bona quæ patrimonii loco à Jaromaro attributa fuerant, ſibi hic vindicare audimus, undè concludendum videtur, ad Principatum Rugiæ tunc temporis ea non pertinuiſſe. Sed rectè attendentes ad Ducis verba longe ab his diverſa eloquentem intelligemus. Ille enim fundum Hyldenſem jure hæreditatis ad ſe pertinuiſſe ait: Es hätte ihm von Erbes-wegen zugeſtanden. Hoc dicere quodam modo poterat. Pater enim omnem illam Provinciam cis-penanam à Ratiboro Patruo Rugianis vi armorum extortam per 30. ferè annos obtinuerat. Hæreditatis igitur lege ad Bugislaum II. devolvenda fuiſſet. Verum enim vero annon hoc jus invalidum factum ſit, ex quo Princeps Jaromarus an. circiter 1178. & 83. adeoque integro quadrennio ante obitum Bugislai I. eodem armorum beneficio provinciam hanc recuperaverat, imo annon in ſpecie reſpectu bonorum hic nominatorum Watker/ [hodiè Wackerow/] Wampand/ [hodiè Wampen/] Leſenitz/ [hodiè Leiſt] allegari omnino non potuerit, cum ultra Ryccum amnem ea ſint ſita atque ſic ſecundum notam antec. interventu etiam pacificationis Principi Rugiæ à Patre *BUGISLAI II.* jam tradita eſſent, de eo alii videant. Ego ſatis habeo ex analogia hiſtorica indicaſſe, Bugislaum II. in declaratione ſua ad aliud jus hæreditarium reſpicere haud potuiſſe, quam quod ex tricennali illa poſſeſſione Parentis ſibi competere perſvaſum habebat. At in præſenti Diſputatione nulla hucdum juris, ſed ſolius poſſeſſionis eſt conſideratio. Verſamur in Diſqviſitione Hiſtorica, quæ ad res facti pertinet. Qværitur penes quem poſſeſſio harum terrarum an. 1207. fuerit? Hac ſi gaviſus eſt Jaromarus, uti gaviſum fuiſſe, jam puto evictum, fundatio quoque & donatio Cœnobii Hyldenſis ad illum, non vero ad Pomeraniæ Duces referenda erit. *Penes hos enim*, EICKSTEDIO notanter ſcribente, non terræ, ſed NB. *JURIS* [quod ex ratione jam explicata ſibi competere volebant] *juris* inquam *poſſeſſio* erat. Non igitur poſſum hic meam facere ſententiam viri, cujus in hiſtoria Patria magni alias apud me ſit autoritas, cum in ſolo, non Rugiano, ſed utique Pomerano illud exſtructum fuiſſe contendit. Hæc enim, ſi fundationis reſpicienda ſunt tempora, ut quidem omnino reſpici debent, cum vetuſtarum rerum monumentis non ſatis convenire ex dictis patet Sed temporis fundati hujus monaſterii

mæ (p) STRALSUNDIÆ fundamenta (q) poſuit. Sic finibus Reipublicæ ſuæ

tempeſtivè memor factus, non poſſum, quin commemorem aliquam diſcrepantiam chronologicam, quæ mihi hic obſervata eſt. Unanimem omnium, quot perlegere mihi licuit, Hiſtoricorum conſenſum in annum 1207 DN. à KLEMPZEN vero loco perſæpius citato, in peculiares rationes hic abeuntem ac an. 1199. fundationi illi deſtinantem inveni. Pro deſcribentis hoc primum errore habui; Verum ex quo contigit Manuſcr. meum cum aliis conferre, eandemque & in illis ſcriptionem videre, imo ex quo CHYTRÆUM in Chr. Saxoniæ Lib. V. pag. 154. iisdem veſtigiis inhærentem conſpexi, ab ipſo KLEMPZEN hunc calculum poſitum eſſe dubitare deſii. Non præter rationem tanti nominis Scriptores in diverſa abiiſſe putarem. Dicerem itaque, ſi quid conjicere liceret, Jaromarum anno quidem 1199. primam monaſterii ſubſtructionem molitum, ſed renitentium Ducum Pomeraniæ contradictione impeditum opus protractum eſſe, ut anno demum 1207. conſumari potuerit. In hanc conciliationem conſpirare videtur KANTZOVIUS in loco ſupra jam citato, ubi diſertis verbis dicit, interjectam fuiſſe moram antequam perfici negotium potuerit. Die Länge hätten die Hertzoge von Pommern es geſchehen laſſen ꝛc.

[p] Fruſtra igitur fluctuat Autor incertus Chron. Slav. apud LINDENBR. ad an. 1210. ſcribens: *Straleſund condita eſt per Waldemarum Regem Danorum, ſecundum quosdam, ſecundum alios vero à Germaro Rugianorum Principe, ſecundum alios à quodam Duce Pomeranorum.* Procul enim omni eſt dubio Jaromarum auſpicio atque conſilio Regis Danorum Waldemari affinis ſui initia urbi dediſſe. Pomerani autem hoſtilis id animi indicium interpretabantur, tantum abeſt, ut ipſi conditores illius fuerint.

[q] Præcipua ſine dubio cauſa condendæ STRALSUNDIÆ fuit, ut toti Provinciæ cis-Penanæ recens recuperatæ adverſus Pomeranos potiſſimum pro munimento eſſet. Habeo in hanc opinionem KANTZOVIO in Chron. Pom. Manuſcr. ad annum 1209. interprete, ipſos Pomeraniæ Duces conſentientes: Wie aber die Stadt (verbis loquor KANTZOVII) gewaltig zunahm / miſsdauchte den Hertzogen in Vor-Pommern daran / und hieltens dafür / wenn ſolch eine Feſtung an dem Ohrte würde / ſo würde es ihnen wie eine böſe Nachbahrſchafft ſeyn / und würde der Fürſt von Rügen / daraus nicht allein das Land zu Bardt welches er ihren Vater abgenommen / können erhalten / ſondern wanns ihm geliebte auch ihr Land / ſo offt er wolte / überfallen / und darnach eine ſichere Zuflucht und Enthalt darinnen haben ꝛc. Magno autem conſilio, eo quo nunc eſt loco conſtituerat, cum regulis politicis convenientius videretur, in ipſo limite quo terræ Rugianæ Pomeranicis conjungebantur, vel *Grimmæ* ſaltem, aut ſi omninò mari-

ſuæ reſtauratis, multisque domi prudenter, militiæque fortiter (r) geſtis vitæ hæroicæ (s) finem fecit.

M 3 ÆTA-

maritimum eſſe dedebat, ad oſtium *Ricki* noſtri, ejusmodi præſidium ponere. Ad avertenda nimirum Pomeranorum molimina, quos facile prævidebat repugnaturos eſſe, in meditullio ſui Principatus erexerat, ut multis lapidibus ab ipſorum confinio remotum eſſet. Qvanquam non omnino negaverim, ipſum etiam hunc locum naturæ ſitu munitum ſimulque alendis commerciis aptisſimum & Jaromaro & Danis, quorum ille conſilio hac quidem in re utebatur, præ cœteris omnibus maximoperè ſe commendaſſe. Verum ſupervacanea erat Jaromari illa cautio, uti quidem ex KANTZOVIO jam intelleximus. Pomerani enim neſcio quæ mala inde ominati, antequam muris cingi poterat, novum opus invadebant, cæde & ruinis omnia implentes. Templum latere ſtructum, quod unicum fortè fuit, invictum permanſit. Huc Princeps Rugianus, [Jaromarusne fuerit, an unus ex ejus filiis ignoro,] qui novæ Stralſundiæ in iſtis anguſtiis ipſe præfectus eſſe voluerat, ultimum præſidii robur conjecerat, tantaque virtute hoſtium impetus retundebat, ut infectis rebus illinc diſcedere cogerentur. Hoc facto, in apertum bellum ultra etiam mortem Jaromari protrahendum multamque in Pomeranorum perniciem continuandum res erumpebat. Vid. KANTZOVIUS l. c. De origine etymologica vocabuli *Stralſund* Id. ib. & CRANTZ. Vand. L. VII. C. 5. De *Stralſundia* ante *Stralſundiam* TRITHEIMIUS de orig. Francorum p. 7, & ex illo MICRÆL. L. I. n. 72 p. 109. ſeqv. iterumque ex hoc HARTKNOCH. orig. Pom. §. 21. conf cogitata mea de hac re not. [l] hujus §.

[r] Hinc à KANTZOVIO ad an. 1212. ſequenti elogio ornatur: (Jaromar) der Fürſt von Rügen - - ein Löbl. und feiner Mann/ der ſein Land ehrlich vertheidiget hat/ es auch nicht wenig durch ſeine Geſchicklichkeit hat verbeſſert und vermehret. HELMOLDO Chr. Slav L. II. C 12. *VIR NOBILIS*, & ARNOLDO L. III. C. IV. *VIR STRENUUS* ſalutatur. Fide in reges Daniæ, [quorum tres ille WALDEMARUM I CANUTUM VI. & WALDEMARUM II. unum poſt alterum regnantes viderat,] prorſus inſignis fuit, ita ut & Regiis titulis ad defectionem à Canuto faciendam ſollicitanti Friderico Barbaroſſæ præbere aures noluerit. Teſtimonio nitor OTTONIS SPERLINGII in Comment. de Rege an 1707. Havniæ in 4. ed. §. 50. p. 64. ſcribentis: *Eadem ratione*, (qua nimirum Principes Pomeraniæ in partes ſuas pertraxerat) *Rugios & Jaromarum pertrahere quærebat, regiis titulis oſtenſis & tributis mitigandis, ut ab obſequio Danorum diſcederent. Sed fruſtra fuit callidisſimus imperator.* Tanta religione & pactorum cum Danis & connubii cum HILDEGARDI Canuti ſorore initi jura ſervavit.

[s] Anno 1212 uti MICRÆLIUS, KANTZOVIUS & alii habent; Solum CRAMERUM in Tab. Gen. Princ. Rug. L. I. C. 40. Chron. Eccleſ. in errore hic eſſe, annumque 1209. ipſi emortualem feciſſe obſervavi.

Digitized by Google

ÆTATIS PRIMÆ.

Periodus ſecunda ab ineunte regimine WITZLAI I. *usque ad mortem filii & Succeſſoris illius* JAROMARI II. *ſ. ab an.* 1212. - 1283.

§. I.

Succedebat in paternum Jaromari regimen WITZLAUS I. magno Parente digniſſimus filius & injuriarum, quas Pomerani everſione improviſa STRALSUNDIÆ recens ſubſtructæ, illo adhuc vivente intulerant, ſtrenuus vindex. Vix enim ſumtis Reipublicæ (t) habenis, Danorum auxiliis ſtipatus (u) *Caſtrum Luticiorum* atque *Demminum* duo

[t] Vivente Jaromaro *WITZLAUS* natu major filius, quantum conjicere licet, rebus gerendis jam cœpit præeſſe. Anno enim 1168. quo Dani Rugiam expugnabant, Frater Tetzlavus à morte Ratzei Patris per 17. annos magiſtratum jam geſſerat, adeoque ſi ponam, quod vigeſimo ætatis anno illum adiverit, eodem illo 1168. anno, quo imperio ſe abdicabat vitæ triceſimum ſeptimum tranſegerat. Dicam igitur Jaromarum biennio inferiorem ætate fuiſſe. Sic an. 1209. quo Sundia ab illo condi cœpit 78. annum vivendo jam attigerat, aut omnino compleverat. Tantæ ſenectutis moleſtias ſine dubio tranſlato in humeros filii regiminis onere temperavit.

[u] Hoc ad §. ultimum præced. Periodi not. [n] circa an 1183 Jaromari armis jam conquiſitum fuiſſe è KANTZOVII Chron. Manuſcr. avtogr. dixi. Forſan igitur poſtea temporis Pomerani receperunt, cum triginta omnino anni ab an. 1183 ad ea tempora in quibus nunc enarrandis verſamur, tranſierint. Certè unanimi Scriptorum noſtrorum aſſerto probatur, quod hac ipſa expeditione fortiter propugnantibus licet Pomeranis utrumque *Demminum* ſcil. & *Lutitiorum caſtrum* (Loytz hodie vocant) unitis Danorum & Rugianorum armis ereptum ultimisque iſtis traditum fuerit. Neque facile reddenda occupaverunt, undè & *Demminum* tanquam in ultimo limine poſitum, urbem jam tum ab antiquo munitam, (ut HELMOLDO L. I. C. 65. ſimpliciter etiam *munitio* dicatur) munitiorem adhuc fecerunt, ne primo vel ſaltem leviori impetu recuperari poſſet. Der König [von Dännemarck] inquit KANTZOVIUS ad an. 1211. hat Demmin beſſer beveſten laſſen und bauen / und hat es ſamt *Loytz* dem Fürſten von Rügen in gethan/ confirmat MICRÆLIUS L. III. p. 310. Cœterum Danici Scriptores caſtri cujusdam nomine *Nienborg* mentionem faciunt, quod loco reſtaurati à ſe Demini Rex Danorum ſolo æquari juſſiſſet. Sic legi in

duo antiqua validiſſima munimenta, pro una naſcente Stralſundia ſua (*w*) expugnavit, ſociorumque conſenſu Principatui Rugiano adjecit. (x) Sic promotis terrarum ſuarum finibus ac Pomeranorum opibus

in *ERICI* Reg. Dan. Hiſt. Narratione apud LINDENBR. ubi tamen erroneè ſine dubio *Nycenborg* appellatur, legi & ap. HUITFELDUM Chr. Dan. Qvod tamen caſtrum quo loco fuerit nondum indicare didici, neque apud Hiſtoricos noſtros quicquam de illo inveni.

[w] Qvo factum hoc ſit anno, non una apud Hiſtoricos noſtros eſt relatio. EICKSTEDIUS, quod miror, de toto hoc notabili bello in Epit. Ann. Manuſcr. omnino ſilet, vel hoc uno exemplo, quod compendia ſæpius ſint diſpendia, confirmans. MICRÆLIUS tertio poſt poſita Stralſundiæ prima fundamenta ipſoque adeò Jaromari emortuali anno, ſed tamen, quod maxime obſervandum, à *WITZLAO* geſtum jam eſſe Lib. III. pag. 310. coll. cum 312. ſcribit. Contra KANTZOVIUS in an. 1211. rejicit *JAROMARO* adhuc tribuens quæcunque tunc geſta fuerunt, hisque narrationem ſuam concludens verbis: Weil der Fürſt *JAROMAR* alſo Demmin und Loitz bekommen/ ward er auch was mächtiger ꝛc. aſſentitur KANTZOVIUS hic ERICO R. D. in Hiſt. Narratione de orig. gentis Dan. apud LINDENBR. ſubſcribit vero utrique Dn. de HUITFELD in Chr. Dan. ad h. a. ita tamen ut in margine obſervet, alibi annum 1213. poni. Forſan vivo adhuc Jaromaro bellicæ hujus expeditionis in Pomeranos initium factum, quod tamen, cum ille eidem immortuus eſſet, ſub Witzlao filio expugnatis, quas jam commemoravimus, urbibus demum finiri potuit.

[x] KANTZOVIUS in Chr. Avtogr. ad an. 1211. ita: So iſt auch der König Waldemar II. ſamt den Fürſten von Rügen vor Loytz und Demmin gezogen/ und haben das gewonnen und beſetzt/ und beſſer befeſten laſſen/ und der König hat den Fürſten von Rügen die Beſchirmung über Loytz und Demmin gelaſſen/ und iſt wieder davon gezogen; Alſo haben die Fürſten von Pommern zu Schaden gekriegt/ und der Fürſt von Rügen iſt je mächtiger und mächtiger geworden. Et expresſius ferè MICRÆLIUS L. III n. 8. p. 310: Der Fürſt von Rügen [hat] mit Hülffe des Königs aus Dännemarck wiederumb einen Streyff auf Dem̃in und Loytz gethan/ ſolche Städte unter ſich gebracht/ Demmin feſter gebauet ꝛc. Cœterum quod ad caſtrum Lutitiorum pertinet variam illud dominii reciprocationem paſſum eſt, modo enim Pomeranis paruit, modo in Rugianorum ditione fuit. Antiquisſimis temporibus ad Rempublicam Rugianam ſpectabat, uti quidem Periodi I. §. 6. ſeqv. jam demonſtratum fuit. Deinde anno 1128. Wartislaus I. Pomeranorum Dux ob infenſisſima in Chriſtianismum odia Razeo extorquebat, juxta ea quæ ejusdem Per. §. XII. & not. illius [u] diſputata ſunt. Poſt 55. annos Jaromarus I. recepit, (vid. ejusd. Per. §. XVII. coll. n. [n]). Denuo extorſere Pomerani, denuo & repetiere Rugiani (vid. §. in quo nunc occupamur,

opibus non mediocriter (y) fractis, *Sundiam* ex ruinis ſuis (z) reſuſcitavit, privilegiis (a) auxit, & multo quam antea fuerat, venuſtiorem red-

cupamur, & conf not. præc. [u]) 1227. iterum Pomeranorum imperium ſubivit; iterum tamen ad poteſtatem Rugianorum rediit, tandemque ad finem usque ſtirpis Principum Indigenarum perſtitit. Tum vero ſucceſſionis perpetuo jure ad Pomeranos tranſivit.

[y] Non ſolum enim cum Danis & Rugianis, ſed & cum Marchicis eodem tempore dimicandum fuerat. Tempore igitur & parſimonia opus erat, ut recipere vires poſſent. Darumb / inquit, KANTZOVIUS ad an. 1219. haben Barnim I. und Wartislaff III. (ille Bogislai II. hic Caſimiri II. filii) ſich ſo vertragen / daß ſie ſamt ihren beyden Müttern / Miroſchlaven und Ingardis eine Zeitlang wolten einträchtig ſeyn / und ſamentlich Regiment halten / und haben demnach ihren Hoff zum geringſten angeſtellet / und einen Vorraht gemacht / damit ſie einmahl wieder zu ihren Verlohrnen kommen möchten / denn es thät ihnen wehe / daß der König von Dännemarck und Fürſt von Rügen ihre Städte Demmin und Loytz inne hätten / und gedachten ſie einmahl mit Gewalt wieder zu gewinnen.

[z] Reſtaurationem Stralſundiæ ſtatim poſt expugnationem *Demini* & *Lutitiorum caſtri* ſuſceptam, ſed anno demum 1230. perfectam fuiſſe, MICRÆLIUS L. III. n. 8. p. 310. teſtatur verbis: Der Fürſt von Rügen [hat] - - ſolche Städte (ad Deminum & caſtrum Lutitiorum reſpicit) an ſich gebracht / Demmin feſter gebauet / und hernach unverhindert den Bau der Stadt Stralſund fortgeſetzet: welcher endlich im 21. Jahr / nachdem er erſt angefangen / von Witzlaff, Fürſt Jaromiri Sohn iſt vollendet worden. Adſtipulatur illi KANTZOVIUS ad an. 1211: Und weil der Fürſt *JAROMER*, dicens, alſo Demmin und Loytz bekommen / ward er auch was mächtiger / darumb bauete er fortan die Stadt Stralſund / und die Hertzogen von Pommern durfften ihme nicht daran hindern / &, ſi Mag. ZACHARIÆ ORTHO Stralſundenſi Poetæ laureato in carmine, quod anno 1570. de patria urbe condidit, habenda eſt fides, in alium etiam & commodiorem, quam antea fuerat, locum translata eſt, vid. MICR. L. VI. p. 553. ſeqv. ſub voc: Stralſund.

[a] Antiquiſſimum civitatis Stralſundenſis Privilegium, quod mihi invenire licuit, à Witzlao noſtro I ipſo, quo Jaromarus Pater vita exceſſit anno 1212. indultum eſt, *omnimumque bonorum & naufragiorum libertatem* permittit; plura etiam alia ad reſtaurandam civitatem ante annum 1230. conceſſa, quorum autographa tanquam rariſſima antiquitatis monumenta aſſervantur. Puto tamen tempore illo, quod poſt debellata *Deminum ac Lutitiorum caſtrum*, ad triceſimum usque Seculi annum interceſſit, parum promotum fuiſſe novæ fundationis opus. Cunctationis ſine dubio cauſa fuit, quod pace & concordia inter bellige-

Digitized by Google

reddidit. *Comitatum* etiam *Gützkovienſem,* quem Pater occupaverat, ſub imperio (b) continuit, omniaque conſilio & virtute ſua ita fir-

N mavit,

belligerantes, nondum ſatis firmata, Saxones, quorum hæc eſſe debebat colonia, cum ſemel jam acceptæ cladis memoriam nondum depoſuiſſent, figere denuo ibidem ſedes dubitabant. Pomerani enim huc dum arma ſua metu majoris potentiæ, qua hoſtes florere cernebant, prudenter cohibuerant, omniaque ſecreto parantes opportunum bello continuando tempus exſpectabant, quod ubi circa an. 1227. Danorum per omnem ferè Vandaliam perditis rebus nacti erant, nil cunctantes ad arma provolabant. Nec tum ceſſatum eſt antequam utrumque quod amiſſum fuerat oppidum, recuperaſſent.

[b] *Comitatum Gutzkovienſem* circiter anno 1183. à Jaromaro occupatum eſſe, §. ultimus Æt. præced. illiusque nota [o] oſtendit. Jam vero poſt illud temporis nullibi invenimus, quod Pomerani illud receperint, ſequitur inde in Rugianorum imperio perſtitiſſe. Facit & ad hoc probandum Diploma *BARNUTÆ,* fratris Witzlai ſupra jam memoratum, quo Hyldenſi Cœnobio ea inter alia quoque bona confirmantur, quæ cis *Ryccum* in comitatu *Gutzkovienſi,* imo & verſus ipſam urbem Gutzkoviam ſita ſunt. Et ut eo magis comites rebus Rugianorum ſtuderent, partibusque eorum quaſi alligarentur, connubii etiam fœdere familiam eorum obſtringere conabantur Principes Rugiæ. His enim cauſis Politicis motum præcipuè *BARNUTAM* dixerim, ut *SLAVOMIRAM MITZLAVI* tunc fortè regnantis comitis filiam matrimonio ſibi jungeret Qvin & indè interpretor poſſesſionem hujus Comitatus, ſaltem qua dominium directum penes Rugianos fuiſſe, quia ſi Pomeranis paruiſſet, non *Deminum* tantum & *Lutitiorum* caſtrum invaſiſſent, ſed de comitibus Gutzkovienſibus ſibi ſubmittendis ante omnia cogitaſſent, ſatis intelligentes, quod Provincia Lutitiorum non poſſet in tuto eſſe, quamdiu vicini Gutzkovienſes pro hoſtibus forent. Cæterum de *BARNUTA* notari adhuc velim, quod certam ille in cis-marino Principatu terrarum partem jure forſan, ut vocant, appanagii à fratre *WITZLAO* obtinuerit. Teſtem aſſerti habeo KLEMPZENIUM, qui ad an. 1212. expreſſe refert: Witzlaff als der Aeltere habe nach Ordnung des Vaters das Regiment angenommen/ und habe Bernuta ein Stück Landes eingethan/ da er ſich von erhalten hätte. Sed cum nullibi, quod noverim, apud Hiſtoricos noſtros, quænam illæ fuerint terræ in peculium Barnutæ traditæ, indicatum legatur, cupido incesſit animum eas inveſtigandi, tandemque inveni tractum regionis maritimum fuiſſe, qui Parochias *Reinberg, Griſtov,* forte & *Horſt,* &c. complectitur. Incipiebat igitur ditio BARNUTÆ à finibus *Borantes* - ſive ut nunc vocant, *Brandshagenſis* Parœciæ, quæ ad *familiam Putbuzianam* ſpectabat; inde verſus *Ryccum* noſtrum ad limites territorii *Monaſterii Hyldenſis* deſcendebat. Edoctus hæc ſum ex inſtrumento pacifi-

mavit, ut, quamdiu Duces Pomeraniæ BUGISLAUS & CASIMIRUS hujus nominis uterque ſecundus, (c) ſuperſtites erant, nihil

pacificationis, quam *DUBSLAVUS* Barnutæ hujus filius an. 1249. cum abbate Hyldenſi de confinio utriusque Patrimonii tanquam de re quæ hactenus inter illos litigioſa fuerat, inivit. Hoc rariſſimo monumento à Cl. Dn. SCHÖTTGENIO tranſmiſſo, multa, fateor, mihi revelata ſunt, quæ jamdudum ardenti deſiderio, ſed vano, quæſiveram. 1.] In eodem obſervo, quod Dubslavus FILIUM ſe dicat *BARNUTÆ*. Hoc ipſo enim convincor non verſari me in errore, cum pro tali eum habeo, indeque concludo, quod Pater Barnuta jam tenuerit iſtam Cis-marini Principatus partem, & moriens an. 1247. (uti Hiſtorici noſtri tradunt) ad hunc filium hæreditatis jure tranſmiſerit. 2.] Maxime notandum videtur, quod *DOBEZLAUM* de *CRIZSTOV* ſive uti deinceps, *CRISTOW* ſe ſcribat. Id enim nemo non de Parochiali illa villa *Griſtowia* mecum interpretabitur indeque pro indubitato habebit, Dubslavum hic arcem ac ſedem ſuam habuiſſe; Id quod vetus traditio illa, cujus JAC. RUNGIUS apud CRAM. H. E. L. IV. C. 15. p. m. 41. mentionem facit, pariter etiam confirmat. 3.] Limites ita in eodem ordinantur, ut villæ *Coſt*, (de Koos) *Leſlnitz*, (Leiſt) *Wampand*, (Wampen) *Lathæbo*, (Ladbo) *Sulta* quæ erat ad partem ſeptentrionalem urbis noſtræ Gryphicæ in valle roſarum im Roſenthal. *Dammæ* (nunc Neuen-Kirchen dicitur,) & *Wacbarogh* (Wackerow) uti antea fuerant, ita & in poteſtate monaſterii Hyldenſis manerent. Nolo vero nunc prolixior eſſe, ſed quæ præterea memoratu hic digna occurrunt, curatiori hujus Diplomatis evolutioni, quam in appendice ſuſcepturus ſum, reſervabo. Interim obſervationum, quas hic feci varius adhuc uſus eſſe poteſt. Nunc enim, ut ab aliis diſcedam rationem mihi aſſequi videor, quare *BARNUTA* cum Comitis Gutzkovienſis filia potius, quam cum alia matrimonium inire voluerit, ubi video, quod Provincia illius patrimonialis cum comitatu Gutzkovienſi tam proximè conjuncta fuerit, ut niſi *Rijccus* & foſſa, quæ ex illo in interiora terræ penetrat (der Ryck-Graben) tenuè diſcrimen objeciſſet, omnino cum eodem commiſſa fuiſſet. Ipſa igitur utriusque Provinciæ vicinitas præter cauſam ſupra jam allegatam ad hanc connubii conjunctionem eum invitaverat.

[c] *CASIMIRUS II.* an. 1217. in terra ſancta, quò pro more illius Seculi religio illum traxerat, diem ſupremum obivit, unicum filium *WARTISLAUM III.* nec tum ſatis ephebum poſt ſe relinquens. De tempore a. quo *BUGISLAUS II.* vita exceſſerit, nondum omne dubium ſublatum eſſe videtur. Plerumque id an. 1222. factum eſſe ſcribitur, quod veritati etiam conſentaneum habetur Sed in Matricula Hyldenſi, notante KANTZOVIO in margine Chron. Autogr. mortem ejus an. 1219 jam contigiſſe perſcriptum fuit. Ex biga filiorum *BOGISLAUS III.* præmatura morte abreptus, *BARNIMUS* autem primus terrarum patriarum hæres longeque nomine celebratiſſimus Princeps factus eſt.

Digitized by Google

nihil moveretur, ſed undiquaque Rugianorum fines (d) in tuto eſſent.

§. II.

Verum, ut in humanis eſt, non diu in eodem veſtigio Rugianorum fortuna ſtetit; quin ſub eodem WITZLAO I. jam iterum decreſcere cœpit florentiſſimus ille finium ſtatus. Duo enim Pomeraniæ Duces (e) Sobrini BARNIMUS I. & WARTISLAUS III. ut primum adulti facti ſunt, commoda ipſis occaſione (f) oblata, non modo

N 2 Demi-

[d] Ita quidem prudentia atque virtute ſua *WITZLAVUS* domi omnia compoſuit, ut an 1219. valida Rugianorum ſuorum manu ſtipatus cum Rege Danorum *WALDEMARO II.* in Eſthoniam abiret; Ibi in re militari præſtantisſimum ſe præbuit & langventem imo tantum non fugientem Danorum aciem ſua ſuorumque fortitudine ita accendit, ut, quam pene in manibus habebant, victoria hoſtibus iterum eriperetur. Integro ferè anno inter heroica ibidem facta transacto Rigam contendit, unde terreſtrine an navali itinere redux factus ſit, relatum non inveni; mihi credibilius fit, quod peragrata Borusſia, quæ tunc Regi Danorum, (teſte CRANTZIO Vand. L. VII. C. 6.) parebat, in Pomeraniam ulteriorem, cujus Ducem Soccrum ejus tunc forte mors abſtulerat, atque hinc demum in Principatum ſuum remigraverit. Mirum ſane quod nondum firmata cum Pomeranis pace, ſed gliſcente adhuc ſub cineribus igne in apertam belli flammam facile erupturo *WITZLAUS* in tam longinquas oras proficiſci tamque diu in iisdem commorari auſus fuerit. Sed mirari deſines, ſi tecum reputabis ſtrenuum domi remanſiſſe *BARNUTAM*, qui in ipſo quaſi Principatus Rugiani limite conſtitutus omnibus Pomeranorum conſiliis ſumma vigilantia imminebat.

[e] Nam Bugislaum II. & Caſimirum II. fratres Germanos Patres habebant. *BARNIMUS I.* Bogislai II. filius, è *MIROSLAVA* Rusſiæ Principis Jaroslavi, (non vero ut Cl. HUBNERUS Tab. Gen. 197. habet Vislava Micislai III. Polonorum Regis,) filia ſuſceptus; *WARTISLAUS* vero III. Caſimirum II. Patrem agnoſcens ex INGARDI ſive IRMINGARDI Jaromari I. Principis Rugiæ gnata & Witzlai I. ſorore procreatus erat. Neuter eorum ex ephebis exceſſerat Patre decedente, uterque igitur ſub matrum ſuarum tutela educabantur. Patet ex dictis, quod WARTISLAUS III. cum avunculo ſuo bellum geſſerit, non dubitans eidem eripere, quod ipſe Patri antea & Patruo, ſed PROPTER STRALSUNDIAM AB ILLIS EVERSAM extorſerat.

[f] Nempè eam tunc adeſſe haud immerito exiſtimabant, ubi an. 1223. Danorum Rex WALDEMARUS II. una cum filio, à GUNZELINO Comite Sverinenſi, callido ſatis, ſed & temerario conſilio, ex ipſo regno ſuo captivus abductus, poſtea vero gravi quamvis mulcta redemtus Holſatia, Lubeca, omnique poteſtate,

Digitized by Google

Deminum atque *Lutitiorum* caſtrum cum ditionibus circumjectis (g) receperunt; ſed, quod probabilitate haud inani perſvadeor, *comitatum*

ſtate, qua per Vandaliam occidentalem huc dum uſus fuerat tantum non omnino privatus erat: de quo vid. CRANTZ. Vand. L. VII. C. 7. ſeqv. Hoc enim rerum ſtatu facile prævidebant Danos tantum negotii domi habituros eſſe, ut Rugianis præſidio eſſe non poſſent, neque ſpes ea ipſos fefellit. Da [rebus Danorum ſic perturbatis,] gedachten Hertzog Barnim und Wartislaff in Vor-Pommern/ daß ſie ihr Leyd an ihn [ad Regem Daniæ digitum intendit] rächen wolten/ und zogen von Stund an vor *Demmin*, und belagerten es / und obs wohl die Rugianer/ von wegen ihres Fürſten und des Königs von Dännemarck hart vertheidigten/ dennoch drungen ſie die Pommern ſo ſehr/ daß ſie es müſten aufgeben. Deßgleichen thaten die Hertzogen an *Loijtz*, und gewunnen es wieder/ KLEMPZEN. in Chron. Manuſcr. ad an. 1227. & MICRÆLIUS L. III. n. 11. p. 312. Da er (loquitur vero de Barnimo I.) bedachte/ wie der Fürſt zu Rügen Witzlaff mit Hülffe des Königes aus Dännemarck / die beyden Städte *Loijtz* und *Demmin* ſeinem Vater entwandt hätte/ wolte er vor allen Dingen ſich derſelben bemächtigen / und ward ihm auch eine gute Gelegenheit an die Hand gegeben als König *Waldemar* aus Dännemarck/ der bißher den Fürſten aus Rügen den Thron aufgehalten hatte/ durch den Grafen von Schwerin/ nebenſt ſeinen Sohne auch *Woldemar* genannt/ der auch ſchon zum Könige gecrönet war / gefangen/ und auf einen Thurm über 2. Jahr verwahret behalten ward ꝛc.

[g] MICRÆLIUS ad eundem an. 1223, quo Rex Daniæ Sverinum abductus eſt, geſta Pomeranorum refert. KANTZOVIUS autem l. c. inter acta anni 1227. narrat. EICKSTEDIUS in Ann. & MATTHIAS STEINGREBERUS in Chr. Pom. Manuſcr. cum an. 1226. conjungunt, à nonnullis etiam anno 1233. adſcribitur Verum enim vero his præter mentem forſan ſcriptionis vitio pro penultimo binario numero trinarius ſubrepſit. Mihi potior hic eſſe videtur MICRÆLII authoritas. Et KLEMPZENIUS licet ſub anno 1227. rem geſtam referat, ipſa tamen narratione ſua ad illius ſententiam accedere videtur, quod ſcribit, Pomeraniæ Duces ſtatim ac adverſam illam Regis fortunam intellexerant ad arma convolaſſe. Sie zogen von Stund an / inquit, vor Demmin. Quod vero captivitas illa in an. 1223. incidat HUITFELDUS, HOJERUS & alii Danorum domeſtici ſcriptores dubitare non ſinunt. Interim non omnino refragabor illis, qui aliquot poſt captivitatem Regis elapſos eſſe annos contendunt, antequam in apertum bellum cum Rugianis res erupit. Facile enim inducor ut credam, Pomeranos ingraveſcentem Danorum potentiam diu adhuc formidaſſe, adeoque per triennium illud, quo Rex captivus detinebatur nihil adhuc moviſſe, ſed anno demum 1226. aut 27. cum in Holſatia, ad Lubecam, in Eſthonia, & ubi non? Danorum opes proſtratas viderunt, ad capeſſendum bellum animos convertiſſe.

Digitized by Google

comitatum etiam *Gutzkovienſem* ad imperium ſuum (h) reduxerunt, perpetuo tandem & à Rugianis nunquam iterum turbando nexu Ducatui ſuo (i) conjungendum. Sic (k) Cis-marinus

Princi-

[h] Hinc HOJERUS in den Dännemarckiſchen Geſchichten p. 44. ſub Waldemaro II. ſcribit: Die Pommern hätten dem Rügiſchen Fürſtenthum (ſo allein der Crone Dännemarck treu geblieben/) viel abgezwackt. Qvod de ſolis illis duabus urbibus *Demino* atque *Lutizio* ſatis commodè intelligi nequit. Maximè autem ſpectare huc videtur, quod *JAROMARUS II.* Witzlai I. filius atque ſucceſſor in confirmatione bonorum, quam monaſterio Hyldenſi an. 1240. adeoque vivente adhuc Parente dedit, non amplius, quemadmodum Barnuta an. 1221. in ſuis literis confirmatoriis fecerat, ſpecialem locorum cis *Ryccum* & in comitatu Gutzkovienſi jacentium mentionem injicit, ſed in genere tantum ſe confirmare dicit bona quæ A FLUMINE HYLDE, i. e. RYCCO IN DOMINIO SUO ESSENT. Hoc enim, quod ego conjicio, quam clariſsimè indicat, quod cis Hyldam fluvium ſive in comitatu Gutzkovienſi Jaromarus II. jam tum nihil juris aut ſaltem poſſeſsionis ſibi amplius arrogaverit. Jam vero nullius neque pacti neque belli memoria in annalibus noſtris occurrit, vi cujus ex dominatu Rugiano, [in quo ante tempora hujus belli revera extitiſſe ex ſupra probatis conſtat,] ad Principatum Pomeranorum transferri potuerit, ſequitur igitur, ipſo hoc bello, aut pacificatione, qua deſiit, factum id eſſe.

[i] Excepto tamen caſtro atque Tractu Lutitiorum ſive Loytzenſi, quæ ut infra demonſtrandum erit, ad dominium Rugianorum reducta & non minus cum eodem perpetuo jure coadunata ſunt

[k] *Cis-marinum Principatum* dici eam Principatus partem, quæ in continente eſt, apud CHYTRÆUM in Chr. Saxoniæ, & DRESSERUM de urbibus German. ſub voc: *Sundium*, legi. Haud immerito ſane, cum mare (non Svevus, nec Viadrus, nec Pena,) medium interluat. *Ultra-marinus* ſimul & *Inſularis* eſt. Neque authoritate publica deſtituitur iſta partitio, quin potius in Diplomate quo *WARTISLAUS IV.* an. 1325. feria tertia infra octavam b. Andreæ Apoſtoli Statibus Rugianis & vetera confirmavit & nova indulſit privilegia, quodve in avtographo ſub rubro: Rugianiſche F[illegible]rſtendohm/ wo wydt idt begrepen/ und wat drin gehört/ in archivo Sundenſi aſſervatur, itidem vocatur PRINCIPATUS RUYANORUM, UTRIUSQVE PARTIS AQVÆ SALSÆ & in translatione Germanica, quæ in manibus meis eſt verbis: Allen andern in unſren Fürſtenthom Rügen wahnha[illegible]g/ an beiden Syden des NB. Soltten-Waters. Unde liquet, jam tum hujus partitionis, quam ipſa natura offert, uſum fuiſſe. Iterumque hic noto, quod ad utramque partem AQVÆ SALSÆ poſitus ſit Principatus, quod perindè videtur, ac ſi ad utramque *maris* partem ſitus diceretur; *ſalſam* enim *aqvam* mare, flumina *dulcem* effun-

Principatus noſter, qua vergit ad mare *Rycco*, qua vero interiorem regionem *Trebela* (l) claudi denuò cœpit caſtraque (m) *Tribuſeam*,

effundunt. Ita ut jam publica etiam monumentorum fide probari poſſit, non eſſe fluvium, qualiſcunque demum ille ſit, ſed eſſe *mare* quod Principatum noſtrum in *Cis* - atque *ultra - marinum* dirimit. Nolo exiſtimari, cum jam aliquoties hæc urſerim, ex ſtudio altercandi aut aliquid novi dicendi me hoc feciſſe. Abſum profecto quam longiſſime ab ejusmodi vanitate, & veritates, ſi quæ è manibus aliorum ad me perveniunt, gratus accipio. Verum in præſenti argumento, meum offendi Syſtema video, quo fretum iſtud diluvio marino, & quidem Cimbrico illo factum eſſe ſupra inculcavi. Atqui ſi fluvius utramque terram antiquitus jam ſecavit, irruptioni maris fruſtra id attribuitur. Ne igitur ex præjudicio atque amore receptæ hypotheſeos aliquid contra dixiſſe veteri opinioni videar, qua data occaſione obligor ad probanda ea quæ ipſi opponere ſemel auſus ſum.

[l] *RYCCUS* à mare oritur indeque ad dimidium lapidem Gryphiswaldiæ noſtræ mœnia prætergreſſus aqvarum ſtagnantium ingenti palude excipitur, tandemque in foſſæ anguſtias coarctatus verſus Grimmam excurrit. Grimmæ *TREBELA* exſurgit, multisque anfractibus *Tribuſeam* pergit. Hanc præterlapſa ſubito ſinu curvata Megapoliæ aditum claudit, pronoque inde lapſu propè Deminum in *Penam* aqvas evomit. Nolo autem, quæ de utroque fluvio à me dicta ſunt, ita intelligi acſi negarem, quod & in citeriori utriusque amnis parte Principes Rugiæ multa adhuc poſſederint loca. Sic enim ſimul negandum eſſet, ipſas etiam *Grimmam* & *Tribuſeam* ad illos ſpectaſſe, cum utraque à Trebela jaceat. Id quod fidæ atque conſtanti monumentorum narrationi omninò refragatur. Ego ſaltem de munimentis finium hic ſum locutus, non vero de finium ipſorum ultima extremitate, quam, ut jam aliquando faſſus ſum, ad minutias usque demonſtrandam mihi non ſumo. Sufficit noſſe *Grimmam* atque *Tribuſeam* cum ditionibus ſuis in fide atque dominio Rugianorum perſtitiſſe.

[m] Vetuſtus locus, qui in antiquis literis modo *Tribuſes*, modo *Triboſes* vocatur, modo & magis deformatus legitur. Inveni tamen in privilegio quodam Sundenſi *WITZLAI III.* de anno 1290. eadem jam ratione, qua hodie, *Tribeſes* ſcriptum. Antiqviſſima illius commemoratio apud Hiſtoricos occurrit in deſcriptione belli, quod Princeps Pomeraniæ *RATIBORUS* circa an. 1145. vel (ut alii volunt) 1148. cum Rugianis habebat; Tunc enim præter urbes *Bardum* & *Grimmam*, *TRIBUSEAM* quoque ab illo expugnatam eſſe produnt. Paulo autem antiquior memoria ejus reperitur in Bulla Pontificis Innocentii III. qua Epiſcopatum Pomeranicum an. 1140. confirmavit, cum in eadem *Triboſes* jam referatur inter *caſtra* illa ex quibus annuus cenſus Epiſcopatui reddi

Digitized by Google

reddi debebat. Vid. RANGONIS Pomeran. Diplomat. p. 147. Sed hoc ſcrupulum movet. Nam ſi Ratiborus anno demum 1145. vel omnino 1148 has terras Rugianis eripuit Pomeraniſque parere coegit, quomodo igitur an. 1140. *Tribuſea*, cum uti ex Chronicis quidem noſtris apparet, in manibus Rugianorum Gentilium & ipſa gentilis adhuc eſſet, Epiſcopatui Pomeranico jam ptouiſſet adjudicari? Neceſſe videtur ad iſtud tollendum dubium, ut Chronicographos noſtros erroris reos putemus, dicamusque *Tribuſeam*, ante annum 1145. vel 48. revera in poſſesſione Pomeranorum jam fuiſſe, aut credamus, iſtos ſibi aliquid ſaltem juris in eandem attribuiſſe. Mea hic opinio eſt, quod Pomeraniæ Principes Svantibori filii ab Obotritorum Principe Henrico affine ſuo in compenſationem ſumtuum quos bello Rugiano in commodum illius impenderant, præter Tractum Wolgaſtanum [MICR. L. II. n. 65. p. 223.] etiam *Loijtzenſem* atque *Tribuſanum* acceperint. Hos tamen à Rugianis ductu fortisſimi Razei ſui receptos eſſe. Hinc ſimul pateſcit, quare *WARTISLAUS I.* Luticiorum caſtrum præ cœteris expugnandum illudque ad Chriſtianismum perducendum ſibi ſumſerit. Jus ſc. quod ſibi ex priſtina ces ſione Henrici competere credebat, tunc exequi ſtatuerat. Qvod idem etiam de *Tribuſea* tum factum ſit, nullibi quidem in Scriptoribus noſtris reperio. Ut parum abſit, quin credam, in Diplomate illo meram juris donationem vel confirmationem eſſe; Solebant enim Principes iſtorum Seculorum ſacris uſibus deſtinare terras, in quas præter juris, ſæpius etiam jam antiquati, levem umbram vix quicquam arrogare ſibi poterant, quemadmodum id exemplo Ducum Saxoniæ Johannis I. & Alberti II. an. 1261. eundem hunc Tractum Tribuſeanum, in quem nihil validi juris ipſis reliqvum erat, Eccleſiæ Epiſcopali Sverinenſi ſolennibus literis donantium, infra patebit. Forſan & RATIBORUS [qnod veroſimilius eſſe dixerim] non uno eodemque tempore omnem Principatus Rugiæ continentem terram occupavit, ſed *Tribuſeam* ſolam ante ann. 1140. cœteraque deinceps aliquot interjectis annis ſibi ſubjecit. Qvod ſupereſt obſervari velim, non ſemper in Diœceſi Epiſcopatus Pomeranici perſtitiſſe *Tribuſeam*. Cum enim HENRICUS Leo an. 1164. ſi non omnem, majorem tamen *terræ Circipanæ* partem armis conquiſiviſſet, novo Epiſcopatui Sverinenſi an 1170. à ſe inſtituto eandem, ſimulque *Tribuſeam* noſtram addixit, uti id ipſum ex Diplomate fundationis Henrici L. de dicto modo anno & bullis confirmatoriis Papalibus ejusdem Epiſcopatus, altera quidem Alexandri III. de an. 1177. altera Cœleſtini de an. 1191. apertisſime intelligitur. Videat itaque Clemens III. quo titulo an. 1188. in Bulla ſua quæ translationem Epiſcopatus Pomeranici in urbem Caminum apud RANGONEM l. c. p 159. approbat, huic Epiſcopatui *Tribuſeam* denuo confirmare potuerit, quam Alexander III. jam antea Sverinenſi adjudicaverat. Videat Cœleſtinus III. quomodo anteceſſoris ſui Clementis III. autoritatem ſervet, quod illum *Tribuſeam* Epiſcopatui Caminenſi confirmantem non tam ſequi voluerit, quam Alexandri III. veſtigiis inhærere ejusdemque Bullam Sverinenſi Epiſcopatui ipſam attribuentem, corroborare.

Digitized by Google

buſeam, (n) *Grimmam* & (o) *Guttÿnum* adverſus Pomeranos pro mu-
nimen-

[n] Nomen hunc locum à *GRIMMO* Critonis Patre traxiſſe volunt. Fit & illius prima mentio in hiſtoria belli Principis Ratibori de quo in præcedenti jam expoſitum eſt obſervatione. In Diplomate Innocentii III. quod itidem modo commemoravimus, non apparet. Unde concludi poſſe videtur, *Grimmam* ſerius in poteſtatem Pomeranorum perveniſſe & aliquot annis poſt *Tribuſeam* jam occupatam, anno nimirum 1145. aut 48 à Ratiboro demum captam fuiſſe. Recipiebatur à *JAROMARO I.* circa an. 1178. Primaque erat ex Rugiæ urbibus, quæ Saxones juſſu Principis ſui an. fere 1190. exipiebat. KLEMPZEN. Chr. Manuſcr. MICR. L. III. p. 309. ſeqv. FRIDB. L. I. Chr. Stet. p. 6. Vocabulum urbis adeoque & ipſius *GRIMI* Principis ego pro Teutonico - Gothico habeo. Fuit enim ex Norwegiæ antiqviſſimis Regibus, qui, ob rerum geſtarum fortè magnitudinem, pro gigante in vetuſtis Gothorum monumentis venditatur, & idem hoc nomen geſſit. Sunt ex hoc nomine compoſita *Skala - Grim & Grims Nautre*, i. e. *Grimi poſſeſſio*, quo titulo navem prætoriam Grimi ingentis magnitudinis, qua ipſe vehi conſveverat, indigitari contendunt. Verum de his in *dictionario Pomeraniæ atque Rugiæ Etymologico* commodius dicetur. Huc interim conferri poteſt PETR. LAGERLÖFF in Diſſert. de Scandianorum rebus maritimis 1690. Upſ. p. 31.

[o] Ignotum Chronicis noſtris nomen, non æque vetuſtis membranis. Reperii enim illud in Diplomatibus BARNUTÆ & DUBSLAVI altero 1221. altero 1249. monaſterio Hyldenſi impertitis ac ſupra jam nominatis. Aſcribam huc utriusque verba quæ ad rem præſentem faciunt. In diplomate Barnutæ ſic fluunt: [Coſirmamus] *ipſum etiam amnem* (Ryccum) *ab bora* (ora) *maris usque in GUTTYN caſtrum*: Redeswitz *villam cum omnibus pertinentiis ſuis - - usque in Gardiſt.* In Diplomate Dubslavi ita leguntur: *Recognoſcimus nos nihil juris habere in villa* Leſtnitz - - *nec in aliis poſſeſſionibus, quas Pater noſter Dominus Barnuta ſive avus noſter Dominus Jaromerus fratribus dicti monaſterii* [Hyldenſis] *perpetuo poſſidendas* contulerunt, videlicet in Coſt & utraque villa Leſtnitz, Wampand & *vico* Lathæbo *&* Sulta, Dammæ *&* Wacharoch, *&* indagine juxta Wacharoch - - *Terminos quoque inter nos & prædictas poſſeſſiones aſſignavimus, ſicut in privilegiis monaſterii expreſſi continentur, videlicet à Caſtro GUTTYN directa linea usque ad montem qui Gardiſſt dicitur, in quo quercus ſignata eſt.* Hinc elucéſcit 1.] Caſtrum *GUTTYN* amni *Rycco* imminuiſſe, quia vi Diplomatis primi terminus erat ad quem proprietas monaſterio in hunc amnem competens pertingebat. 2.] Inter villam *Wackerov* & *Gerdeswold* (quæ ad primum lapidem *Gryphiswaldia* abeſt & cum parochiali vico *Horſt* proximè conjungitur,) *Rycco* impoſitum adeoque ultra dimidium milliare ab urbe noſtra diſſitum non fuiſſe. Locus enim ille montanus *Gardiſſt* pro mea opinione in ea regione quærendus eſt,
ubi

Digitized by Google

nimentis limitaneis (p) habuit. Hi contra, ut *Comitatum Gutzkevien-*

O *ſem*

ubi hodie *Gerdes* - ſive ut antiqvitus fortè efferebatur, *Gardiswold* reperitur. Equidem non audio pronuntiative dicere, villam hic jam tum fuiſſe, cum in neutro Diplomatum *villa* vocabulum ipſi appoſitum ſit, ſed potius tanquam *regio montana querceto ſuperbiens* deſcribatur. Poſt ea igitur tempora à Saxonibus *villam* hic inſtructam & ab antiquo loci nomine *Gardis* vel *Gerdiswold* dictam eſſe autumo. Cum his conjecturis convenit non tantum nomen villæ, in quo vocabulum antiqvum *Gardis* ſive *Gardyſt* aperte adhuc obvium eſt, ſed & ipſius loci indoles. Eſt enim propè villam mons eximiæ magnitudinis, adſunt veſtigia vaſtarum Sylvarum nunc penitus exciſarum, de quibus, quod in *Dictionario meo Etymol.* jam annotatum legitur, ipſis quibus conceptum eſt verbis adſcribam: *Gerdeswold* iſt ein Dorff/ welches mit dem Kirch-Dorff *Horſt* ſo nahe aneinander liegt/ daß die/ ſo es nicht wiſſen/ nohtwendig beydes vor eine Dorffſchafft anſehen müſten. Denn es wird nur von einer gantz kleinen Bäcke / die aus dem ſo genañten Bordieck kom̃t/ und den Dam̃/ der aus einem Dorff ins andere gehet/ durchſchneidet/ die Scheide gemacht/ und lieget ſonſt der erſte Hoff im Gerdeswald von der Küſterey als dem äuſſerſtem Hauſe ſo von der Horst nach dieſer Seite herausgelegen nicht über 100. Schritt entfernt. Der Nahme ſelbſt weiſet genugſahm aus/ daß das Dorff nicht von den Wenden/ ſondern von den Sachſen denſelbigen habe. Und überdem zeiget derſelbe an/ daß es vormahlen in einer Waldigten Gegend müſſe gelegen haben. Wovon die ſo genannte Haſe-Koppel bey jetzt lebender Leute gedencken als ein mit ſehr groſſen und dicken Bäumen prangender Eich-Wald noch übrig geweſen. Hinter dem Dorff nach Norden zu / iſt auch noch jetzund eine kleine Höltzung / die man gleichfals als ein Uberbleibſel eines vormahls weit gröſſeren Waldes anzuſehen hat. Porro in Barnutæ Diplomate villa *Radeswitz*, quam eo ferè loco fuiſſe conjicio, ubi nunc villa *Hannekenhagen* cum curte *Kieshoff* ſpectantur, [aliam enim præter cœteras in allegato loco Diplomatis Dubslavi nominatas villas monaſterium in hac quidem regione non poſſidebat] tractum illum Sylveſtrem atque montanum *Gardijſt* contigiſſe dicitur, ita ut quemadmodum proprietas monaſterii in amne *Rijcco* ad *Guttijn* caſtrum terminabatur, ſic in interiori regionis parte in confinio *Gardijſt* deſineret. Si igitur quod in citato monumento aperte dicitur, linea à Caſtro *Guttijn* ad locum *Gardijſt* ducta territorii Hyldenſis limites fecit, ſequitur, caſtrum *Guttijn* cis *Gardijſt* [Gryphiswaldiæ ſcribo] ſive, quod perinde jam eſt, cis *Gerdeswold* villam, ad *foſſam Rijccanam* fuiſſe.

[p] Nil igitur niſi errores ſpirant verba ANGELI in *Breviario Marchico* pag. 39: An. 1231. haben Marggraff Hans und Otto Gebrüdere / von Hertzog Barnimo in Pommern/ das Ländlein zu Barth an der See beym Sunde bekommen. Nunquam enim Barnimus I. nunquam Wartislaus III. coævus ipſi cognatus tractum Bardenſem poſſederunt, adeoque nec in Marchiones transferre potuere.

ſem adverſus Rugianorum inſultus firmarent, (q) *Gryphiswaldiam* novam

[q] De etymo hujus nominis hæc in *Dictionario etÿmologico* mea ſunt obſervata: Greiffswald in alten Uhrkunden Grypheswold / Grypeswalde / doch aber auch in einem alten Document des Abts und der Brüder des Grauen-Kloſters daſelbſt/ von an. 1264. ſchon Greiffswald. PETRUS LAGERLÖF, Prof. Eloqv. Upſal. in Diſſert. de Scandianorum rebus maritimis p. 93. vermeynet/ daß vormahls ein Auſſenthalt der See-Räuber / d. i. nach der Gothiſchen oder Schwediſchen Sprache ein Wikingabole daſelbſt geweſen/ eben wie auch auf der ſo genannten Greyffswaldiſchen Oie, und daß ſie daher den Nahmen bekommen. Conf. vocc: Gripe und Viking. Merckwürdig iſt es/ daß CRANTZIUS Svec. L. V. C. 34. es *urbem Gripenſem* nennet. Nondum omnino mea facio, quæ à Domino LAGERLÖF hic traduntur, neque tamen omnino damno, ſed maturiori potius aliorum judicio commendata cupio. Vulgo perhibent, primis temporibus & quamdiu Abbatis Hyldenſis ditioni adhuc conjunctum fuit oppidum non Grypswald/ ſed nude tantum Wold dictum eſſe, poſtea ubi BARNIMO I. Pomeraniæ Duci Abbas eam tradiderat, cum auguſtiori imperio, auctiori quoque ab inſigniis Pomeraniæ ipſi collatis petito nomine Grypswald/ i. e. *GRYPHIS SYLVAM* vocari cœpiſſe. Sed hæc quo fundamento, qua fide monumentorum ſint ſuperſtructa, nondum ego compertum habeo. Nervus omnis veroſimilitudinis in convenientia hujus nominis, cum inſignium, quibus utitur, effigie reſidere videtur; Vereor tamen ut huic ſatis roboris inſit probationi. Si ſupereſſent adhuc civitati privilegia ab Hyldenſi Abbate antequam Ducibus Pomeraniæ tradebatur indulta facile inde cognoſceremus, quo nomine tunc appellata eſſet. Sed hæc diutinum jam abſtulit ævum Antiqviſſimum [illudque forſan primum quod uſum juris Lubecenſis concedit.] 1250. 2. idus Maji, adeoque altero ſtatim poſt acceptam urbem anno WARTISLAUS III. dedit. Aſt in illo jam Grypeswald nomen occurrit. Proinde inducor ferè ut credam, non tantum urbem à primo fundationis ſuæ tempore, ſed & ipſum horridum Sylvis locum qui ſedem præbuit, ante fundationem illius eadem hac appellatione jam inſignitum fuiſſe. Nec ab illa ſententia alienus eſſe videtur MICR. L. VI. p. 570. ſub voc: Greiffswald verbis: Greiffswald - hat wohl zweiffels ohne lange den Nahmen gehabt/ und iſt an ihrem Orte lange zuvor geſtanden / ehe ſie zu einer bemaurten Stadt im CCXXXIII. Jahr unter dem Kloſter Eldenau geworden. Conf. infra § III. not. [p]. Verum hoc juſtæ aliquando Diſſertationis argumentum eſſe poterit. Nunc tantum de primordiis deque rationibus politicis inſtaurandæ urbis pauca commentari animus eſt. Non ſatis cum antiquis rerum monumentis congruere dixerim, quod MICRÆLIUS loco adducto de Gryphiswaldia

Digitized by Google

vam & ad invidenda incrementa brevi evehendam urbem, con-

O 2 dide-

waldia ante Gryphiswaldiam jam exiſtente tradit. Omnis genuina hiſtoria id ignorat. Neque oppidum, neque pagum piſcatorium, quod vulgaris traditio habet, hic antea fuiſſe credo. Si *oppidum* fuiſſet, non adeo potuiſſet eſſe ignobile præſertim cum oram hanc maritimam occaſione tot bellorum in Circipana terra geſtorum Dani frequentius viſitarant, ut non aliqua memoria nominis illius in veterum ſcriptis ſervata eſſet; Si *Pagus* ſive *villa* non ſubticuiſſet illam Diploma Barnutæ de an. 1221. cum expreſſe dicat Princeps ſe cunctas poſſesſiones quas Pater ejus monaſterio contulerat in illo ſcripto confirmatorio propriis nominibus annotatum eſſe. Aſt non alia annotantur, niſi 1.) *Locus ipſe in quo monaſterium ſitum erat.* 2.) *Amnis* (Hylda) *ab ora maris usque in caſtrum Guttyn.* 3.) *Redeswitz villa usque in Gardiſt.* 4.) *Locus ſalis.* 5.) *Wampand.* 6.) *Sylva, quæ erat inter Wampand & Hildam.* 7.) *Leſtnijtz.* 8.) *Darſin.* 9.) *Gubiſtowitz.* 10.) *Gvisdowe.* 11.) *Locus molendini* in Caminen cum agris & *Sylvis adjacentibus.* 12.) *Sylva quæ erat media inter Hijldam & Cotſcowe.* Nulla igitur hic loci necdum villa fuit, ſed quod ultima verba allegata produnt, omnis ille terræ Tractus qui ab *Hilda* ſive fluvio, ſive monaſterio protendebatur ſylva confectus erat. Atqui hanc ipſam Sylvam jam tum de Gripenwold à veteri Germanico-Gothico vocabulo *Gripar*, i. e. captores ſive etiam *pijratæ* dictam fuiſſe non refragabor. Sane ſitus loci plane egregius erat ad exercendam hanc artem; Aderat portus iſtorum temporum navibus ſat commodus; Portui imminebat ſylva vaſtisſima, ut neque appellendi claſſem, neque condendi prædam occaſio deeſſet. Cumque hæc regio à temporibus quorum vix memoria habetur comitum Gutzkovienſium, qui tum ad Rempublicam Rugianam pertinebant, clientelari imperio ſubjecta fuit, non dubito quin ipſi illi ad Danos præcipue, quos communes cum Rugianis, imo Slavis omnibus hoſtes habebant, vexandos & ad piraticam contra illos exercendam hoc portu qui unicus ipſis in toto dominio erat, frequentisſimè uſi fuerint. Hinc tempore reformationis *OTTO* Bambergenſis ergaſtula Gutzkoviæ captivis Danis [inter quos & ex magnatibus quidam erat] repleta inveniebat. Facile igitur fieri potuit, ut vel à Danis, vel etiam ab ipſis Vandalis, antequam Slavicæ lingvæ apud illos uſus invaleſceret, Sylveſtris ea regio, quæ portui ac amni proxime adjacebat, *Grypers-wald* ſive *piratarum Sylva* nomen ſortita ſit. Venit & ipſe portus in partem hujus appellationis, ita ut SAXONI GRAMMATICO mutilato vocabulo *Portus Waldus* dicatur, integrum vero nomen ad urbem recens conditam translatum videtur. Jam vero ſi præter ſolitudines & diffuſas Sylvas regio iſthæc nil habuit, conſequitur ſua ſponte Abbatem Hildenſem an. 1233. Gryphiswaldiam non reſtauraſſe, ſed prima tum demum fundamina ejus poſuiſſe. In has partes præter MICRÆLIUM omnes, quod ſciam, Hiſtorici noſtri conſpirant.

Nec

Digitized by Google

diderunt. Dum hæc agebantur, *Stralſundia* flore præſertim commercio-

Nec magis probari poteſt, quod inprimis ſtatim incunabulis ſuis urbem muris cinctam eſſe contendat. Repugnat huic opinioni Privilegium *WARTISLAI III.* quod anno demum 1264. 16. Cal. Junii, cum jam per 15. annos ſub poteſtate Pomeranorum fuiſſet, facultatem hoſtibus murum opponendi civitati impertitur. Itaque 31. annorum ſpatio, quod à prima inſtauratione tunc jam elapſum erat, non niſi vallo atque foſſa munita fuit. Verum nunc quoque condendæ *Grijpbiswaldiæ* cauſam diſpiciamus; Affirmavi conditam, ut limitum Pomeranorum adverſus Rugianos munimentum eſſet. Hoc ut ſatis intelligatur, obſervari velim, non unum Abbatem, ſed Pomeraniæ etiam Duces ad ædificandam hanc urbem Symbolas contuliſſe. Hoc fida autoritate magni Hiſtorici noſtri EICKSTEDII confirmatur Epit. an. ad an. 1233. totidem verbis ſcribentis: *Abbas Hyldenſis CONSENSU & AUXILIO Pomeraniæ Ducum urbem Grijpbiswaldenſem condere cœpit.* Sed non eadem apud utroſque inſtituti ratio fuiſſe videtur. Abbatem ambitione potiſſimum ductum eſſe, vix eſt, quod dubitem. Glorioſum enim habebatur, civitatem etiam ſubjectam & tributariam habere. Ducum verò Pomeraniæ conſiliis politicas rationes ſubfuiſſe interpretor, interque illas præcipuam credo, ut *comitatum Gutzkovienſem* nuper in fidem receptum adverſus Rugianorum molimina munirent, & *STRALSUNDIAM,* quam ob pacificationem nuper initam aperta vi non amplius turbare licebat, ædificatione novæ urbis mox æmulæ futuræ obliquè premerent, floremque commerciorum illius partitione imminuerent. Sic, ubi ſimul & maritimam & Rugianis limitaneam urbem exſtruere conſtitutum, neceſſe utique erat, ut in territorio Abbatiæ Hyldenſis exſtrueretur, quoniam amnis *Rijccus,* quoad navium patiens erat, eo pertinebat. Hinc ſumma veroſimilitudine conjicio, conſenſu tantum, ſed & ſvaſione, *imò, quod EICKSTEDIUS prodit, & AUXILIO Ducum* Pomeraniæ Abbatem hoc opus ſuſcepiſſe, ſpe ſcilicet illectum, ſuam fore, quam ædificaturus eſſet urbem, cum ſatis præviderent Duces, mox opulentiorem futuram, quam ut in fide ab illo contineretur, atque ſic in ipſorum poteſtatem ſponte ſua venturam eſſe. Nec fefellit eos iſthæc opinio, uti quidem mox pluribus oſtendetur. Hic tantummodo notari adhuc velim, quod cuncta in peragendo hoc negotio conſenſu & auxilio Ducum Pomeraniæ ſuſceperit Abbas, quodve nullibi legatur Princeps Rugianus in conſilio adhibitus, aperto, quod opinor, argumento, omnem cis-Ryccanam Provinciam jam tum ad poteſtatem Pomeranorum reductam fuiſſe Neque contradixiſſe Rugianos invenio, ne ſc. eadem injuria Gryphiswaldiæ ædificationem impedire Pomeranis viderentur, qua ipſi Stralſundiæ ſtructuram reprimere antea Rugianis viſi erant. Erat tamen quodammodo diſpar ratio propter nimiam vicinitatem, qua Gryphiswaldia limitibus Rugianorum imminebat, cum Stralſundia qvarto etiam

Digitized by Google

merciorum cum (r) Batavis magis ſubindè magisque (s) reviviſcebat. Id, ſicut fortuna invidiam comitem habet, limis oculis aſpiciebant Lubecenſes, penes quos maris Balthici tunc ferè (t) monopolium eſſe videbatur. Perdendam itaque felicitatis æmulam civitatem rati, tam ſancto omnia, quæ parabantur, ſilentio premebant, ut Stralſundia Lubecenſes hoſtes ignoraret, donec hoſtili eos claſſe in portum adnavigantes (u) videret. Facile igitur periculi

O 3 omnis

etiam lapide à Pomeranorum finibus remota eſſet; qvare non tam illis rationibus, Rugianos à deſtruendo conatu iſto prohibitos eſſe puto, quam quod auxiliis Danorum, qui ſuarum nunc rerum vix ſatagebant, deſtitutos ſe videbant; Tutius igitur videbatur nihil movere, quam reſiduam, quæ in poteſtate eorum adhuc erat terræ Circipanæ partem incerto belli diſcrimini ſubjicere; Laudabili certe prudentiæ exemplo.

[r] Batavos inter alias cauſas huc traxiſſe arbitror favorem affinitatis, quæ inter WILHELMUM Hollandiæ comitem electum Imperator. Romanum & *WITZLAUM I.* intercedebat. Hic enim *MARGARETHAM* (ut noſtra monumenta habent, HÜBNERUS Tab. Gen. 185. Agneten appellat) *OTTONIS* Brunſvico-Luneburgici Ducis filiam, cujus ſororem natu minorem *ELISABETHAM WILHELMUS*, majorem verò Helenam *ALBERTUS I.* Saxoniæ Dux in matrimonio habebant, ſecundis nuptiis uxorem duxit ejusque connubii beneficio & Batavorum & Saxonum propenſionem genti ſuæ conciliavit. Præter Batavos Dani quoque frequentiores aderant, quorum conſilio atque auxilio urbs condita, quique firmam à temporibus Jaromari cum Rugiana gente amicitiam colebant.

[s] Nec fieri aliter poterat. Jam enim per pacem cum Pomeranis ab externa vi in tuto erat, unde certatim adveniebant, qui fortunarum ſuarum huc ponere ſedem conſtituerant. Invitabat loci commoditas exteras nationes, & quod primo loco commemorandum fuiſſet, Principis planè ſingularis gratia privilegiis ſubinde novis, ſubinde excellentioribus, incrementa illius augebat.

[t] Dici vix poteſt, quam ſtupendo ſucceſſu Lubecenſium opes creverint, ex quo circa an. 1226. Danorum jugum excuſſerant, toties oppugnata, expugnata, ſolo æquata, incendio combuſta, ex pulvere ſuo atque cineribus ad inſtar Phœnicis renata auguſtiori ſemper facie prodiit, ut merito *miram loci fortunam* vocaverit CRANTZIUS Vand. L. VII. C. 14.

[u] Imo ne videbat quidem, nam concubia nocte adveniebant, *non oſtendentes bellum*, ut ſcribit EICKSTED. Epit. an. *priusquam intuliſſent*. Sie wären mit ihren Schiffen in der Nacht vor die Stadt gekommen / teſte KLEMPZENIO l. c. qui ſimul indicat *WITZLAUM* tunc temporis in Neo-Campenſi cœnobio qvinqvennium ante ad ſecundum ab urbe lapidem ab ipſo & fratre Barnuta fundato, moratum & omnium quæ gerebantur ignarum fuiſſe, donec de urbe miſere

omnis ſecura occupata, civibusque primoribus in captivitatem abductis, direpta, atque ſic altera vice tantum non ad ultimas ruinas (w) redacta

fere lacerata nuntium illi apportatum eſſet, hoſtibus una cum captivis ac præda præcipiti fuga jam tum Lubecam ſuam repetentibus.

[w] Videntur non ſine indignatione Hiſtorici de hac Lubecenſium contra Sundenſes expeditione ſcripſiſſe. Loqvuntur id verba EICKSTEDII Epit. An: *Incenſi igitur* (Lubecenſes) *neſcio quo furoris & invidiæ æſtro oppidum* (Stralſundiam) *nefarie obruerunt, non oſtendentes bellum priusquam intuliſſent: primores Patrum captivos abduxerunt, omnibus bonis & mercibus urbem ſpoliarunt:* KLEMPZENII l. c. [Es] haben auch die von Lübeck einen Neidt auf die vom Sunde gehabt/ daß die Stadt ſo wohl zunahm/ und vieleicht beſorget / es möchte ihnen abtragen / und ſeynd im Jahr 1238. mit Schiffen in der Nacht für die Stadt kommen/ ehe der Fürſt Witzlaff/ der da zum Camp war/ daſſelbe erfuhr / und haben ſie überfallen/ die Reicheſten gefangen genommen / und die gantze Stadt geplündert/ und ſeyn mit der Beute davon gekommen / daß es der Fürſte nicht wehren kunte. CRANTZIUS autem utrisque quod objiciat, invenit, *Sundenſibus*, quod ubi ſenſerant opes & vires mercaturis & negotiationibus per mare, per terras increviſſe, adverſus Lubecenſem Civitatem ſuperbire cœperint & protervire, intentantes neſcio quid inſolitum, quod Lubicenſes cives diſſimulare non potuerint: *Lubecenſibus*, quod nemini qværelam detulerint, ſed ſuæ vindices injuriæ perarmatis aliquot navibus in Sundenſes duxerint, tam aſperè eos tractaverint, hoc inſolens, inquit factum eſſe & ſine exemplo, quod putat profectum ex minus juſta æſtimatione novæ, qua aucti erant, dignitatis imperialis, cum tamen eo ipſo Imperator ſuperioris (credo ſuperioritatis) jus nec abſtuliſſet principibus, nec auxiſſet Lubecenſibus in vicinos poteſtatem, ut ſuis viribus, pro ſuo arbitratu vindicent, quod jure vel injuria in ſe factum prætenderent. Tandem vero ut Lubecenſium excuſet culpam ad genium illius Seculi reſpicit, nondum, dicens, eam tunc civilitatem fuiſſe, quæ per temporum decurſus cum opibus demum increverit. Mihi difficilis videtur de rebus geſtis præſertim remotioris ævi determinare, quo jure quave injuria ſuſceptæ ſint, cum in illis, quæ facta reſpiciunt, ſæpe leviſſima circumſtantia magnum momentum aut adferat aut demat. Sufficit noſſe quod Lubecenſes Stralſundiam ex improviſo adorti, ditioribus civibus abductis, ædibusque direptis vaſtaverint, deque gradu efflorescentis fortunæ quem jam attigerat, ipſa hac expeditione dejecerint. Duo tamen curatius hic perpendi merentur 1.] Qvod hæc vaſtatio Stralſundiæ urbis Rugianæ an. 1238. contigerit, cum ante centum annos RATZEUS Rugianorum Princeps veterem Lubecam primum oppugnaret, deinde diriperet, tertium funditus exſtirparet, notabili certe exemplo rerum humanarum fatales eſſe viciſſitudines quæ ſubindè in orbem redeunt. 2.] Qvod ex hac ruina Stralſundiæ, non exiguum incrementum comparatum

Digitized by Google

redacta eſt. Juſtæ tunc vindictæ cupiditate commotus WITZLAUS, quibuscunque poterat modis Lubecenſes (x) urgebat, donec damnum, quod intulerant, mercede reparaſſent, interpoſitisq; ſponſionum pignoribus nunquam ſe in poſterum novæ urbis ſtructuram impedituros (y) polliciti eſſent. Hac ratione Principis ſui novo favore adjuta Stralſundia iterum pulchriori facie (z) prodivit, cimelium atque caput univerſi (a) Principatus Rugiæ proſpero rerum ſuarum ſucceſſu futura. Vidit adhuc WITZLAUS felicitatis hujus exordia, ipſe qui virtute atque clementia ſua autor ejusdem atque

ratum ſit Novæ Gryphiswaldiæ urbi tunc temporis vix qvintum ætatis annum egreſſæ. Non ſtatim ſpiritum recipere poterat Stralſundia, indeque fiebat, ut commercia exterorum huc traherentur. Qvare mirum non eſt urbem iſtam tam brevi 16. annorum ſpatio ad tantum ſplendorem, tantasque opes evectam fuiſſe, ut Abbati Hyldenſi parere infra magnitudinem ſuam eſſe putaret.

[x] *Itaque*, verba EICKSTEDII ſunt, *juſto dolore ad indignationem & legitimæ vindictæ cupiditatem commotus WISLAUS, Lubicenſes ubique locorum remoratus, neque tuto negotiari paſſus eſt*, KLEMPZENII vero: Daſſelbe verdroß den Fürſten ſehr / und entſagte darum den von Lübeck / und hemmete alle Bürger und ihre Güter / wo ſie in ſein Land kamen / und hat ſie ſo lange gedrungen ꝛc. Intelligimus ex iſtis, quanti fuerint apud Lubecenſes commercia cum Rugianis, alioquin parum curaſſent, quod Rugiani Principis Provinciis excluderentur. Credo halecum capturam quæ tunc in Rugianorum littoribus abundantisſima erat, ſummam ipſis jacturam fuiſſe. Propter hanc enim Sec. antecedenti 12. oras Rugianas jam viſitare conſveverant, juxta HELM. Chr. Slav. L. II. C. 13.

[y] KLEMPZENIUS l. c. duabus ſtetiſſe pacem conditionibus: Daß ſie die Gefangenen loßgeben / und für den gethanen Schaden Abtrag thun müſſen. Aſt EICKSTEDIUS l. c. etiam his tertiam adjungit, *ut fidem darent nulla ſe in poſterum irruptione, aut moleſtatione civitatis Stralſundenſis ſtructuram impedituros eſſe*. Id quod eo probabilius fit, quia jam olim *WITZLAUS* poſt Demini & caſtri Lutitiorum expugnationem eadem lege cum Pomeranis pacem conciliaverat, ut ſuæ Stralſundiæ non amplius moleſti eſſent. Tot curis, tot bellis ſuis olim Principibus pulcherrima urbs conſtitit. Tantæ molis erat STRALSUNDUM condere RUGIS.

[z] Qvod produnt privilegia ab illo tempore partim ex WITZLAI I. partim & JAROMARI filii atque Succeſſoris gratia largæ liberalitatis exemplo civitati indulta.

[a] Qvinimo citerioris Pomeraniæ, ex quo cum Principatu Rugiæ ea conjungi, & ſub AUGUSTISSIMÆ CORONÆ SVECICÆ imperio acquieſcere cœpit. Eandem honoris eminentiam hodienum tuetur, Illuſtr. Pomeraniæ atque Rugiæ PRO-PRINCIPIS & REGII REGIMINIS inſuper ſedes facta.

Digitized by Google

atque ſtator fuerat; Vidit, & paucis interjectis annis ad melioris vitæ felicitatem (b) emigravit.

§. III.

Eadem tempeſtate Rugiani, maris, quod Principatus ſui (c) Provincias ambit, imperium tuebantur, nec aliis gentibus, ut pro lubitu illo uterentur, aut rem (d) mercatoriam ibi facerent promiſcue

[b] Anno 1241. Adeoque triennium poſt cladem illam ſuperſtes fuit. Diploma *JAROMARI II.* filii & ſucceſſoris de an. 1240. ſupra jam allegatum vivo adhuc parente datum eſſe demonſtrat, quod primum ipſe ille inter teſtes locum occupat verbis: *Teſtes hujus donationis hi fuerunt: Pater noſter Dn. WISZLAWS* &c. quod uti inſolitum eſt in monumentis noſtris, ita & ſine peculiari ratione factum eſſe non credo. Hoc ſaltem inde concluditur, quod *WITZLAUS* perinde ac cum ipſo olim Pater Jaromarus I. fecerat, ad mitigandam ſenectutis molem ultimis vitæ ſuæ temporibus, filium reipublicæ admovit. Puto tamen aliam eamque politicam quoque ſubfuiſſe cauſam, ſic enim in majorem reipublicæ ſalutem ipſo Patre ſua experientia docente filius rebus gerendis adſveſcebat, ut Gallorum de Regibus ſuis aſſertum, *que les Rois de France ne meurent pas*, vere quoque Rugiani de ſuis prædicare poſſent Principibus. Hoc tamen 1240. demum anno illam regiminis in filium translationem factam eſſe inde conjicio, quod ejusdem anni Martio menſe ipſe adhuc *WITZLAUS* privilegium illud de piſcaturæ libertate Sundenſibus conceſſit, cum ſuum *JAROMARUS* Monachis Hyldenſibus, menſe Octobri illius anni erogaverit.

[c] In varias provincias Principatus Rugiæ antiquo illo ævo diſpeſcebatur, quod apparet ex literis, quibus *JAROMARUS I.* an. 1193. monaſterium ſanctimonialium Bergenſe inſtituit. Nomina earum not. [m] ad §. XVII. præcedentis periodi jam indicavimus.

[d] Halecum captura, uti jam dictum, præcipuam Rugianis commerciis materiam præbebat. Ea enim & ad *Regæ* oſtium, ubi antiqviſſimis temporibus hic populus habitavit, & in ora ipſius inſulæ quam poſtea occupavit, copioſiſſima olim fuit, unde vero temporis lapſu in Scandinaviam atque Norvegiam commigraſſe communiter dicitur. Aſt neſcio fere quid de iſtis migrationibus halecum è loco in locum habendum ſit. Saltem non poteſt probari, quod, ut primum uno in loco, ubi antea ignorabantur, capi cœperunt, in altero, quo hactenus fuerat loco eo ipſo captura illa defierit. Apud *Treptoenſes* ad Regam ad tenues reliquias macrorum halecum redactam eſſe ex RANG. Pom Dipl. p. 188. edoctus ſum. In ſalo Rugiano circa medium Sec. XII. jam floruit HELM. L. II. C. 12. CRANTZ. Vand. L. V. C. 32. In *ſalo* inquam *Rugiano*, ad quod iis temporibus, certo jure ea quoque pars maris ſpectabat, quæ terram Circipanam ſive Principatum citeriorem ad oſtium usque Pœnæ alluebat. Ut ea, quæ HELM. l. c. de captura Halecum ap. Rugianos tradit, etiam intelligenda veniant de piſcationibus, quæ uti hodienum, ita & jam tum ſine dubio è regione Portus

Digitized by Google

miſcue (e) indulgebant. Præſertim poſt recuperatam à JAROMARO I.
P Circi-

Portus Gelendæ & oræ *Hildenſis* atque *Wuſterhuſanæ* ſuſcipiebantur. Per eadem tempora oræ Scandinaviæ quoque iſthæc jam fuit fœcunditas, quod conſtat ex ARNOLDI contin. HELM. L. III. C. 5. Sec. 14. circa littus Norwegicum Civitates *Lubeca*, *Stralſundia*, *Wismaria*, *Gryphiswaldia*, *Riga*, *Visbia*, &c. illam frequentarunt, quod oſtendit conceſsio *Haquini* Ducis Norwegiæ, qua anno 1388. nominatis civitatibus exemptionem à ſolutione thelonii, quod in captura alecium ſolvi ſolet, loco uſurarum pro ſumma pecuniæ Norwegis mutuo datæ largitur. Eodem Seculo in ora Inſulæ Bornholmiæ dives captura æſtivis menſibus ad Michaelis usque feſtum fuit, cui itidem *Gryphiswaldenſes* quotannis intereſſe ſolebant, uti id patet ex privilegiis Archi-Epiſcoporum Lundinenſium NICOLAI an. 1378. MAGNI 1380. PETRI 1412. Ejusdem 1434. VIRGERI 1499. ſuper hac re illis conceſsis. Inde autem non ſequitur capturam Halecum in Rugianis & Pomeranicis oris his Seculis nullam fuiſſe. Sicut enim in Rugia non ceſſavit, etſi eisdem temporibus in Scandinavia eſſet, ita nec propter Norwegicam capturam, Rugianam deſiiſſe exiſtimo, atque inde demum, quia tot in locis tam largam halecum ſive (ut mediæ ætatis vocabulo vocabantur) Harengorum meſſem præbebat, *Mare Balthicum* ap. Germanos ſuperiores & eorum accolas nomen *maris Harengici* [der Herings-See] eſt adeptum, teſte MICH. PRAUN ap. RANG. Pom. Diplom. p. 189. Neque *Gryphiswaldenſes* in Norwegiam & Bornholmiam ad capiendas haleces profecti ſunt, quia domi nullæ amplius capiebantur, ſed ut bis aut ter in eodem anno capere poſſent, conſtat enim piſcium iſtorum indolem eſſe, ut non eodem anni tempore ubique Sagenis obviam fiant. Sic *Sundenſes* circa ferias Natalium Chriſti, *Gryphiswaldenſes* anno vernante, *Rugiani* etiam æſtate hodienum hoſpites habent: tanta, largiente Deo, copia, ut ante biennium octogenæ (ein Wall) vel uno teruncio (umb einen Sechling oder 3. Pfenninge) ap. nos venderentur. Hæc ideo in longum protracta eſt diſputatio, ut oſtenderetur eo Seculo quo WITZLAUS I. rerum ap. Rugianos ſummæ præerat, minime in oras ſeptentrionales halecum capturam ita translatam fuiſſe ut Rugiam deſeruerit; Sed æque adhuc floridam hic extitiſſe exterosque attraxiſſe ac Seculo præcedenti 12. vel unquam alias aut extiterat aut facere potuerat. Non igitur leviter WITZLAUS premere potuit Lubecenſes hoc ſolo mercimonio per dominium ſuum excluſos; Maxima enim inſtitorum multitudo piſcationis gratia huc convenire ſolebat, uti quidem HELM. l. c. teſtatur. Tantique hoc negotium momenti habebatur, ut Dani, cum tempus capiendarum halecum ſub Rugia inſtaret, expeditionem bellicam contra Pomeranos ſecundis etiam rebus abrumperent, claſſemque ſuam ex ulteriori Pomeraniæ parte retractam ad illam tutandam converterent, prodente CRANTZIO l. c.

[e] Demonſtrat id exemplum WITZLAI I. qui Lubecenſium injurias ulturus ſua illos

Circipanorum (f) terram (g) fretum, quod inſulam à continenti diſtingvit, una cum minoribus inſulis (h) *Dehn-Holm*, (i) *Rimis*,

illos ditione arcebat, imo, ut ex EICKSTEDIO paulo ante percepimus, *ubique locorum remorabatur, nec tuto negotiari patiebatur* unde patet quantis viribus ad tutandum vicinum mare Rugiani inſtructi fuerint.

[f] Qvod ſecundum ea, quæ ſupra jam ſunt confecta an. circiter 1178 factum eſt.

[g] Optimo jure, cum terrarum utrinque adjacentium domini eſſent, ipſumque fretum illud terrarum Rugianarum ruinis originem deberet.

[h] Antiqviſſimæ ætatis exigua inſula è regione Stralſundiæ, cujus antiqvum *Strela* fuiſſe nomen contendunt. Præſens aut à Danis ipſis, aut ſumta à Danis occaſione ipſi impoſitum eſſe, vel omnibus tacentibus res ipſa loquitur.

[i] De hujus inſulæ vocabulo hæc mea in *Dictionario Etym.* obſervata ſunt: *Rimis* ein klein Eyländchen/ ſo bey nahe gegen dem Kirchdorff Griſtow über in der Mündung der daſigen Binnen-Wyck gelegen. Ich muhtmaße/ daß das Wort vorzeiten Rimez oder Rimitz geheiſſen/ denn wo ſich nach der heutigen Ausſprache ein ſ oder ſſ findet/ da ward vormahls inſonderheit am Ende der Wörter ein z oder tz geſetzet. Wo die Benennung dieſes Eyländchen herrühre/ davon weiß ich nichts wahrſcheinliches zu ſagen. Das hab ich aus den variantibus lectionibus Helmoldi, die ſich am Ende der Edition des Bangerti angemercket befinden/ daß in des Schorckelii und Reineccii Editionen des Helmoldi L. I. C. 36. die Rugiani auch Rimi genennet wären. Barth. Krakevitzius in ſeiner Oration de inſulæ Rugiæ præſtantia, die er 1621. bey Ablegung ſeines Rectorats gehalten/ bezeuget gleichſals/ daß die Rugiani auch Rimi geheiſſen/ und beziehet ſich deßfals auf Helmoldum und Saxonem Grammaticum. Wahrſcheinlich iſt es/ daß dieſes Eyland in den alleräalteſten Zeiten mit der Inſul Rügen aneinander gehängt. Hæc inſula ad ditionem villæ *Griſtoviæ* ſpectat paſcendisque armentis aut equis, quæ natando illuc deferuntur, inſervit. Virgulta qverna majorem partem contegunt, priſtinæ Sylvæ haud obſcura veſtigia. Hoc mirum, quod undique ſalſis aqvis cincta, exiguum tamen dulcium aqvarum ſtagnum magno animalium quæ hic aluntur ſolatio foveat. Mea opinione antiquis temporibus inſula non fuit, ſed aut terræ Koos (quæ & ipſa tunc continenti adhæſit) aut ex adverſa parte territorii Griſtovienſis promontorio, quod Tegelorth dicitur, conjuncta fuit. Seculo enim 13. quo *WITZLAUS I.* & *JAROMARUS II.* Principatum Rugiæ tenebant, nondum tam lata quam hodiè hic loci aqvarum irruptio, ſed rivulus tantum erat *Liazcba* vocatus. Hoc indubitatum, quod olim multo majoris ambitus fuerit atque Sylvam inſuper abiegnam continuerit. Recedentibus enim à littore aqvis fundumque nudantibus, ab ea parte, qua *Vilm* inſulam ſpectat, innumeri hujus generis arborum trunci cernuntiur. Cæterum ad peſſimos errores mapparum Geographicarum Rugiæ & Pomeraniæ referendum, quod

Rimis, (k) *Vilm* (l) & *Ruden* per illud diſperſis (m) ſinuque Wycenſi dem

P 2 Wycker-

quod iſtam inſulam in ipſo aditu aqvarum, quæ propè Griſtoviam interiora terræ invadunt, jacentem, ad littus Rugianum, quam proximè transferunt.

[k] WACKENRODERUS natales hujus inſulæ ad inundationem terribilem refert, quæ an. 1309. novum illud fretum inter inſulas *Rugiam* & *Ruden* aperuit, Chron. Rug. Part. ſpec. in Parochia *Vilmnitz* verbis: Man kan nicht wohl in Abrede ſeyn/ daß ein anſehnlicher Strich des Putbuſchen Terrains, bey der erſchrecklichen Waſſer-Fluht/ als das Neue-Tieff ſich ergoſſen / untergangen / und von den ungeheuren Wellen verſchlungen worden / davon annoch ein kleiner particul, der Vilm genañt/ übergeblieben. Cum Tractu Vilmnitzenſi hanc inſulam cohæſiſſe, vel ipſius nominis arguere videtur convenientia. Olim & arce inſignis fuit, quæ *PRITBORO I.* à defenſione urbis Sundiæ in decantato contra *WITZLAUM IV.* bello, inclyto Heroi pro ſede fuit, vid. MICR. L. VI. in Tab. Gen. Illuſtriſſimæ PUTBUZIANÆ GENTIS ad pag. 447. inſerta. Hodiè præter Sylvas nihil habet.

[l] Nomen hujus inſulæ ad antiquam Germanorum lingvam in Diction. Etym. refero verbis: Ruden der Nahme eines kleinen Eylandes zwiſchen Pommern und Rügen bey den Ausfluß der Peen. Es iſt ohn Zweiffel aus der Deutſchen und nicht aus der Slaviſchen Sprache / denn es findet ſich auch in dem Hertzogthum Weſtpfahlen ein Ohrt dieſes Nahmens / den die Wenden doch vermuthlich wohl nicht können benennet haben. Unde derivatum ſit nomen ignoro. Forſan à Ruthenis veteri Vandaliæ populo, quem cum Rugiano eundem fuiſſe nonnulli volunt, petitum. Ut autem cum MICR. L. VI. C. 396. crederem nomen accepiſſe à deplumatione anſerum agreſtium quam germanicè Ruden vocamus, weil die wilden Gänſe ümb Pfingſten aus daſelbſt maußen oder die Federn abwürffen / hactenus à me impetrare non potui. Hujus inſulæ Ortum vehementi illi inundationi, quæ an. 1309. contigit, chronicographi uno ore adſcribunt, quid vero dubii inveterata hæc opinio ſecum vehat in proxime ſubjicienda obſervatione dicetur. Antiqviſſimam vocabuli mentionem *Ruden* inveni in privilegio *WARTISLAI III.* civitati Gryphiswaldenſi an 1254 conceſſo. Inſula hodiè inſtructa valido propugnaculo, quod aditum maris vulgò dat Nie-Deep dictum claudit.

[m] Hoc abundè probat Diploma *WITZLAI III.* quod civibus Gryphicis facultatem indulget portum propè vicum Danicum die Däniſche Wyck [hodiè ſimpliciter Wyck dictum] in uſum commerciorum ſuorum effodiendi. Ibi enim & ipſum locum, quo hodienum hunc portum videmus, & aqvam ſalſam Wycker-Bodden vulgo vocatam imperio ſuo adſcribit Gryphiswaldenſibus libertatem in illa piſcandi liberaliter indulgens. Sed nusquam *WITZLAUS III.* hoc jus ſibi acquiſiviſſe legitur, ergo penes Patrem *JAROMARUM* atque ab hoc porro ad filium derivatum fuiſſe, haud eſt quod dubitemus.

Digitized by Google

Wycker-Bodden/ pleno dominio ſibi vindicabant, pro arbitrio in illis agentes quicquid in rem ſuam eſſe (n) arbitrabantur. Sed

[n] Liberrimi hujus dominii exercitium inter alia elucet ex gratioſa liberalitate, qua WITZLAUS I. ultimo regiminis ſui anno 1240. jus piſcandi in freto hoc quaqua in longitudinem patet, Stralſundenſibus indulſit. Merentur ipſa verba hujus Diplomatis huc poni, merentur expendi. Sunt, quæ ad rem præſentem faciunt ſequentia: *Wiceslaus Rugianorum Princeps* &c. *A portu etiam, qui NOVA REKA dicitur, quem nobis liberum reſervamus, usque ad finem GELENDÆ, & ulterius usque ad finem UMMANTZ & ulterius procedendo usque in BISSIN, ex utraque parte ripæ STRALSUND, deinde usque ad rivum BRESEWITZ, cum ſtagno THEVIN, civibus in civitate reſidentiam facientibus, communem cum hominibus noſtræ terræ, absque faciendis clauſuris, piſcaturam libere condonamus; Si vero infra terminos iſtos hoſpites aliqui ſagenam trahere propoſuerint, ſive* [*allo*] *aliquo genere piſcandi, à civibus, à nobis, ſive à Præfecto noſtro, licentiam quærere tenentur.* Hic animi diu diſcruciatus quæſivi portum, qui *NOVA REKA* dicebatur, tandemque in ipſo illo aditu quo *Rudam* atque *Rugiam* inter Inſulas mare aditur, illum inveniſſe mihi videor. Diu mecum luctatus ſum, an tale quid dicere auderem, cum omnes Chronicographos noſtros uno ore mihi obloquentes audirem conſtantique traditione aſſeverantes, quod ante an. 1309. exiguus tantum rivus, & qui ſaltu etiam ſuperari poſſet utramque inſulam intermeaverit. Sed non potuit hoc me dimovere à ſententia mea, ex quo illud WITZLAI I. Diploma diligenti ſcrutinio intelligere didici. En tibi B. L., quibus utor, momenta; 1.) Nomen *Rek*, ſive *Reg* ſignificat canalem aut foſſam tanta profunditate quanta opus eſt ut navium patiens fiat, iisdemque liberum præbere tranſitum poſſit. Hoc jam demonſtratum eſt ſupra ad Per. I. §. XIII. not [h] exemplo *Rycci* noſtri Gryphiswaldenſis, quod idem utique cum illo nomen eſt, unde & vernacula dialecto hodienum dicimus, im Reck/ upm Reck, &c. exacteque convenit cum ſignificatione antiqui illius nominis recentior illa & hodierna appellatio, quam à Batavis ſedulo hunc portum frequentantibus inditam eſſe puto. Hi enim quod Gothice hactenus ein Reck vel Reg dictum fuerat, ſuo idiomate *Het nie Diep* nominare inceperunt. Invaluitque ita Batavæ appellationis uſus ut veterior Gothica tandem omnino in deſvetudinem venerit. 2.] Noſtrum Ryck aut noſtra *Reka* ſub *nova* illa *Reka*, de qua in præſenti Diplomate ſermo eſt, intelligi nequit. Hoc enim temporibus, quorum nec memoria amplius haberi poteſt, ſemper extitit, & an. 1207 Cœnobio Hyldenſi in prima fundatione ſua jam eſt collatum, quod prodit Diploma Barnutæ de an. 1221. in quo & *amnis* jam ſalutatur. Neceſſe igitur eſt, illam *Rekam WITZLAI I. novam* dici, ut à noſtra veteri ſcil. diſtingveretur, atque ſic non eadem utraque eſſe poteſt. Nec quadrant ad *Rekam* noſtram quæ in Diplomate WITZLAI de *nova*

Digitized by Google

Sed (o) *Rijccus* amnis, ſaltem quoad territorium civitatis Gryphicæ lambit, & Portus, quem Penæ oſtium inter (p) Ruden & Usdomam

 Inſulas

nova Reka pronunciantur. Noſtra litigioſi juris erat, ex quo Pomerani *comitatum Gutzkovienſem*, qui huc pertingebat, circa an. 1226. receperant. Sed WITZLAUS de NOVA REKA tanquam de *ſuo portu* loquitur, quem ſibi liberum reſervare volebat. Nec indulgere poterat Princeps Stralſundenſibus usque ad noſtram *Rekam* libertatem piſcandi, cum juxta Diploma Barnutæ usque *ad boram* [oram] *maris* ditio monaſterii Hyldenſis extenderetur; Itaque oportet eſſe diverſam à noſtra *Rekam* quæ libertatem hanc terminare debebat. 3.] Haud obſcurum ex ipſo contextu verborum apparet, WITZLAUM Principem in dimetiendis finibus piſcaturæ Sundenſis, dum à *nova Reka* inchoat & ad portum Gelendæ (den Gellen communiter dictum) pergit, ab oriente ſole hic verſus occidentem progredi. Jam vero in orientali parte Rugiani freti non alius ditionis Rugianæ portus eſſe poterat, quam qui inſulas *Rugiam* inter & *Ruden* aperiebatur, quia alter ille, quem Penæ oſtium inter *Ruden* atque *Usdomam* format, aut omnino tunc temporis in poteſtate Pomeranorum, aut ſaltem dubiæ inter utramque gentem poſſesſionis erat. Ex iſtis Principiis demonſtro, tempore WITZLAI I. jam tantam rupturam terrarum *Rugiæ* atque *Ruden* fuiſſe, ut navigabilem portum præbere potuerit, *Novamque Rekam* illum ipſum fuiſſe portum. Sequitur inde non demum 1309. *Ruden* inſulam, à Rugia avulſam fuiſſe, ſed quod jam antea peculiaris inſulæ rationem habuerit. Conf. ea quæ ſupra ad §. X. not. [a] diſputata ſunt.

[o] In Pace illa, quæ circa an. 1227. poſt recuperata à Pomeranis *Deminum* & *Lutitiorum* caſtrum conciliabatur, juxta MICR. L. III. n. 12. p. 314. nihil de hoc amne ſpecialiter determinatum eſt, neque forſan propter mutuam utriusque partis contradictionem determinari potuit. Dubii igitur juris illud aliquandiu manſiſſe dicendum erit. JAROMARI II. confirmatio bonorum Monaſterii Hyldenſis de an. 1240. cujus facta eſt antea mentio, non obſcure oſtendit, hoc ipſo jam tempore non ſatis inter Rugianos & Pomeranos de poſſesſione hujus amnis conveniſſe. Hinc enim factum eſſe credo, quod JAROMARUS, uti Barnuta an. 1221. in ſua confirmatione fecerat, nullam illius injecit mentionem, ſatis habens in genere *omnia bona, quæ in Dominio ejus eſſent*, eidem confirmaſſe. Non multum igitur abeſt, quin credam, hanc etiam inter alias ob cauſam Pomeraniæ Duces ædificationem Gryphiswaldiæ urbis apud Abbatem Hyldenſem promoviſſe, ut ea occaſione Dominium hujus amnis atque portus ſibi aſſererent. Mihi probabile fit antiquo jure hunc amnem ad *comitatum Gutzkovienſem* pertinuiſſe, adeoque & illum quoties dominium mutavit, modoque Pomeranis, modo Rugianis paruit, ſemper ſecutum fuiſſe.

[p] Undè & in Diplomate WARTISLAI III. antea citato Portus *Ruden* vocatur. In hunc jus ſibi aliquod vindicabant Pomerani, quia verſus Meridiem *Usdomia* Provincia eorum claudebatur.

Inſulas format, ancipitis poſſeſſionis, aut ſaltem juris fuiſſe videtur, cum utrobique non idem dominium obtineret; In meridionali ora Pomerani, à ſeptentrionibus Rugiani ſummas imperii partes adminiſtrabant. *Oya* vero inſula, quam Gryphicam cognominant, certo jure jam tum ad Pomeranos (q) ſpectabat.

§. IV.

[q] De nomine & antiqvitate hujus inſulæ ad §. VII. not. [r] nonnulla jam obſervavi Certum eſt ætatem ejus ultra tempora ingreſſus Slavorum in noſtras oras aſcendere, adeoque originem illius ad inundationem anni 1309. referri non poſſe. Dixi l. c. *Gryphicam* die Greyffswaldiſche Oi cognominatam fuiſſe, ex quo ditioni hujus urbis adſcripta fuit, id quod anno 1291. per donationem Bogislai IV. jam factum eſſe, ipſum donationis inſtrumentum, quod in Chartophylacio Gryphico aſſervatur, demonſtrat. Sunt vero quæ me docuerunt, quod & antea non ſimpliciter *Oi*, ſed Gripes-Oi nomen habuerit, cujus denominationis procul dubio eadem, quæ vetuſti nominis *Gripeswold* (vid. §. II hujus Per. not [q]) ratio fuit. Hic enim Dn LAGERLÖF l. c. etiam olim receptaculum Prædonum ein Vitingabole fuiſſe ſcribit. Non magis igitur in enodanda voce *Gripes-wold* ad inſignia Pomeraniæ Ducum recurrendum eſſe putarem, quam in enodatione vocabuli *Gripes-Oi*, quod ab inſigniis iſtis nulla probabilitatis ſpecie deduci poteſt. Sed ipſam quod ſpectat inſulam, præcipui ea nominis eſt, cœterasque & magnitudine & ſoli fertilitate poſt ſe relinquit. A tribus hodie colonis habitatur, quibus largos proventus præbet, Plerumque creditur hanc inſulam olim Rugiæ conjunctam fuiſſe, indeque & in poteſtate Principum Rugiæ perſtitiſſe, donec forte poſt longinqvum illud de ſucceſſione in Principatu Rugiano bellum Gryphiswaldenſibus & ipſa in compenſationem damnorum ceſſiſſet. Sed hæc omnia à veritate Hiſtorica abludere comperi, poſtquam Diploma illud donationis Bogislai IV. videre contigit. Hinc enim aperte intelligitur, quod hac ipſa ætate inſula illa Pomeranis jam paruerit, alias enim Bogislaus ſolenni donatione in civitatem Gryphicam transmittere eam haud potuiſſet. Maxime vero memorabile eſt quod in dicto illo Diplomate non *Oia* ſed *Swantwuſterbuſen* inſolito nomine dicitur verbis: *Incolis civitatis noſtræ dilectæ* Grypswold *donavimus & titulo donationis appropriavimus inſulam, quæ dicitur Swantewuſterbuſen* &c. Certum eſt ſub nomine iſthoc non aliam quam hodiernam *Gryphicam Oiam* intelligi 1.] quia conſtanti uſu ipſa civitas Gryphica illud de non alia accepit. 2.] Qvia neque alia in poſſeſſione civitatis inſula eſt de qua intelligi illud poſſet. Non autem immerito qværitur, quod ſibi velit præfixum nomini huic vocabulum *Swant?* Illis, qui, ſi non omnia, pleraque tamen locorum Patriæ noſtræ propria nomina Slavicæ lingvæ natales debere autumant, procul dubio hoc quoque ejuſdem originis eſſe putabunt. Habet enim teſte LAZIO de M. G.

p. 599.

Digitized by Google

§. IV.

Imperante Jaromaro II. de finibus Principatus, qua Pomeranorum ille terris committebatur, nulla contentio fuit propter firmiſſimum amicitiæ fœdus, quod inter utramque nationem (r) cognatione

p. 599. vocem *Swantij* quæ *Sanctus* ſignificat. Sed nulla indigitari poteſt ratio, quare parva hæc inſula præ cœteris omnibus Pomeraniæ terris cognominanda *Sancta* fuiſſet. Neque ullum in Chronicis noſtris ſingularis religionis aut ſanctitatis indicium in illa monſtratur, niſi quod ſacrarium tempore Papatus ibidem in uſum piſcatorum aut incolarum exſtructum fuiſſe tradunt. Unde ſi ſanctam illam appellitatam contendas, non video quid obſtet, quo minus & omnes villæ, quæ ejusmodi capellas habent, ſanctarum cognomen ſortitæ ſint. Mea quidem opinione vocabulum *Swant* Gothico-Svevicum eſt. Veteribus enim Gothis, imo hodienum Danis *Vand* aqvam ſignificat. Svevis autem, interprete Celeb. DANCKWERTHO in Deſcr. Duc. Sleſvic. & Holſat. Part. III. C. 5. litera S. pro articulo fuit, quam, ſi *Vand* voci præponimus *Svand* ſive *S'Vand* inde vocabulum exſurgit. Qvoties itaque cum nomine proprio terræ alicujus illud conjungitur, toties eo ipſo indicatur terram illam aut in mediis undis ſitam aut maritimam ſaltem & fluctuum violentiæ obnoxiam expoſitamque eſſe. Hanc derivationem vel hodierno uſu ſeptentrionalium populorum comprobari cognovi, utpote qui nominibus illorum locorum *Svand* vocem apponunt, quæ ob depreſſum ſolum exæſtuantis maris inundationes atque irruptiones frequentius patiuntur. Atqui hæc omnia ad *Svant*- ſive, ut rectius ſcriberetur *Svand-Wuſterbuſam* noſtram apprime qvadrant. Vetus MICRÆLII aliorumque Hiſtoricorum noſtrorum eaque haud contemnenda traditio eſt, omnem illum aqvarum hiatum qui *Oiam* inſulam hodie à continenti diſterminat, contiguam terram fuiſſe. Hanc tum univerſam communi nomine *Woſtrosnam* ſive ut Saxones deinde pronunciarunt, *Wuſterhauſen* vocatam contendo. Ubi vero deinceps Cimbrico, ut opinor diluvio majorem ampliſſimæ Provinciæ partem mare hauſerat, & *Oiam* Inſulam, tanquam priſtinæ terræ documentum reliquerat, in memoriam hujus rei *Svand-Woſtrosnæ* ſive *Svand-Wuſterhauſen*, i. e. *Woſtrosnæ undis partim ſubmerſæ partim etiamnum undique cinctæ* ipſi inditum nomen credo. Auget dictorum veroſimilitudinem, nomen *Wuſtrov*, quod terra Mecklenburgica *Darzæ* noſtræ proxime adjacens gerit. Nam & illa *Svand-Wuſtroviæ* cognomine in vetuſtis literis inſignitur, & cum naturæ ſitum præbet, ut omnia quæ de *Svand-Wuſtrosna* noſtra dicta ſunt, non minus in ipſam conveniant.

[r] WARTISLAUS III. enim & JAROMARUS II. amitini erant. BARNIMUM I. autem JAROMARUS noſter vitricum venerabatur, quia Margaretha Mater poſt fata Parentis Witzlai, ſecundum connubium cum illo inive-

Digitized by Google

gnatione Principum ſuorum conflatum erat. Faciebat quisque in ditione ſua, quæ ſaluti Reipublicæ inſervire videbantur, omni livore, qui inter vicinos furere ſolet procul abjecto. (s) Tradebatur

inverat. Sanè vinculi hujus non obſcura veſtigia in multis negotiis quæ inter Jaromarum & Pomeraniæ Duces peracta ſunt, invenire mihi videor, eoque potiſſimum refero, quod Gryphiswaldiam urbem ſine ulla reluctatione ex Abbatis Hyldenſis poteſtate in poſſeſſionem Pomeraniæ Ducum traduci permiſerit, neque permiſerit tantum, ſed peculiari etiam declaratione an. 1260. *Vileminitz* data Wartislai III. ſubditos qui intra terminos dominii ſui naufragium paterentur, ab omni exactione & moleſtia tam in rebus quam in perſonis liberos atque exemptos fore promiſerit, quo ipſo tamen non levia fortunæ Gryphiswaldenſium augmenta adjectum iri facile prævidebat.

[s] Factum id eſt an. 1249. qui decimus qvintus à prima ejus fundatione erat, & quidem menſe Junio uti curioſius annotavit EICKSTED. Epit. Ann. ad h. a. Sed quæ fuerit indoles hujus traditionis, quibusve conditionibus ea ſteterit, non uno ab omnibus Hiſtoricis noſtris modo narratur. RANGO in Pom. Dipl. p. 105. ſcribit quod BARNIMO Duci dono eam dederit Abbas; Ita etiam, quamvis non ſine ſale CRAMERUS Gr. P. K. Chr. L. II. C. 12. Welche Stadt [Gripswald] als ſie ihrem Vater und Ertz-Stiffter dem Abt in kurtzer Zeit an Macht und Reichthum zu ſtarck ward/ und er derſelben nichts mehr gebeſſert/ als S. George ſeines Pferdes/ hat er/ der gnädige Herr Abt/ dieſelbe Stadt 16. Jahr hernach dem Pommerſchen Hertzog BARNIMO I. mildiglich verehret/ und alſo dem Fürſten mit ſeiner eigenen Salbe geſalbet. Alii diu ſuper hac traditione Duces inter atque Abbatem conſilia agitata, tandemque conventum eſſe ut lege feudi urbem acciperent, daß er/ der Hertzog/ ſie vor dem hohen Altar vom Cloſter zu Lehn empfangen ſolte/ ut KANTZOVIUS atque MICRÆLIUS ll. cc. tradunt, inſuperque argenteus nummus ex qualibet domo in documentum gratæ memoriæ quotannis Cœnobio penderetur, ut à KLEMPZEN, KANTZOVIUS & MICRÆLIUS ll. cc. Præprimis hic obſervo, quod alii Wartislao III. alii vero Barnimo I. traditionem illam factam eſſe ſcribunt. Prius tamen majori veroſimilitudine nititur, quia antiquiſſima Civitatis Gryphicæ privilegia, interque ea omnium primum de anno 1250. à Wartislao data ſunt, qui in iisdem cives Gryphiswaldenſes *ſuos burgenſes* vocat, imo *ſuos fideles burgenſes*, ipſam vero civitatem *ſuam civitatem*, *quæ multimoda obſequia & diverſas ſervitutes ipſi exbibuerit & exbibere non ceſſet, quamque proinde ſincero & intimo corde diligat, & adverſus quam ſpeciali dilectione præ cæteris civitatibus regatur*, quæ omnia fortiter loqvuntur Gryphiswaldiam jure ſubjectionis ad WARTISLAUM III. pertinuiſſe. Primum vero quod Barnimus I. impertivit privilegium ipſo demum Wartislai anno emortuali 1264.

Digitized by Google

tur *Gryphiswaldia* ab Abbate Hyldenſi, cujus imperium paulatim con-
Q temne-

1264. & quidem, quod expreſſe in eodem innuitur, *poſt mortem illius* conſignatum eſt. Wartislao igitur defuncto Gryphiswaldia cum omni citeriori Pomerania ad unum Barnimum pervenit. Videtur quidem iſtis contraria prodere MICRÆLIUS L. VI. p. 570. ſub voc: Greiffswald verbis: Darumb hat nachmahls (da die Mönche der Stadt nicht mehr mächtig ſeyn konten) Hertzog Wartislaus III. und nach deſſen Tode Herr Barnimb mit den Abt zu Eldenow gehandelt/ daß er ihm ſie (die Stadt) übergab ꝛc. Minime vero hic mentem MICRÆLII eſſe exiſtimo, quod negotiatio de tradenda urbe in longum prolata & poſt obitum Wartislai demum ad finem perducta ſit, ſed reſpicit MICRÆLIUS mea opinione ad jus feudi, quod Abbas ſibi reſervaverat, & vi cujus Wartislao exſtincto Gryphiswaldia ad illum tanquam ad Dominum feudi recidebat, ut omnino novis negotiationibus novoque fidelitatis juramento opus eſſet antequam hæreditatem illam adire Barnimus poterat. Qvippè in recenti tunc vigore adhuc fuit transactionis cum Abbate initæ obſervatio, quare his temporibus cives etiam Gryphiswaldenſes ab annua ſua penſione nondum immunes fuiſſe arbitror, ſed Barnimus an ultimus habendus, qui inveſtituram illam ſuſcepit, alii videant. Dolemus hic jacturam chartophylacii monaſterii Hyldenſis cujus æque ac inſignis Bibliothecæ conſervationi tempore reformationis ut plus impenſum fuiſſet curæ magnopere vellemus. Tum enim ex ipſis harum rerum monumentis facile id expediri atque intelligi poſſet, quando & nexus ille feudalis diſſolvi & Gryphiswaldenſium contributio abrogari cœperit. Sed nunc inane iſtud eſt votum, & ſatis jam facere debet curioſis rerum antiquarum ex Chronicis noviſſe, quod in deſvetudinem tandem utrumque abierit. De filiis Barnimi *BUGISLAO IV.* cui citerior obtingebat Pomerania, & *OTTONE I.* ad quem Ducatus Sedinenſis perveniebat non amplius reperio in Hiſtoriis noſtris, quod *Gryphiswaldiam* Hyldenſis Eccleſiæ feudum recognoverint, ſed propterea factum id eſſe non negaverim. Saltem de BUGISLAO in cujus ditione vi inſtrumenti diviſionis terrarum de an. 1295. Gryphiswaldia fuit, conſtat, quod ab ejusmodi contractu non abhorruit aut dedecori ſibi duxit, ab altari Eccleſiæ alicujus feudum recipere. Teſtantur id literæ conventionis cum Abbate Belbucenſi ſuper poſſeſſione urbis Treptoæ ad Regam an. 1285. (qui erat ſeptimus à morte Parentis) ſolenniter initæ, in quibus apertè declarat, *ſe mediam partem civitatis illius cum medietate omnium proventuum - ab altari b. apoſtolorum Petri & Pauli Eccleſiæ prædictæ* (Belbucenſis) *recepiſſe in VERUM FEUDUM ET LEGALE, ſeque præſtitiſſe & hæredes ſuos præſtituros eſſe Abbati, Conventui & Eccleſiæ FIDELITATIS JURAMENTUM.* Crederem igitur non recuſaſſe Bugislaum Eccleſiæ Hyldenſi facere, quod Belbucenſi etiam lubens præſtare non dubitavit.

Mea

Digitized by Google

temnere cœperat, in poteſtatem Ducum Pomeraniæ & tradita quocunque fieri poterat modo, ad majores opes evehebatur, nec quicquam ea propter moventibus Rugianis. Neque magis Pomerani miranda *Stralſundiæ* incrementa limis oculis adſpiciebant. Inter DOBSLAVUM Rugiæ Principem (t) collateralis lineæ, cujus patrimonialis Provincia (u) Tractus *Griſtrovienſis* erat, & Abbatem prædictum non ſatis conveniebat de terrarum ſuarum (w) limitibus, verum hæ lites, antequam publica vulnera darent, (x) componebantur. *Comitatus Gutzkovienſis* cum (y) *caſtro Lutitiorum* in poſſeſſione Pome-

Mea opinione vinculum illud feudale minimum ad interitum usque familiæ Principum Rugiæ indigenarum duravit. Sub obtentu enim ſuperioritatis Eccleſiaſticæ ab omnibus prætenſionibus atque moleſtia Rugianorum Pomerani ſibi videbantur in tuto eſſe.

[t] Filius is erat BARNUTÆ & nepos JAROMARI I. fratresque habebat Jarislaum & Johannem.

[u] Ut probatum hoc dedimus ad §. I. hujus Per. not. [b].

[w] Reſpice ad §. I. hujus Per. not. [b] coll. §. II. not. [o] atque commentationibus quæ in appendice ad Dipl. Dubslavi de an. 1249. adjectæ ſunt.

[x] Vi Diplomatis modo dicti de quo vide ſis append. l. c.

[y] Caſtrum Lutitiorum una cum adjacente oppido JAROMARI II. temporibus nondum ad Rempublicam Rugianam rediiſſe, ſed Pomeraniæ Ducibus adhuc paruiſſe probæ fidei monumenta evincunt, & à KLEMPZEN Chr. Manuſcr. diſerte teſtatur: quod in diviſione terrarum inter Barnimum I & Wartislaum III. *Caſtrum Lutitiorum* Patrimonio ultimi hujus adjectum fuerit: Wartislao wäre das Land zu Loitz/ Großſchwein und Demmin zugefallen. Qvinimo habuit oppidum Lotizenſe una cum adjacente agro peculiares ſibi Dominos, qui conſveto etiam Magnatiſmo illo: *Nos Dei gratia*, in literis ſuis uſi ſunt. Produnt hoc duo rariſſima monumenta antiqvitatis, de an. 1267. quorum alterum in urbe Gripeswolde inſignitum Tranſactio eſt inter *WERNERUM Dei gratia, nec non & Fratrem ſuum HENRICUM milites STRENUOS DOMINOS TERRÆ LOZIS & Burgenſes* (de) Gripeswold ſuper telonio quod illi hactenus in oppido ſuo ac territorio exegerant, hi vero ſolvere recuſaverant, unde diuturna inter utrosque diſcordia & controverſia orta erat. In iſtis literis Domini illi de *Lozis BARNIMUM*, quem titulo *venerabilis Ducis Dijminenſis & totius Sclaviæ* mactant, diſerte *DOMINUM NOSTRUM* vocant, aperto teſtimonio quod oppidum atque ditionem ſuam jure feudi à Duce Pomeraniæ tenuerint. Alterum eſt BARNIMI Ducis confirmatio in villa Tutyn data, qua tranſactioni illi robur addit, ipſosque Dominos

Digitized by Google

Pomeranorum perſiſtebat, omniaque ab ea parte ſatis pacata erant. At non eadem qua Mecklenburgum ſpectat tranquillitas fuit. Hic enim de confinio utriusque ditionis (z) diſcrimina orta JAROMARUM movebant, ut mature ſecuritati Provinciæ ſuæ proſpiceret. Ita *Damgardum* quod antea villa fuerat, in oppidum (a) erigebatur,

Q 2 edi-

nos eos terræ *Löſitz* (uti quidem hic legitur) ſibi *FIDELES*, i. e. *Vaſallos ſuos* appellat, ſuaque *ORDINATIONE* conciliationem illam initam eſſe declarat, novo argumento quod nexu clientelari ipſi cum Dominio ſuo ſubjecti fuerint.

[z] An. 1258. Svaſu atque inſtinctu Chriſtophori Regis Danorum has rixas concitatas eſſe non dubito. Jam enim ille Rugianos pro hoſtibus habebat, ex quo Epiſcopi regni ſui, quibuscum diu multæ ipſi ſimultates fuerant, *JAROMARI II.* tutelæ ac patrocinio ſe commiſerant, atque hic etiam partes eorum ſvaſu & adhortatione Pontificis *ALEXANDRI IV.* in ſe tuendas ſuſceperat. Qvare callido uſurus conſilio ut conatus Rugianorum à ſuis averteret Provinciis à latere hoſtes excitare annitebatur, ratus ſic domi inventuros, quod agerent, rerumque Danicarum depoſituros curas. Mecklenburgici enim Principes & Werlani Domini, prodente HOJERO in den kurtz gefaſten Dännem. Geſchichten p. 44. not. [z] fidelitatis vinculo Danis obſtricti erant. Sed hac ſpe tum quidem Rex fruſtratus. JAROMARUS enim his turbis brevi manu expeditis, quod ſemel conceperat de Dania oppugnanda conſilium ſtrenue exſeqvutus, ubique de hoſtibus triumphabat rebusque per Selandiam, Bornholmiam atque Scaniam fortiter geſtis inter ampliſſimos triumphos domum redibat.

[a] Anno 1258. vi literarum fundationis Stralſundiæ exhibitarum. Nomen urbe multo antiquius. Nam ipſo illo loco, quem poſtea oppidum occupavit, cortem, ein Acker-Hoff/ antea fuiſſe nomenque Damgarten jam geſſiſſe dictæ literæ teſtantur, verbis uti ex Latino avtographo in Germanicum idioma transpoſita ſunt: Begaben derowegen alle und jede Einwohner vorgedachter Stadt mit demſelben/ was in den Gräntzen zwiſchen der Schlichte-Möhl und Sale / gegen dem Meer gelegen/ mit den Aeckern beyder Ackerhöfe *Damgarten* und *Pütenitz* zu ewigen Zeiten zu beſitzen ꝛc. Multis in hoc Diplomate privilegiis atque donationibus novum oppidum inſignitur, ut facile appareat non ignobilis tantum vici, ſed inclytæ aliquando futuræ urbis fundamina ſe poſiturum ſperaſſe Jaromarum, convenienter ſcribente KLEMPZENIO ad h. a.: Der Fürſt von Rügen Jaromer - hatte an die Recknitz einen feſten Thurm gebauet zur Wehr des Landes/ und fort ufgeleget den Flecken Damgart/ der Meynung / daß mit der Zeit eine Stadt und Beſtung daraus werden ſolte. Sed ſpei optime Patriæ Patris eventus haud reſpondit, ſicut mox ſubjicit idem ille Hiſtoricus, aber es iſt ſeithero noch nicht viel weiter gedien/ denn etliche Jahr hernach iſt es vom Marggraſen Otten Pilemann wieder in Grund gebrochen / und darnach ſchwerlich wieder gebauet worden.

Digitized by Google

editaque turri, quæ hodienum ſpectatur, pro more iſtius Seculi (b) muniebatur. His peractis, quod hactenus paraverat in Daniam, bellum ſuſcipiebat, tantaque felicitate proſequebatur, ut Danorum rebus, quocunque venerat, proſtratis, inſulam *Bornholmiam* armorum vi occupatam, aut omnino aut ex parte dominio ſuo (c) adjiceret.

worden. Utique noſtra ætate ultra magnitudinem oppiduli nonexcrevit. De origine vocabuli *Damgarten* ſit ne illud Slavicum an vero germanicum, diſputatum eſt ad §. XVII. Per. I. not. [g].

[b] Hac ratione fines terrarum ſuarum ab ea quidem parte adverſus Danorum & Mecklenburgicorum molimina munivit, ut tuto à tergo omnia relinqueret in Daniam moturus. Tantum enim aberat, ut Jaromarus ab illa expeditione, uti fore putaverant hoſtes, abſtrahi ſe pateretur, ut potius in mediis iſtis turbis omnia ad eandem pararet, domique rebus ſuis compoſitis an. 1259 ingenti claſſe in Daniam profectus longe lateque, ut modo commemoravimus, Daniam vincendo peragraret.

[c] Provoco hoc probaturus ad Diploma Daniæ Regis *ERICI VII.* apud HUITFELDUM in Chr. Dan. obvium, quo an 1303. *Neoburgi* [zu Nyborg] ISARNO Archi-Epiſcopo Lundenſi Tractus *Rothne - berrit*, i. e. urbs *Rothna* Bornholmiæ una cum circumjacente Provincia confertur. Hic diſerte fatetur Rex, quod Uffo (quidam ex Magnatibus Daniæ 1293. defunctus) bona ad hunc Tractum pertinentia, cujus & eo tempore hæredes illa adhuc poſſidebant, emtione ſibi comparaverit: emiſſe autem à Witzlao III. an. 1277. ad meliorem dictorum Regis intelligentiam ſtatim HUITFELDUS ſubjungit, verbis: Her Johannis Uffoſön haffner dog ſiden affhendet aar 1237. Rodne oc Rodenherret til Erckelbiſp Carl / oc Hans Fader Kiöbte det aff Herring Witzſchlaff aff Rügen aar 1277. Hoc igitur Danici Scriptoris teſtimonio patet, quod Provincia Rothna in dominio WITZLAI III. fuerit, ſed unde eam habere potuit niſi JAROMARI parentis armis acquiſitam? Dices, Jaromarum forſan emtionis aut hæreditatis jure jam poſſediſſe bona illa atque ad Witzlaum filium tranſmiſiſſe. Verum obſtat Danorum relatio de infauſto exitu belli, quod Jaromarus cum Danis geſſerat, quominus id dicere liceat. Si enim, ut illi tradunt, in ipſo armorum curſu manu fœminæ interiit, neque totam Bornholmiam neque partem Inſulæ ejus in fide Rugianorum perſtitiſſe probabile erat. Ipſa igitur rerum ratio ſvadet, ut domeſticis teſtimoniis fidem adhibentes pro indubitato ſtatuamus, victorem rediiſſe JAROMARUM atque *Bornholmiam* ſi non univerſam, Tractum tamen Rothnenſem victoriarum fructum reportaſſe. Poſſedit WITZLAUS III. præter hæc perplura alia bona in Dania, teſtante tranſactione, qua an. 1310. ERICUS VII dimidiam terræ *Gnoijenſis* partem pro 2000. marcis puri argenti Witzlao IV. tradidit, quamque exhibet HUITF. l. c. ad

ret. Nec dubium quin cuncta domi ut à parente hæreditatis lege ad illum (d) pervenerant, ſub imperio quo feliciſſimo utebatur

 in

ad d. a. neque putes omnia oppignorationis jure tantum poſſediſſe, nam præter oppignorata permulta alia habebat. Hinc WITZLAUS IV. in dicta transactione ad reddenda omnia illa, quæ alio quam oppignorationis titulo hactenus ad ipſum pertinuerant, ſe obligat. Der imod/ ſunt verba contractus, effterlader Hertug Witzlaff hannem alt Gods i Danmarck Kongen paa taler / undertagendis hues hannem pantſat er. Arbitror igitur JAROMARUM II. expugnata Selandia aliisque Danici regni provinciis vi pacis ſubſecutæ multa ſibi bona in compenſationem ſumtuum bellicorum obtinuiſſe atque ad poſteros proprietatis hæreditariæ lege transtuliſſe.

[d] Pervenerant vero jure hæreditatis ad illum in terra continenti Tractus Bardenſis, Grimmenſis atque Tribuſeanus, hos enim Pater WITZLAUS I. juxta §. II hujus Per. pleno dominio poſſederat. Incidit in iſta JAROMARI II. tempora donatio quædam Ducum Saxoniæ JOHANNIS I. & ALBERTI II. quæ Tractum Tribuſeanum à ditione Principis Rugiani eximit, & Eccleſiæ S. Mariæ Sverinenſi cum omni proprietate adjudicat. Inſtrumentum ipſum hujus donationis, quod an. 1261. die 11000. virginum datum eſt, exhibet Magnif. Dn. WESTPHALIUS *in ſpecimine Introd. in Hiſtoriam finium Pomeranicorum* p. 12 Sunt verba huc facientia: *Omnibus in perpetuum notum eſſe volumus, tam præſentibus, quam futuris, quod nos ob reverentiam Dei & ſalutem animarum noſtrarum Eccleſiæ S. Mariæ genetricis Dei & B. Johannis Evangeliſte in Sverin TERRAM TRIBUSES PROUT TENDITUR IN STRALESUND conferimus CUM OMNI JURE, JUDICIO, SERVITIO ET UTILITATE SI QVA NUNC EST ET IN POSTERUM ESSE POTERIT, ita tamen quod memoria felices recordationis patris noſtri Ducis Alberti ſicut Ducis Henrici fundatoris dicte Eccleſie & noſtra poſt mortem noſtram cum devotione annis ſingulis peragatur, UNDE DICTAM TERRAM AD MANUS IMPERII AD UTILITATEM SUPRA DICTE ECCLESIE LIBERALITER RESIGNAMUS.* Sed hoc Diploma analogiæ Hiſtoricæ omnino contrarium eſt, rerumque monumentis indubitatæ certitudinis pro invalido declarari poteſt Supra Æt. hujus Periodo I. §. IV. ſeqv. evictum eſt, quod antiqviſſimis GRIMI atque CRITONIS temporibus Provincia Circipana, cujus & Tractus Tribuſeanus pars erat, ad Rempublicam Rugianam ſpectaverit. Circa an. 1147. imperante TETZLAVO Principe RATIBORUS I WARTISLAI I. frater & filiorum illius BUGISLAI I. & CASIMIRI I. Tutor Pomeranorum imperio eandem ſubiiciebat, vid. ejusd. Æt. atque Periodi §. XV. coll. not. An. circiter 1164. HENRICUS Leo omnem hanc Provinciam occupabat, non tamen qua dominium utile ſibi retinebat, ſed uti in ſpiritualibus jurisdictioni Epiſcopatus quem an. 1170. Sverini inſtituerat, adjudicaverat, ita certis ex

in tuto manſiſſent, niſi Stralſundenſes miris fortunarum ſuarum incre-

ex illa villis, decimis atque proventibus annuis eidem deſtinatis in temporalibus *BOGISLAO I.* Pomeraniæ Duci, cui erepta erat, redditam jure feudi ſubeſſe jubebat, vid. Æt. atque Periodi cit. §. XVI. not. [p] coll. HENRICI L. Dipl. fundat. Eccleſiæ Sverinenſis de an. 1170. & confirmatione ALEXANDRI III. Pontif. de an. 1177. cujus utriusque in Append. illuſtratio dabitur. Hic rerum ſtatus ad an. usque 1178. duravit. Tunc enim fortisſimus JAROMARUS I. armata manu poſtliminio eam recipiebat, vid. æt. atque Periodi cit. §. XVII. not. [m] Recuperatum poſtea à Pomeranis *Lutitiorum caſtrum* cum *Comitatu Gutzkovienſi*, ſed reliqua pars *Bardenſis*, puta *Grimmenſis* & *Tribuſanus* Tractus perpetuo vinculo Principatui Rugiano inſerta, vid. Æt. I. Per. II. §. II. not. [m]. Eodem igitur jure armorum, quo RATIBORUS olim & HENRICUS L. abſtulerant iſtas terras, adeoque optimo JAROMARUS I. easdem ſibi ac genti ſuæ repetiit. Nec unquam HENRICUS Leo, etſi his rebus ad an. usque 1195. ſupereſſet, aut aliquid reſidui juris in illam urſiſſe, aut hoſtili animo quicquam moviſſe legitur; quinimo ſuis etiam poſſesſionibus Epiſcopatum Sverinenſem (exceptis illis quas pietas Jaromari ipſi confirmaverat) tunc excidiſſe, vel inde liquet, quod in COELESTINI III. Pontificis confirmatione, quæ an. 1191. cum omnis jam Provincia ad Rugianos reducta eſſet, emanavit, ne unicus quidem ex illa locus apparet, claro, ut mihi videtur, indicio, multo diverſum tunc temporis Provinciæ hujus ſtatum atque dominium fuiſſe, ab illo, qui circa an. 1177. quo ALEXANDER III. ſuam publicabat bullam, obtinuerat. In hac enim & terra *Püttenſis* & plura alia loca Provinciæ Circipanæ eidem Eccleſiæ confirmantur, de quibus omnibus autem in COELESTINI bulla altisſimum eſt ſilentium. Hinc vero cuilibet facile pateſcit, quam omninò nullum Ducibus Saxoniæ Aſcaniis JOHANNI I. & ALBERTO II. circa an. 1261. in iſtam terram jus competierit, poſtquam Principes Rugiani per 80. & quod excurrit annos in tranquilla poſſesſione fuerant; HENRICUS enim Leo Circipanam Provinciam jure armorum non vero feudi imperialis tenuerat, ipſeque eandem in Dipl. fundationis citato accenſet hæreditati quam *gladio & arcu* ſuo qvæſiverat. Undè FRIDERICUS Barbaroſſa Saxoniam quidem in Aſcanios non vero ſimul & illam aut ſaltem jus aliquod in eandem transferre potuerat. Puto igitur Diploma illud donationis Saxoniæ Ducum etſi ſit genuinum, irritum tamen fuiſſe ac inefficax, eoque magis puto, quod Princeps Rugianus WITZLAUS III. an. 1285. jura civitatis Tribuſeæ impertivit, eoque ipſo poſt donationem illam Saxonum dominii ſui in iſta regione ſpecimen dedit, quod exemplum & filius WITZLAUS IV., & hujus Succesſores Pomeraniæ Duces conſtanti uſu ſecuti ſunt. Vana igitur, niſi omninò nulla erat donatio illa *dominii directi* in Cis-Marinum Rugiæ Principatum, quam Epiſcopus Sverinenſis JOHANNES GANSIUS à Ducibus Saxoniæ

HEN-

Digitized by Google

incrementis pauliſper (e) elati multis rebus novatis Lubecenſium nova

HENRICI L. Succeſſoribus Epiſcopatui ſuo factam, an. 1325. contra WARTISLAUM IV. Pomeraniæ Ducem, WITZLAI IV. ultimi Rugiani Principis legitimum Succeſſorem allegabat, cujusque ille titulo quicquid in terra continenti Rugianorum Principum fuerat ſibi arrogare, denique cum WARTISLAO IV. imparem ſe cerneret in Duces Megapolitanos & Dominos Werlæ jure quod affectaverat fruſtra translato vid. CHYTRÆI Saxon. L. V. p. 135. Nec levem errorem PIRCKHEIMERUS committit, quod in opp. ſuis Hiſtoricis à MELCH. GOLDASTO edit. p. 101 aſſerat: *Pomeraniam* (quo nomine Circipana potisſimum intelligi videtur) *antiquorum Saxoniæ Ducum præcipue Lauenburgicorum ditionem fuiſſe*, merito eo nomine à Cl. SCHURTZFLEISCHIO in Origg. Pom. notatus, conf. Per. III. hujus Ætat. §. I. not. [b].

[e] Ne noſtrates quidem Hiſtorici hanc culpam Sundenſium diffitentur, utut primæ cladis omne delictum in ſolos Lubecenſes rejecerant, eo ipſo oſtendentes, quam procul à partium ſtudio aut patriæ inſulſo favore ſcriptio ipſorum remota ſit. EICKSTEDIUS Ep. Ann. ad an. 1277. hac utitur relatione: *Id temporis Stralſundenſes & opibus & potentia mirifice creſcebant, ſed æqua mente commoda ferre neſcii, luxuriabant animis, rebus ſublati proſperis & ſecundis adeo ut exactionibus noviſque vectigalibus finitimos gravare & proterere tentarent.* Nec ſoli Lubecæ offenſioni fuerant, quare non abs re eſt, quod exiſtimat idem Scriptor Lubecenſes & proprio & aliarum etiam maritimarum urbium inſtinctu, nomine & auxilio hanc expeditionem ſuſcepiſſe. *Quare* (poſt modo allata pergit) *inducti fortaſſis etiam ab aliis civitatibus impulſi adjutique Lubecenſes an. 1277. urbem Sundium derepente obruerunt.* KLEMPEZNIUS non magis diſſimulat Stralſundenſium culpam addens, quod moniti nequidem ad ſaniora conſilia redire voluerint, neque (pesſimum ſecuritatis exemplum) ad repellendam vim hoſtium animos convertere. Die Stadt Stralſund im Lande zu Barth / inquit, hat in kurtzen Jahren ſehr zugenommen/ alſo/ daß ſie von groſſen Reichthum begunten zu ſtoltziren / und legten den Lübſchen und andern Fremden in ihre Stadt viel ungewöhnlichen Zoll und Bürden auf / und wolten auf Ermahnung und Bitte der von Lübeck das nicht abſtellen/ ſondern gaben ihnen ſtoltze und pochende Antwort / des haben ihn die von Lübeck entſaget/ ſo ſchickten ſie ſich dennoch nicht mehr zur Feſte. Cæterum in determinando anno, quo contigit Stralſundiæ iſthæc calamitas, non eadem Hiſtoricorum mens eſt. EICKSTEDIUS l. c. ad an. 1277. refert, hanc ſequitur & MICRÆLIUS L. VI. p. m. 555. Sed KLEMPZENIUS annumerat geſtis anni 1273. eique EICKSTEDIUS quaſi ſibi ipſi non ſatis conſtans in annalibus accedit. Alii ſecundam hanc incurſionem Lubecenſem, quam fortè cum prima confuderunt, aut pro una eademque habuerunt, plane omittunt, quod

Digitized by Google

nova primum odia, deindè improviſa, ut antea, arma provocaſſent, atque ſic tertiam illamque antecedentibus multò funeſtiorum cladem ſibi contraxiſſent. Nunc enim & ædibus, quibus olim pepercerat hoſtilis impetus, igne (f) exuſtis omnibus, cumque vix reparatæ eſſent, novo incendio miſere deletis, res propè deſperationi eſſe videbatur. Jamque in eo erant incolæ ex priſtino fortunæ faſtigio nunc omnino dejecti ut alibi ſedibus (g) conſtitutis, fatorum

quod facit MICRÆLIUS Lib. III. ubi in Hiſtoria horum temporum verſatur. MATTH. STEINGREBER in Chronographia ſive Jahr-Rechnung der Pommerſchen Chronic. an. 1574. Manuſcr. CRANTZIUS in Vandalia.

[f] Totum militaris furoris exemplum ita EICKSTEDIUS l. c. narrat: *Lubecenſes an. 1277. urbem Sundium derepente obruerunt, eaque omnibus bonis ac mercibus crudeliter ſpoliata, ignem ædificiis intulerunt* & KLEPMZENIUS ad an. 1273: Demnach ſandten die von Lübeck im Jahr 1273. heimlich/ wie ſie ehemahls auch gethan hätten/ Schiffe und Leute aus/ und lieſſen die Stadt abermahls unverſehens überfallen/ plündern und ausbrennen. Simulque adjicit, quod Princeps Rugianus & Sundenſes non paſſi ſint impune id ferre Lubecenſes: Darumb denn der Fürſt von Rügen und die Bürger lange Feindſchafft hatten mit den von Lübeck/ quibus vero pax conditionibus tandem coaluerit, non invenio.

[g] KLEMPZENIUS: So bauten auch die Bürger wieder/ da erſtund nicht lange hernach ein Brandt von ihren eigenen Feuer/ dadurch die Stadt abermahl ausbrandt/ alſo/ daß die Bürger zag wurden/ die Stadt wieder zu bauen. Cauſam hujus incendii EICKSTEDIUS l. c. inde derivare videtur, quod poſt cladem Lubecenſem ligneis atque ſtramineis tectis reædificata urbs fuerat. Quemadmodum autem fortuna plerumque unius calamitatem in alterius commoda vertit, ita hic quoque ruinam qua Sundia oppreſſa erat, Gryphiswaldiæ non exigua incrementa addidiſſe volunt. Non dicam nunc de commerciis, quæ ſine dubio, cum Stralſundiæ ſubruta eſſent, eo frequentius Gryphiswaldiam commigrarunt. Incolas etiam miſeræ urbis tot iteratis caſibus percitos magno numero tunc temporis huc conceſſiſſe, atque occidentalem urbis partem, quæ novæ civitatis inde ſortita eſt nomen, veteri quæ jam tum fuerat adjeciſſe tradunt. Neque mihi damnanda videtur iſta traditio, cum analogiæ Hiſtoricæ optime conveniat. Namque non tantum domeſtica Gryphicæ civitatis monumenta confirmant in *antiquam* & *novam* diſtinctam fuiſſe urbem, ultimamque hanc à platea canum der Hunde-Straſſe (quæ veteri adhuc annumerabatur) orſum cepiſſe, ſed inſuper etiam labente Sec. XIII. in quo geminata illa calamitas Sundiam deſtruxit, initia illius jam facta fuiſſe oſtendunt. An unquam vero ad umbilicum ſit deducta, dubitant. Volunt enim, novos iſtos hoſpites, ubi viginti annis poſt Sundiam ſuam reædificari perceperant ob majorem negoti-

Digitized by Google

rum quæ perpeſſi erant, ſolatia quærerent, cum repente mutato conſilio à Batavis nummos (h) fœnerati, qvartum reſtaurare adorti urbem, & quæ hactenus (i) luteæ fuerant, cocto lapide (k) domus exſtruere. Ex cineribus itaque ſuis ad inſtar Phœnicis honeſtiori illa forma quæ hodie ſpectatur reſuſcitata variisque fortunæ caſibus (l) jactata in Patriæ ornamentum ad noſtram ætatem perduravit. (m)

R Domi-

gotiandi opportunitatem, ne hic quidem omninò perfectis quas moliti erant novis ædibus illuc ſe recepiſſe. Acceſſere circa medium Secul. XV. varia in hac parte civitatis incendia multaque ædificia conſumſerunt, ut nunquam ad juſtum ſplendorem efferri potuerit. Hodiè certè quæ nova audit civitas antiquæ faciem offert caſis, mapaliis, pomariis atque ruinis ædium quam domibus multo frequentior.

[h] Vid. omnino KLEMPZ. ad an. 1273.

[i] Lignum atque lutum antiqvisſima urbium noſtrarum imo & Principum palatiorum materies fuit. Qvoties igitur de primis, præſertim Vandalorum atque Slavorum urbibus *Wolgaſto, Dimino, Gutzkovia* aliis, aut ſermo incidit aut cogitatio, non aliam quam quæ huic materiæ convenit, ideam formare fas erit. Ne ipſum quidem *Julinum* excipiendum putaverim, hinc tam penitus deleta eſſe rudera ejus exiſtimans, ut ne veſtigia quidem urbis appareant, quod longe ſecus foret, ſi lapide fiſſo aut latere cocto atque coemento ſtructum fuiſſet. Solam *Winetam* auguſtioris formæ fuiſſe veneranda antiqvitatis fama, ipſaque ſub aqvis ſepulta, ſed receſſu maris ſæpè curioſis ſpectata rudera perſvadent. Nec quicquam celebritati urbium inde decedit. Vel Romam orbis caput ſimili exordio cœpiſſe conſtat.

[k] Et communi tunc decreto edictum ſcribit EICKSTEDIUS l. c. ne cui amplius ullam domum intra urbis mœnia ſtramine contegere jus fasve eſſet.

[l] Qvatuor, ex quo floruit, obſidionibus, quas omnes fortiter tulit, maxime inſignis eſt facta 1.] 1316. à Witzlao ultimo ſuo Principe indigena multisque confœderatis illius. 2.] 1628. à Friedlandiæ Duce Wallenſteinio. 3.] 1679. à FRIDERICO WILHELMO Brandenb. Electore immortalis memoriæ Heroe. 4.] 1714 adeoque noſtra memoria à ſereniſſimis Regibus Daniæ, Poloniæ atque Borusſiæ cum iſtis hoſtibus victorias ex æquo partita eſt: bis hoſtium fortiter repreſſit inſultus, bis fato jubente vi fortiori ſuccubuit.

[m] Illuſtre hujus Dominii documentum præbet pactio hæreditaria inter *JAROMARUM II.* & *BORANTONEM* nobilem Baronem de Borantenhagen, quem fulgidisſima *PUTBUZIANA DOMUS* inter præcipui nominis majores numerat, an. 1249. 16. Cal. Junii inita, qua non tantum terras *Borantenhagenſes*, *Vijſlmenitzenſes* cum tertia parte *Yasmandiæ* ſed & *MARE SALSUM* prædictas terras & bona ubique attingens in patrimonium *BORANTONI* conceditur.

Digitized by Google

Dominii maris non tantum eadem, quæ ſub Patre, ſed eminentior etiam facies fuit, claſſibus enim tantum valebat, ut per Daniam quoque victricia arma (n) circum ferret.

ÆTATIS PRIMÆ.

Periodus tertia ab ineunte regimine WITZLAI III. *usque ad mortem filii & Succeſſoris* WITZLAI IV. *& ultimi ſ. ab an.* 1283. - 1325.

§. I.

Poſt (o) JAROMARUM II. cum filius WITZLAUS hoc nomine III. ad Rempublicam acceſſiſſet, *caſtrum & Dominium Lutitiorum* ſub poteſta-

[n] Vid. HUITFELD Chr. Dan. ad an. 1259. HOJERUS l. c. ſub ERICO Glipping ſ. VI. aliique rerum Dan. Scriptores, conf. not. (r) hujus §.

[o] Et de tempore & de genere mortis, qua JAROMARUS II. occubuit, diverſiſſima Danorum & Pomeranorum relatio eſt. Dani an. 1259. cum Selandia & Bornholmia inſulis debellatis, Scaniam bello proſequeretur, à vetula quadam nimiis exactionibus illius in furorem abrepta, cultro transfoſſum contendunt, vid. HUITFELD l. c. ad h. a. HOYER l. c. ſub ERICO Glipping. Autor incertus Chr. Silandiæ an. 1260. interiiſſe ſcribit. Pomerani autem triumphis ornatum, prædaque onuſtum ad patrios lares reducem factum & ad annum 1282. vitam protraxiſſe ſcribunt. Dani, quod voto diu expetiverant, pro vero facto venditaſſe, poſteriſque divinæ vindictæ exemplum adverſus Daniæ hoſtes in JAROMARO voluiſſe offerre videntur. Pomerani quod res eſt ſcripſerunt. Eſt in manibus meis Diploma ad §. IV. Periodi II. hujus æt. not. [r] jam memoratum, quod JAROMARUS an. 1260. *Vileminitz* in Rugia, & aliud de ſtagno Püttenſi deque nonnullis molendinorum aliquot juribus quod an. 1281. dedit. Superavit igitur vivendo annum 1259. neque ſuperavit tantum, ſed & in Rugiam ſuam reverſus eſt. Quinimo anno 1283 adhuc ſuperſtitem fuiſſe, ex Diplomate alio hujus ipſius anni, quod nomen illius præfert, & in codice diplomatico ſcriniis Provincialibus Rugiæ bonis avibus nuper reddito N. VIII. obvium eſt fidenter expono. Multis Danici Scriptores ob præmaturam, quam ſibi imaginantur JAROMARI mortem erroribus aliis implicantur, de quibus amplior dicendi occaſio dabitur, *in commentatione Hiſtorica de familia Principum Rugiæ*, in einer kurtzen Hiſtorie des uralten Hochfürſtl. Rügianiſchen Hauſes / quam Deo vitam & ſubſidia concedente edendam paro.

Digitized by Google

teſtatem Rugianorum (p) rediit, adeoque Principatus cis-marinus,

paro. Nunc obſervandum reſtat, quod JAROMARUS majorum imitatus exemplum filio aliquot ante obitum annis Rempublicam adminiſtrandam tradiderit. Apparet hoc ex Diplomate donationis, qua *WITZLAUS III.* jam an. 1278. adeoque vivente adhuc parente clauſtro Bergenſi villam *Vijreÿe* æterno jure concedit, vid. idem Codex Dipl.

[p] Qvo anno, quave occaſione caſtrum *Loitz* cum adjacente terra Rugiano Principatui redditum ſit, monumenta omnia, quotquot ego inveni, ſilent. Concludo inde bello repetitum non eſſe, ſed pactionibus reſtitutum. Certa fide conſtat an. 1292. jam iterum in poteſtate Rugianorum fuiſſe. Teſtantur enim Pomeraniæ Duces fratres *BUGISLAUS IV.*, *BARNIM II.* & *OTTO I.* in Diplomate hujus anni, quo civitatem Demminenſem opulenta ditione ditarunt, verbis: *Termini vero dictæ civitatis taliter diſtinguuntur videlicet de Vado villæ* Brunſov *ſupra* Babitz, *exinde ſupra* Penam, *inde deſcendo* per Penam *USQVE AD DISTINCTIONES ET TERMINOS DOMINI WITZLAI*, *PRINCIPIS RUJANORUM*, *inde directe per mediam paludis* Crotznitz *ſupra Treble USQVE AD METAS PRINCIPIS JAM PRÆDICTI.* Et poſt nonnulla interpoſita: *Proprietates etiam harum villarum Ruſtow, Rantekow, Metle, Woteneke, Seedorp, Thoze, Wolguardusdorp, Noſſendorp, Dronnevitz, Dummerdorp, cum omni jure - donare decrevimus.* Jam vero Demino proficiſcenti & per *Penam* ſecundo flumine deſcendenti, primum à Demminenſi, *Loijzenſe* obvium eſt territorium, ſequitur igitur, cum ab ea parte Principis *WITZLAI* diſtinctiones atque terminos Deminenſium ditio contigit *Dominium Lutitiorum* eo jam tempore quo hæc ſcripta ſunt ad Principem *WITZLAUM* pertinuiſſe. Præterea cum ex villis nominatis RUSTOV (cujus *Pena* agrum alluit,) & SEEDORP *Loijzenſi ditioni* proxime adjacent, nullus dubito affirmare in iſtarum confinio limites Principatus Rugiæ hac in regione ducendos eſſe, ita quidem ut quæcunque verſus orientem ab agro dictarum villarum ſita ſunt, ad illum referenda veniant. Qva vergit in occidentem, itidem *metas* ſive terminos Principis *WITZLAI* territorium Deminenſe contigiſſe, imo *ſupra*, h. e. ultra *Trebelam* contigiſſe docemur. Hinc 1.] liquet, Provinciam *Tribuſeanam* quæ huc pertingit ad Principatum Rugianum, non vero ad Epiſcopatum Sverinenſem ſpectaſſe, novoque proinde teſtimonio demonſtratur, quam nullius valoris donatio illa Ducum Saxoniæ fuerit, de qua ad Per. II. hujus æt. §. IV. not. [d] prolixius expoſui. 2.] Probari inde poteſt Principatum Rugianum *Trebela* haud ita incluſum fuiſſe, ut non & ultra hunc amnem nonnulla ſibi vindicaverit. Porro quod iſtis temporibus *Dominium Lutitiorum* Rugianis ſubmiſſum fuerit, Inſtrumento diviſionis innititur, quo Duces Pomeraniæ BUGISLAUS IV. & OTTO I. poſt fata tertii fratris BARNIMI II. terras patrias inter ſe partiti ſunt. Nulla ibi fit mentio hujus Domi-

qua Pomeraniam ſpectat majori finium ſuorum ambitu *Penam* iterum amnem (q) contingere cœpit. Ad confinium Mecklenburgicum ultra etiam *Trebelam* in *palude Sülzenſi* dem Sülter-Mohr (r) caſtro aditum terræ noſtræ firmatum inſuperque *Tribuſeam*, ut & ea opibus auctior facta pro munimento eſſe poſſet, jure Teutonico ampliſſimoque agro donatam invenio. Sed *Damgardum* prima à Brandenburgicis illata ruina (s) afflixit, teneraque fortunæ ineuntis primordia

Dominii, cum *Tanglimenſis* (Anclamenſis) *Tractus* atque *Gryſwaldia* diſertis verbis portioni Bugislai adjudicentur, non obſcuro, ut videtur, indicio, illud in Patrimonio Ducum Pomeraniæ non amplius tunc extitiſſe. Qvare præter tenorem hujus inſtrumenti factum eſt, quod EICKSTEDIUS in Epit. Ann. Pom. ad h. a. ſcribit, Bugislao inter alios *Leutitienſium* agrum contigiſſe.

[q] Imo quod & ultra *Penam* & propè *Tollenſeam* fluvium nonnulla ad ditionem Rugiani Principis ſpectaverint, infra patebit.

[r] Hoc probat Diploma *WITZLAI III.* de anno 1285. quo jus Lubecenſe *Tribuſeæ* confertur, & fines territorii illius delineantur; Et KANTZOVIUS in Chr. Avtogr. verbis in margine ad h. a. ſcriptis: 1285. bewidmet Witzlaff die Stadt Tribſees/ gedencket eines Walles im Mohr/ darauf ein Schloß ehe geſtanden. Vel uti fluunt in alio Chr. Manuſcr. quod itidem KANTZOVIO tribuitur & mihi etiam in præſenti opere ſub nomine ejus ſæpe citatur, etſi verum autorem illius Dn. à KLEMPZEN habeam: Im Jahr 1285. bewidmet F. Witzlaff von Rügen die Stadt Tribbeſes mit Teutſchen Rechte/ und beſchreibet ihre Gräntze bis an das Schloß/ ſo er mitten im Sültzer-Mohr hatte. Unde liquet jam tum etiam in hac regione limites dominii Rugiani ultra *Trebelam* poſitos fuiſſe. Trajectum *Trebelæ* (die Fähr über die Trebell) qui forſan eodem loco fuit, quo hodie ponte ſuperatur, wo nun die Paß-Brücke iſt/ Domini de Werle hucdum habuerant. Verum ipſo illo 1285. anno civitati Tribuſeanæ (ſi quid conjicio in favorem affinitatis id factum dixerim, quæ inter Witzlaum & Henricum Werlanum erat) jure venditionis traditus eſt. Prodit hoc inſtrumentum hujus venditionis quod poſſideo & cum B. L. in appendice communicabo.

[s] An. ſc. 1298. Non ſaltem *Damgardum* ſed omnis *Bardenſis* Tractus ferro & igne tunc vaſtata. Cauſa belli fuit quod NICLOTUS Roſtochienſis puer, das Kind von Roſtock communiter cognominatus, repudiata Marchionis ALBERTI filia AGNETE, BUGISLAI IV. Pomeraniæ Ducis gnatam MARGARETHAM ſvaſu potiſſimum WITZLAI III. atque JOH. à MOLTKEN ex nobiliſſima & antiqviſſima familia, quæ olim in Tractu Bardenſi fortunarum ſedem habuit, & hodienum in Megapolia inter florentiſſimas eſt, proſati eqvitis, matrimonio ſibi

Digitized by Google

dia oppreſſit. Solitudine tamen facta (t) abivit hoſtis, finibusque Rugianis tum nihil detractum. Videbatur adeſſe occaſio hæc damna uberius reparandi, cum poſt extinctam Ducum ulterioris Pomeraniæ familiam, (u) juſtæ hæreditatis lege ad Witzlaum IV. in ſpem imperii natum Witzlai III. filium per uxorem (w) Mar-

ſibi junxerat. Rem omnem narrat KLEMPZEN. Chr. Manuſcr. ad h. a. collatis eis, quæ ad an. 1285. de fundatione *Damgardi* tradit. Non tamen impune id tulit Marchio teſte eodem KLEMPZ. l. c. verbis: So verdroß das (quod tam hoſtiliter in terras ſuas ſævitum erat) Fürſt Witzlaff von Rügen / deßgleichen ſeinen Bruder Jaromar, den Biſchoff zu Cammin/ und zogen wieder in die Marck/ und thaten darin groſſen Schaden/ fingen viel Märcker/ alſo/ daß ſie die Marggrafen wieder löſen / und ſich umb den Schaden mit dem Biſchoff Jaromar vertragen muſten. Anno ſequenti 1299. Jaromarus ille marte & arte clarus Princeps vita exceſſit, teſtante EICKSTEDIO Ep. Ann. ad h. a.

[t] KLEMPZENIUS l. c.: Derhalben zogen die Marggrafen hin und wieder durch das Land/ und drungen den Leuten groſſe Brandſchatzung und Geld ab / und zogen wieder davon.

[u] Scribit in hanc ſententiam atque ulterioris Pomeraniæ Provinciam debitam uxori WITZL. IV. hæreditatem vocat MICR. ad an. 1300. Proximæ cognationis hæredes maſculi ſine dubio erant citerioris Pomeraniæ Duces BUGISLAUS IV. atque OTTO I. Unde & WITZLAUS IV. initio nihil movebat contra Polonos. Pomeranicorum armorum ſucceſſum exſpectaturus, vid. KLEMPZEN. Chr. Manuſcr. ad hæc tempora. Cum vero vidiſſet minus ex voto res illis geſtas, ipſe cum fratre SAMBORO fortunam quoque experturus an. 1300. in Provinciam à Polonis in fidem jam acceptam faciens incurſionem, feliciſſimo armorum curſu ſibi ſubjiciebat quicquid *Wipperam & Viſtulam* amnes (vid. id. ad h. a.) interjacet, quæ enim cis *Wipperam* reperiuntur à Pomeranis jam expugnata erant. Id: inter ea quæ ante an. 1298. ipſi narrantur.

[w] Bigam filiorum reliquerat MESTSOVINUS II. MARGARETHA major natu erat, poſt illam genita non uno apud Hiſtoricos atque Genealogos nomine indicatur. Micrælio ELISABETHA, ita & KLEMPZENIO ad an. 1285. vocatur, ſed poſtea ubi in enarrandis ultimis temporibus MESTOVINI II. verſatur, quaſi ſui immemor factus *ANNAM* appellat. De eo inter utrumque, imo quod ſciam inter noſtrates omnes convenit, quod *ADOLPHO V.* Holſatiæ comiti nupſerit. Dn. autem HÜBNERUS in Tab. Gen. 197. totus hic in diverſa abit, *METSOVINAM* nominat, & *PRIBISLAO* juniori Mecklenburgico Principi Parchimenſis lineæ matrimonio ſociat, quod, quibus ſuperſtructum ſit documentis ego ignoro. *ADOLPHUM* conjugem habuiſſe omni exceptione majori fide conſtat, & Danicorum etiam Scriptorum

Digitized by Google

GARETHAM ultimi (x) Ducis MESTOVINI II. primæ geniture filiam provincia devoluta eſſet; niſi ordines Provinciales, ſuis conſulere rebus, quam aliorum juribus ſatius putantes, neſcio quo (y) favoris impetu (z) Polonorum imperio ſe ſubjeciſſent. Non poterat æquo animo ferre WITZLAUS IV. propinquæ conjunctionis qua MESTOVINUM contingebat contemtum. Itaque Parente adhuc (a) ſuperſtite vindicare injuriam (b) conſtituit, comparataque claſſe in oram mari-

teſtimonio nititur, vid. HUITFELD l. c. ad an. 1284. Ipſe HÜBNERUS Tab. 213. quæ familiam Comitum Holſatiæ Schaumburgicorum ſiſtit, *ADOLPHO* conjugem Pomeranam, quamvis anonymam jungit, nec aliter potuit, Tab. 193. & 197. *PRIBISLAO* jam deſponſata filia *MESTOVINI* noſtri, quæ debebatur *ADOLPHO*. Certum eſt utrumque vivo etiam ſocero *MESTOVINO* titulum Ducis Pomeraniæ jure hujus matrimonii ſibi jam uſurpaſſe autoritate KLEMPZENII ad an. 1295. *Pomeranique* cognomen *ADOLPHUM* inde geſſiſſe.

[x] An. 1295. d. 8. Jan. vita defuncti, tradente Dn. à KLEMPZEN *in Gen. & Hiſtoria Ducum Pomeraniæ*.

[y] Non tam favore Polonorum quam odio Pomeranorum id factum. Concoquere nondum potuerant, quod Duces citerioris Pomeraniæ invitatis Saxonibus Slavos congentiles ſuos aſpernati eſſent, & tantum non omnino Patria exulare juſſiſſent. Saxones quos Teutonicos appellabant, propter diverſitatem lingvarum, morum, legum averſabantur vehementius, quam ut in unum cum ipſis politicum corpus coaleſcere animus eſſet. Eadem in Rugianos odii cauſa erat. *JAROMARUS I.* exemplo Pomeranorum excitatus Saxones favere cœperat, inſtiterant veſtigiis illius Succeſſores Principes tanto ſtudio ut temporibus *MESTOVINI II. Sundia, Bardum, Damgardum, Grimma, Tribuſea, Montes* Saxonum coloniæ eſſent, inſuperque pars agrorum haud exigua lege feudi ab illis coleretur.

[z] Illis tunc præerat *PREMISLAUS II.* qui Principatibus variis, in quos hactenus diviſa fuerat Polonia, feliciter in unum Syſtema redactis, multum opibus valebat. Sed non diu Pomerania frui contigit an. 1296 violenta morte abrepto.

[a] An. 1300. nempè, quod diu animo agitaverat conſilium, nunc demum exequendi oportunum adeſſe tempus videbatur, cum rejecto *ULADISLAO* Premeslai ſucceſſore, inque locum illius *WENCESLAO* Bohemorum Rege electo, Poloni inteſtinis malis diſtracti ſecum habitare cogerentur.

[b] Obtulerat jam PRIMESLAUS II. Principi Rugiano quicquid in theſauris *MESTOVINI* repertum erat, plura haud competere uxori illius ratus Sed plura petebat Rugianus Polonorum diu jam antiqvata in Pomeraniam ulteriorem jura negligens.

Digitized by Google

maritimam ulterioris Pomeraniæ invehitur. Propè (c) *Rugenwaldum* exſcenſio facta omniaque mira armorum celeritate ad Dantiſcum usque (d) ſuperata ſunt. Verum ex iſta victoria bellum ipſi cum Polonis natum, quo eadem illi velocitate omnia recuperarunt Rugianique in ulteriori Pomerania dominii (e) finem fecerunt.

§. II.

In Stralſundenſes non minore, quam majores, favore utebatur WITZLAUS III. novisque (f) privilegiis, immunitatibus, donationibus

[c] Cujus nomen antiqvisſimæ Rugiorum ſedis memoriam vehementer ſpirat. TACITO enim magni nominis Scriptore tradente in iſta olim Regione vetuſtisſimæ gentis patria fuit.

[d] EICKSTEDIUS Ep. Ann. ad an. 1300. & KLEMPZENIUS ad h. a. verbis: So gedachte nun Witzlaff/ des alten Witzlaffs Sohne/ und Sambor/ daß es ihn verweißlich wäre/ daß ſie alſo gar von Hinter-Pommern geſchieden ſeyn/ welches ſie meineten/ daß es ihr Mutter Erbe wäre/ und haben darumb Leute und Schiffe zuwege gebracht/ und haben einen groſſen Theil des Hinter-Pommern gewunnen und unter ſich gebracht/ ſonderlich Rügenwalde/ Schlage/ und den Strich bis an Dantzig/ denn es ſeyn noch Brieſe verhanden/ daß ſie Matthes Schwentzen dem Burggrafen zu Schlage und andern ihre Lehne verlehnet/ welches zu Schlage und Rügenwalde geſchehen/ ſo gedencket auch die Oliviſche *Chronica* ihrer/ daß ſie Hinter-Pommern gehabt/ conf. HARTKNOCH. in Orig Pom. §. XI.

[e] KANTZOVIUS l. c. verbis: Aber ſo bald König Wentzlaff aus Böhmen in Pohlen kommen/ hat er ſie (die Rugianer) wieder herausgetrieben/ und alſo Pommern wieder eingenommen. Aliquamdiu tamen commoratos ibidem eſſe Polonos ex nota præcedenti jam ſatis liquet.

[f] Documento eſſe poſſunt Privilegia, quæ idem hic Princeps an. 1290. Fer. III. Feſti Pentecoſtes, & an. 1291 4. feria poſt *Lætare Jeruſalem* civitati indulſit. In quorum priori præcipuo loco habenda videntur, quod civitati concedatur *integra & mera proprietas cum omni libertate & jure ſupra omnia bona, villas, curias & agros, quæ ad uſum ſuum propriæ & civitatis utilitatem emta eſſent, vel emi in futurum poſſent, è dicta civitate ad unum milliare circulariter ex utraque parte aqvæ ſalſæ computandum - Porro, quod quicquid etiam conſules & Burgenſes in Principatu Rugianorum emerint vel emerunt, aut vendiderint hoc ipſis Principes ejusque hæredes & Succeſſores conferre velint, &, ſi non fieret nihilominus in ſuo feudo & jure manſuri ſint inneglecti. Item quod nec ad aliquod jus canonicum, civile vel Vaſallagium, dictum* Man-Recht *extra noſtram civitatem Straleſund evocari debent vel citari - & ſi quod abſit, citati vel evocati fuerint ipſos & eorum quemlibet, ſuis*

bus efficiebat, us res eorum feliciori ſubindè curſu fluerent. Neque maritimi dominii deterior conditio erat, claſſe enim (g) valebat, qua ad exemplum Parentis vicinum mare (h) tutari poſſet, eademque,

ſuis hæredum ac ſucceſſorum ſuorum ſumtibus & expenſis eripiendi & indemnes reſervandi ſint - - quod ab omni exactione, angaria & impedimento liberi perpetuo & exemti eſſe debeant. Qvæ certe talia ſunt, ut non potuerint non & dignitatem civitatis augere & opulentiam.

[g] Ita ſane ut ad exemplum avi WITZLAI I. bellum etiam in gentiles Livonos ſuſciperet, mille ſuorum ſtipatus militum atque eqvitum, qui pro conditione ſtatus militaris qualis quidem tunc obtinebat, non certe exiguus numerus erat. Claſſe quoque WITZLAUS IV. & ZAMBORUS filii WITZLAI noſtri tertii ad oppugnandam ulteriorem Pomeraniam advehebantur per oſtium WIPPERÆ ad *Rugenwaldum.*

[h] Hinc omnem ex captura halecum proventum ſibi vindicabat WITZLAUS ſubditisque ſuis facultatem illa capiendi pro lubitu concedebat. Stralſundenſes præcipuè ampliſſima libertate hujus piſcaturæ per omnem Principatum ſuum donabat in Diplomate de an. 1290. verbis: *Si autem tempore affuturo aliqua fieret allecium vel piſcium captura, in noſtro Principatu Ruijanorum dicti conſules & Burgenſes* (*Stralſundenſes*) *habeant plenam facultatem, & largam licentiam Vittas, ubi ſibi placet, faciendi, proprios advocatos ſtatuendi omnes cauſas & exceſſus judicandi jure Lubecenſi, præter judicium quod tangit collum, quod nobis reſervamus;* Hæc verba nonnulla offerunt obſervatu digna 1.) enim innuere videntur, eo, quo hoc datum eſt privilegium tempore aut nullam aut certe non adeo copioſam halecum capturam ad littora Rugiana fuiſſe, quia ſub ſpe futuri hanc libertatem Witzlaus Sundenſibus impertitur. Id quod pertinet ad hiſtoriam capturæ halecum, cujus aliqua explicavimus momenta ad hujus Æt. Per. II. §. III. not. [d]. 2.) Attentionem meretur vocabulum VITTA. Vittæ permittuntur Sundenſibus ædificandæ ad halecum capturam, quod ego interpretor de *caſis piſcatoriis* in littore ponendis, quo & condere retia & ſemetipſos tempeſtate ſuborta recipere piſcatores poſſent; Nam inclinante demum anno menſe Novembri flante vehementius vento multum hic halec teſte HELM. L. II. C. 12. capi ſolebat, quo tempore ſub gelidiori noſtro axe omnia jam nive conteсta contraque vehementiam frigoris ejusmodi remedia qværenda ſunt. Hinc in littoribus Rugiæ quam Lubini Mappa Geographica conſpiciendam offert 5. hujus nominis loca numerantur. Unus in orientali parte terræ Mönckgut/ alius verſus eandem plagam in Pen Inſula *Yasmund* & quidem in Parochia *Sagardenſi*, duo in Pen Inſula *Wittovia*, alter Grote-Vitte cognominatus qua orientem, alter qua ſeptentriones ſpectat, qvintus vero in inſula Hiddenſe, quæ occidentali

demque, qua ille fecerat, libertate, per fretum, quod inſulam &
S
con-

tali Rugiæ lateri adjacet reperiuntur. Ex his duo mare jam hauſit, ſeptentrionalem nempe Wittoviæ & unicum illum terræ Mönckgut / de quo literis reverendi amici compertum habeo, quod hominum nunc viventium memoria adhuc ſteterit, anusque anno demum 1725. in parochia Mönckgut ſupremum diem obiverit, quæ in ipſa illa *vitta* primam hujus mundi lucem aſpexerat. Nunc profundo mari quanta quanta fuit, ſepulta jacet. Quæ vero ſuperſunt hujus nominis loca ex meris caſis (Kahtens dicuntur) compoſita ſunt, quarum incolæ piſcatu vitam ſuſtentant. *Vitta magna* Wittoviæ die groſſe Vitte 12. Hiddenſeenſis 31. tuguria (Kahtens) habet, de qua WACKENRODERUS Chr. Rug. Manuſcr. part. ſpec. in Parochia Hiddenſeenſi: *Vitte* ein langes und wohlbewohntes/ wiewohl mit ſchlechten Häuſern (en tuguria ſive Hütten!) angefülletes Dorff. Die Leute wiſſen von keinem Acker-Bau / und nähren ſich vom Fiſch-fang/ an ſtatt des Holtzes/ brauchen ſie Torff und Küh-Miſt. Soli *Sagardenſi* agellus adjectus eſt. Jam expendenti, quod omnia quæ *vittarum* nomen gerunt, loca in extremo littore, & ne quidem unicus in parte terrarum interiori jacent, quodve meris mappaliis conſtant, facile perſvadebitur, has ipſas vilias tuguriis ejusmodi piſcandi gratia multa ante Secula primum exſtructis, originem ſuam debere. 3.) Juvat inquirere in natales vocis *Vitte*, quos ego non poſſum quin à veteri Germanorum idiomate repetam. Illis juxta *Archæologum Teutonem* apud LEIBNITIUM *in Coll. Etym. HUDA* erat tugurium, quod Britannis *Hut* ab *hide* tego, abſcondo, ſervo; Svecis Hytta ſive Hydda à verbo ejusdem vocabuli, quod & ipſum *tegere* notat, & hodienum vernacula noſtra ab hüten/eine Hütte dicitur; Hoc Slavis, quibus H. pronunciatu difficillimum eſt, in *Vitte* commutatum ſumma veroſimilitudine credo. Tuguria igitur maritimæ piſcationi halecum aliorumque piſcium inſervitura Sundenſibus in quacunque littoris Rugiani parte exſtruere à Principe Witzlao III. indultum eſt. Atqui nunc mihi videor aſſequi etymon vocis *Hiddenſe*, quæ CRANTZIO in Vand. & Dan. *Hitbim* vocatur. Univerſam hanc inſulam, montanam, ſabuloſam, verbo dicam, ſterilem eſſe conſtat. Agriculturæ exiguus indè proventus, cum omnis illa terra, etſi ad duo milliaria in longitudinem excurrat, non niſi 5. manſos & 15. jugera ſubacti agri habeat. Vix 4. numerat villas ſive curtes *Griben*, *Glambeck* ſive *Neuhoff*, *Plogshagen* & *Vitte* illasque præter humiles caſas vix quicquam oſtendentes. Conjicio igitur, antiquis temporibus, ubi & agriculturæ nulla cura erat, præter *hijttas* ſive *hüttas*, i e. caſas piſcatorum in omni hac inſula nihil ædificiorum fuiſſe, indeque illam nomen *Hijdden* vel *Hitbens* - *ö*, der Hütten-Inſul ſortitam fuiſſe. Conf. huc ea quæ ad §. VII. Per. I. hujus Æt. jam commentati ſumus. 4) Memoratu dignum eſt, quod WITZLAUS III. verbis Privilegii ſupra allatis *jus proprios advocatos per vittas illas* conſtituendi Sundenſibus indulget. Hic enim primam originem mihi videor inve-

continentem intermeat, ad (i) *vicum* usque *Danicum* Wyck vulgo nominatum (k) dominabatur.

§. III.

conveniſſe *advocatorum maritimorum* der Strand-Voigde/ quos in Inſula Rugia Sundenſibus habere licet, & de quibus lego in der kurtzen und gründlichen Relation von der Inſul und Fürſtenthum Rügen an. 1679. zu Stralſund in 4to gedruckt: Daß die Stralſunder das Strand-Recht auf der gantzen Inſul / und die Macht hätten / einen Strand-Voigd mit den Lands-Herrn zu verordnen / item: Daß dieſer Stralſundiſche Strand-Voigd den Strand bereite / und über denſelben kein anderer geſetzt werden dürffe.

[i] Forte, quia frequentes Danorum excenſiones in terram Circipanorum factæ primordia villæ dederunt, ut ſupra jam eſt oſtenſum. Seculo XIII. jam extitiſſe illam ex privilegiis Civitatis Gryphicæ intelligo. Præprimis ex eo, quo WITZLAUS III. an. 1297. 4. idus Sept. illi libertatem portum ad ipſum hunc Danicum vicum fodicandi indulſit. Ibi jam villa Däniſche Wyck ſalutatur eaque non exiguavilla, ſed quæ ab effoſſo portu & aqva *Rick* à parte auſtrali verſus partem aqvilonarem ſecundum mare extenſa fuerit. An vero circa annum 49. ejuſdem Seculi jam extiterit, dubium inde videri cuiquam poſſet, quod in Transactione inter Principem *Dubslavum* & Abbatem Hyldenſem hoc anno innita, ubi cœtera omnia Cœnobii bona ultra-Ryckana, utpote *Leiſt, Wampen, Wackero, Damme, quod eſt Neo-Eccleſia, & Latbebo* enarrantur, *vici* tamen *Danici* nulla mentio occurrit. Neque magis in confirmatione bonorum, quam BARNUTA Princeps an. 1221. eidem Cœnobio dedit, commemoratur.

[k] Idem illud Diploma WITZLAI III. annotatione præcedenti citatum civibus Gryphicis facultatem permittit parandi portum propè villam Wyck / eodem quo hodienum eſſe deprehenditur loco, qui ad dominium WITZLAI ſpectaſſe diſerte declaratur. Ipſa ſic ſonant verba: *Dedimus & contulimus & titulo donationis appropriavimus honeſtis viris nobis dilectis Conſulibus & Burgenſibus civitatis* Gryppswold *ob multimoda beneficia & ſervitia nobis exhibita & impenſa plenam autoritatem, poteſtatem & facultatem liberam fodendi, conſtruendi, ædificandi portum IN DOMINIO NOSTRO in loco ſito in ſalſa aqva juxta villam* Däniſche Wyck / *ubi influit aqva, quæ dicitur Rick,* & poſt non nulla interjecta Princeps aqvas, quæ oram maritimam circa villam Wyck & *Hyldam* alluunt, *ſuas* vocat *aqvas* verbis: *Etiam cum piſcatura in dictis aqvis noſtris, & cum omnibus ſuis utilitatibus & libertatibus, nec non in eadem aqva & ipſius aqvæ littoribus in dicto portu ſuper portum juxta* Wolwergk *& infra omne jus - - ſicut AD NOS ET NOSTROS PROGENITORES PERTINEBAT contulimus.* Indubitatæ fidei eſt, ipſum illum locum, in quo portum effodere Gryphiswaldenſibus hic permittitur, qua

pro-

Digitized by Google

§. III.

Poſt (l) exceſſum WITZLAI III. ſumma rerum poteſtas ad filium ejusdem nominis IVtum (m) devoluta eſt, Principem Magnanimum

proprietatis fructum ad Cœnobium Hyldenſe à prima ejus fundatione ſpectaſſe. Manifeſtè id edicit BARNUTA in confirmatione præced. not. commemorata verbis: *Confirmamus - - ipſum etiam amnem* (Ryckum) *AB HORA* (ora) *MARIS usque in Gutijn caſtrum.* Patebit & ex illis, quæ mox dicentur, ubi ſtatus finium Rugianorum ſub WITZLAO IV. delineandus erit. Qvæcunque igitur WITZLAUS III. in gratiam Gryphiswaldenſium egit, jure dominii eminentis egiſſe putandus eſt. Mihi ſat eſt demonſtraſſe, dominium Rugiani Principis ea tempeſtate ad has oras pertigiſſe.

[l] Vita ille exceſſit pro unanimi ſcriptorum noſtrorum conſenſu an. 1303. in Norwegia apud EUPHEMIAM Reginam filiam. Certa fide cognoſcitur ex Teſtamento ejus an. 1302. in die b. Johannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, i. e. d. 27. Dec. adeoque anno hoc elabente, non autem quod Cl. HOJERUS in Disqviſ. *de Sophiæ Langelandicæ origine* tradit anno ſeqventi 1303. condito, quod jam tum corporis langvore monitus, de ultima voluntate ſua teſtanda cogitaverit. *Ego WITZLAUS* (en ipſa teſtatoris Principis verba) *Ego WITZLAUS ſenior Ruijanorum Princeps, apud civitatem Aslom* (Aslojam) *conſtitutus, & quidem LANGVENS CORPORE, mente tamen ſanus, per gratiam J. C. teſtamentum meum condidi in hunc modum præſentibus teſtibus infra ſcriptis.* Hinc igitur cum Dn. HOJERO conjicerem, haud multo poſt initium anni 1303. extremum diem obiiſſe fortitudine æque ac conſilio inclytum Principem, niſi obſtaret autoritas HUITFELDI in Chr. Dan. & NIC. à KLEMPZEN in Gen. Princ. Rug ex fidis ſine dubio monumentis tradentium, quod die Thomæ ejusdem anni, qui in viceſimum unum Decembris incidit, fato demum defunctus ſit. Patet igitur, per integrum annum minus 5. dies, cum morbo conflictatum fuiſſe optimum Principem, antequam corporis poſuerit exuvias.

[m] Ita tamen, ut, more apud Rugianos ferè conſveto, ſuperſtite adhuc parente & apud Norwegos commorante, imperio jam præfuerit. An. 1302. in autumno demum in Norwegiam profectum eſſe inde interpretor, quia pactioni fœderis cum Rege Daniæ, pluribusque aliis Principibus, d. 15. Aug. ejusdem anni, prope Roſtochium contra Roſtochium initi adhuc interfuiſſe, ap. HUITFELDUM ad h. a. legitur. Nullas tamen ego hactenus antiquas chartas legi, quæ *WITZLAI IV.* ſ. junioris (uti in monumentis publicis vivente Patre emiſſis audit) nomen præferrent, & ante Parentis obitum publicatæ eſſent. Primæ, quas vidi, eæque ob antiqvum vernaculum idioma rariſſimæ, anno 1304. die Primi & Feliciani martyrum, i. e. d. 9. Junii emanarunt. Harum exordium eſt:

Digitized by Google

mum ſuæque autoritatis acriorem vindicem. Primum, quod ſub ejus imperio circa fines Principatus noſtri memoratu dignum cognovi, in (n) controverſia, quæ Civitatem Gryphicam inter ac Abbatem

eſt: Wy Witzlaw van Godes Gnaden Förſte van Ruygen/ allen ſählighen/ de dißen yeghenwordyghen Breff ſet offte höret/ unſe Grote ewych an Gode ꝛc. finis autem: Diße Breff ys ghegheven nū ſcreven tho deme Stralesſunde/ nah der Tyt dat Gott gheborun ward/ duſent Yar/ drehundert Yar/ uñ ver Yar / in dem Daghe Primi & Feliciani de twe Märtelere weren uppe deme Ertrycke / uñ nu ſyn vor deme Antlate unſers HErrn Ghodes.

(n) Anſam controverſiæ dederat Diploma illud WITZLAI III. de an. 1297. ad §. præced. not. ult. jam tactum, quo Gryphicæ civitati præter libertatem in navali *ad vicum Danicum* piſcandi, portum etiam aperiendi & Jurisdictionem in eodem exercendi facultatem larga liberalitate conceſſerat. Quantum enim hic Gryphiswaldenſibus indultum erat, tantum Monaſteriales Hyldenſes juribus ſuis detractum querebantur, eo quod à prima fundatione omnis hæc regio æque ac ipſe *Rijckus* ſive *Hijlda* amnis ab ora maris usque ad *Guttijn* caſtrum in ditione Cœnobii fuerat. Mutua igitur conantium & renitentium contradictione, executio hujus negotii ad 1304. proximum à morte WITZLAI III. annum dilata eſt. Credo reditum hujus Principis è Norwegia exſpectare atque tum ſub illius auſpicio & autoritate opus ſuſcipere, quam ipſo abſente cum Abbate ſuisque monachis depugnare maluiſſe Gryphiswaldenſes. Poſtquam autem de ejus obitu nuntium acceperunt, nihilque amplius ſpei in præſidio illius ſupereſſe viderunt, invitis Patribus, invito etiam WITZLAO juniore, qui nunquam conceſſioni Parentis ſerio præbuiſſe aſſenſum videtur, ſuis jam niſi viribus effosſionem illam ſuſceperunt ac omnibus, quæ objiciebantur, impedimentis feliciter ſuperatis, tandem & perfecerunt. Non tamen opere finito finitæ quoque ſunt rixæ, ſed ad annum usque 1306. multis utrinque datis atque acceptis damnis protractæ. Tunc demum poſt fruſtrata ſæpius pacis deſideria Henrici Camminenſis Eccleſiæ Epiſcopi & Ditmari Abbatis Colbatzenſis opera interveniente, hac lege lis omnis compoſita eſt, ut Abbas à querelis & hoſtili conatu contra civitatem abſtineret, vicisſim autem *conſules eorundemque Succeſſores nunquam tempore ſempiterno* (liceat nunc ipſis tranſigentium verbis uti) *aliqua ex arte vel ingenio vel ſubtilitate, nec etiam auxilio Juris canonici & civilis quicquam facere vel attentare debeant in ſic prædicto portu & ſuis monticulis ambobus hinc inde congeſtis, & in aliis bonis eorum* (Abbatis atque Conventus) *unde proprietas, libertas ac jurisdictio ſæpedicti monaſterii posſit alienari, minui, vel infringi, utque hoc maxime ſervent in piſcatura vel libertate piſcandi, quam nunc habent* (monaſteriales) *& habuerunt & pacifice poſſederunt à tempore cujus non eſt memoria in brachio maris, quod vulgariter dicitur* Wyck / *ſicut circumcingitur & circumdatur ex utraque parte aquæ*

Digitized by Google

tem Hyldenſem de effoſſione portus Wycenſis inde ab an. 1304.
S 3 agita-

aquæ bonis eorum à Dersmehovet/ (i. e. Promontorio Ludoviciburgenſi, quod hodienum audit Dersmerorth à nomine antiquæ ville Darſim ſive Derſem) *usque in Kuz* (hodie Koos inſulam) *& utrinque proprietas vel fundus prædicti monaſterii mare contingit, nec in amne Hÿlda ſive* Ryck/ *ultra terminos civitatis ſuæ, tam ad orientalem, quam ad occidentalem plagam nihil* (quicquam) *ſibi juris uſurpent, ſed omnia ſupradicta ſæpe dictis Dominis de Hÿlda libera maneant & illibata, ſicut Dominorum terræ literis ſcirent eos privilegiatos & munitos.* Hanc tranſactionem, quo majus illi robur ineſſet, rogatu Conſulum *Principis ſibi gratiam reconciliare cupientium,* (ſunt ipſa Diplomatis verba) *WITZLAUS IV.* confirmatione & ſponſione ſua eodem anno & pacificationis tempore Gryphiswaldiæ ſtabilivit, illuſtri documento ſuo teſtificatus, *dictos conſules nulla violentia compulſos aut incommodo, ſed voluntate bona ſpoſpondiſſe, quod omnia & ſingula capitula, ſi qua in ipſorum privilegiis in præjudicium Eccleſiæ Hÿldenſis, & gravamen ſpecialiter piſcaturæ continerentur, nullius debeant eſſe virtutis, roboris, ſive valoris. Inſuperque omne jus & judicium in portu ejusque monticulis ambobus manſurum memoratæ Eccleſiæ perpetuis temporibus inviolatum, integrum & ſalvum omnibus contradictionibus quorumcunque penitus ac allegationibus procul motis vel excluſis.* Plura offenduntur in utroque tam tranſactionis, quam confirmationis inſtrumento Hiſtoriæ memorabilis hujus controverſiæ inſervientia, à quorum autem evolutione eo lubentius mihi tempero, quod compertum habeo Magnificum Dn. WESTPHALIUM noſtrum *in Hiſtoria Monaſterii Hÿldenſis*, quam fide Diplomatica concinnandam ſibi ſumſit peculiari & inſtructiori opera hæc atque alia, quamprimum id fieri licebit, expoſiturum eſſe. Meum tantummodo erit ad ea attendere, quæ in Diplomate *WITZLAI* tranſactionem hanc confirmante ad hiſtoriam finium Rugianorum facientia offeruntur. Huc ſpectare puto 1.] quod Princeps, dum declarat *ad ſuam ſibi conciliandam gratiam* conſules pactionem hanc iniiſſe, non obſcure ſignificet, & ipſummet turbis illis immiſtum parteſque Cœnobii contra Gryphiswaldenſes tutatum fuiſſe, ſufficienti ut videtur indicio, illo conſentiente conceſſionem Patris de an. 1297. ſaltem qua ſingula capita factam non eſſe, etſi reverentia ejus cohibitus impedire haud potuerit, quominus ea & ſuo & fratris Sambori nomine publicata eſſet. 2.] Qvod diſerte edicit *WITZLAUS* portum in *ſuo dominio* factum eſſe, quo probatur donationem bonorum Cœnobio olim factam eſſe cum reſervatione dominii eminentis, omniaque adeo quæ ultra *Rÿccum* poſita in ditione illius erant, ipſum etiam hujus nominis amnem, qua extra urbis territorium ſe evolvit, hujus intuitu ſuperioritatis territorialis ad Rempublicam Rugianam conſtanter pertinuiſſe. 3.] Qvod fratribus in Hylda ſub finem Diplomatis confirmat *omnes libertates in quibuscunque bonis poſſeſſionibus*

Digitized by Google

agitabatur, occurrit. Hujus enim occaſione aperto ipſius Principis teſtimonio declaratum, fuiſſe adhuc eo tempore, uti olim fuerant, in poteſtate Rugianorum undas quæ portui huic locum præbent. Neque minus qua meridiem ſpectat Principatus, eadem finium amplitudo manſit; Hinc *Rycko* comitatui *Gutzkovienſi*, illinc *Pena* interluente Ducatui Pomeraniæ (o) conjunctus fuit, inque ipſo hoc fluvio dominii partes (p) adminiſtrare WITZLAUS non dubitavit.

bus, tam in mari, quam in terra, villis, grangiis (prædiis ruſticis condendo frumento deſtinatis atque à Gallis *Grange* quod eſt horreum dictis) *molendinis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, tabernis, littoribus, piſcationibus cum portu in dictæ Eccleſiæ limitibus noviter facto, ſicut à Progenitoribus ſuis donati & fundati* (eſſent) *tempore ſempiterno*. Hinc enim liquet *WITZLAUM* non ſaltem Ryccum, portumque in illo factum, & ſinum Wycenſem qui indubitato jure tunc temporis Rugianorum erant, ſed & cœtera in cis-Ryccana provincia ſita Monaſterii bona, qua ſuperioritatem territorialem, necquicquam contradicentibus Pomeranis, ſibi vindicaſſe.

(o) Qva nimirum Dominium Loyzenſe complectebatur, cujus caſtrum *Penæ* imminet.

(p) Hujus rei memoriam nobis ſervavit KANTZOVIUS in Chr. Avtogr. ad an 1307. in calce paginæ ſcribens: W. ein Fürſt von Rügen/ iſt mit den von Demin vertragen/ daß er den Baum vor Löſitz auf der Pene wil abbrechen/ und nimmer wieder machen laſſen. Den Schaden/ ſo er mit ſeinen Vettern den von Demmin gethan/ auf vj und xxv. Marck/ den ſoll er ihnen gelten. Die ſechzig Marck vor das geprante Kint (Kindt) ſoll er den von Demyn geben/ wie ſie wiſſens ſeint/ Lippold von Kalen/ ſoll er mit ſeinen Handfeſten widder in ſein Land geleiden/ weret alſo/ daß wer den von Demmyn diße Rede brecke/ ſo ſollen hundert ſeiner Ritter und Knechte/ bey Herrn Bugslaff/ und den von Wenden/ und den Mecklenb. bleiben/ und die ſollen ſie darauf geloben und ſchwehren. Fortmehr ſollen den von Wenden und Hertzog Bugislaff ſchwehren und hulden/ Oſten/ Cloco/ Pamelſtoff/ Mederow/ Eickberg/ Borantshagen/ Cowal/ Grellenberg/ Tribeſes/ Bart/ Grimen und Stralſund/ eſt W. das Wemege (credo Wegerde) mit ſeinen Freunden/ uff daß dis alles den von Deminyn ſo gehalten werde/ wirds aber nicht gehalten/ ſoll geveſte Land bey H. Bugislaff und den von Wenden bleiben. Hinc liquido patet 1.] WITZLAUM dominii etiam partes in ipſo fluvio Pena libere exercere potuiſſe, modo ita temperaretur ne juribus aliorum id noxium fieret. 2.] Ditionem Loytzenſem non ita terminatum fuiſſe *Pena*, ut nec ultra eandem fuerint quæ illuc pertinuere, cum diſerte hic poſſeſſioni WITZLAI adſcribantur caſtrum *Oſten*, quod *Tolenzæ* impoſitum eſt, & *Cloco*, quod ſcriptionis errore corruptum vocabulum de villa *Cruco* & ipſa *Penam* atque *Tolenzam* intermedia intelligo.

Ejusdem

vit. Haud multis ab ineunte imperio ejus annis terribilem aquarum molem in noſtras oras mare invexit, & (q) fauces quæ hactenus inter *Rugiam atque Ruden* inſulas fuerant, terris vel per (r) integrum milliare ſubmerſis, patentiſſimo hiatu (s) disrupit. Repara-

Ejusdem quoque ſitus Pamteſſioff locum fuiſſe conjicio, quamvis hodie nulla, quod ſciam, hujus nominis villa ſuperſit. Cœterum disſidio quod WITZLAO cum Deminenſibus erat de clauſtris *Penæ*, von den Baum auf der Peen / occaſionem præbuiſſe videtur indulgentisſimum illud Diploma, quo Duces Pomeraniæ Bogislaus IV., Barnimus II. & Otto I. tempore WITZLAI III. an. 1292. civitati Deminenſi liberam navigationem per Penam ab urbe Megapoliæ *Malchino* usque in ſalſum mare conceſſerant, quove ſimul cautum erat, ne quis obſtacula ejusmodi navigaturis objiceret, verbis: *Habebunt etiam liberam veliſicationem cum ſuis mercibus, ſimul & piſcationem per dictum ſtagnum & Penam, infra & ſupra à rota molendini ante Malchin usque ad ſalſum mare, exeundo pacifice pariter & intrando.* Adjicientes, *ne quæ ab aliquo fiant clauſuræ ſive ſtructuræ in Pena, ſive alibi civitati in præjudicium vel gravamen. Eandem libertatem piſcandi, veliſicandi in aquis Treble & Tolenſa, poſſidebunt terminos infra noſtros.* Huic ſanctioni inconſultis fortè Ruginis factæ WITZLAUS, ut erat autoritatis ſuæ tenacisſimus, in ſuo alligari nolebat territorio, adeoque objectis clauſtris Deminenſes mari excluſerat. Nolebant cedere jure à Principibus ſuis impetrato Deminenſes. Ita res primum ad ſimultates deinde & ad multas injurias pervenerat. Tandem conſilia pacis jure obſtagii firmandæ admiſſa ſunt.

[q] Conf. ea quæ dicta ſunt Per. I. hujus Æt. §. VIII. n. [w] & Per. II. §. III. n. [n].

[r] Hodie per duo milliaria, ne quid majus dicam, fretum illud patet.

[s] Non audeo omnino in dubium vocare horrendum terrarum *Rugiæ atque Ruden* rupturam, quæ huic inundationi communiter attribuitur. Hoc enim temerarium videretur, cum unanimi ſcriptorum conſenſu in Chronicis noſtris illam relatam legamus. Id tamen animum meum aliquo modo ſuſpenſum tenet, quod 1.) nullam ne minimam quidem hujus jacturæ in monumentis publicis mentionem invenire potuerim. 2.) Quod ipſi etiam Chronicographi in determinando anno quo funeſtum hoc diluvium contigit multum inter ſe diſſentiant, aliis 1303. aliis 1300 cœteris 1312 indicantibus. Accedit 3.) quod locis ad quæ B. L. not. præced. [q] remiſi, ex probæ ſoliditatis principiis manifeſtum eſſe videtur, jam multo ante iſthæc tempora, non adeo tenue utriusque inſulæ diſcrimen fuiſſe. Neque magis certum dixerim, quod de terris tum ſubmerſis traditur, fuiſſe eas in proprietate Monaſterii Hyldenſis indeque & reſiduæ earum parti hodienum nomen Monckgodt ſive Münchgut / i. e. Bonum monachorum hærere. Nam quo quæſo argumento probabimus ad monachos Hyldenſes has terras pertinuiſſe. Omnes quas mihi videre contigit Principum Rugiano-

Digitized by Google

gianorum confirmationes *BARNUTÆ* de an. 1221., *JAROMARI II.* de an. 1240. & *WITZLAI IV.* de an. 1306. omnino id ſilent. Nec eſt quod præſidii aliquid hic ſperemus è Diplomate fundationis ipſius *JAROMARI I.* atque eo nomine illius deſiderio angamur, facile enim hac quidem in cauſa *BARNUTÆ* filii confirmatio ejus vices ſupplere poterit, cum apertè is dicat, *ſe omnem fratribus monaſterii de Hijlda libertatem cunctasque poſſesſiones, QVAS PATER EJUS PRIVILEGII SUI TESTIMONIO IPSIS NOSCATUR CONTULISSE, præſentis ſcripti & ſigilli ſui atteſtatione perpetuo confirmare EASQVE PROPRIIS NOMINIBUS DUXISSE ANNOTARE.* Nectit deinde catalogum poſſeſſionum illarum, quas Pater ante 14. annos in ipſa fundatione Cœnobio deſtinaverat, ſed ne unici quidem in eodem prædii, quod in Rugia ſitum eſſet, commemoratio fit, tantum abeſt, ut integrum quendam terrarum tractum, cui nomen Möncfgod ab ea donatione inditum eſſet, iisdem annumeraverit. Mea igitur eo redit opinio, quod antiquisſimis temporibus & forſan in ipſo diluvio Cimbrico, quod Rugiam ante C. N. inſulam fecit, ſatis amplo aqvarum, etſi non adeo profundarum diſcrimine *Ruden* inſula avulſa, indeque reſidua illa lacera Rugiæ pars Gothico vocab. Manck-Minck ſive Münck-God / i. e. terram mancam, defectivam & imminutam à verbo mancka & mincka / quod eſt deficere ſive imminuere, cognominata fuit. Auget veroſimilitudinem conjecturæ, quod plura tam in Rugia quam in Pomerania locorum nomina occurrunt, quæ vocem Monck & Munch præfixam habent, de quibus tamen ſaltem non de omnibus haud magis quam de terra Mönck-God compertum habemus, quod unquam in patrimonio monachorum fuerint. Rugia offert Möncfuitz in Parochia Gingſtenſi, & Monckendorp in Parochia Sagardenſi. Pomerania habet Münch-Bude ad Eccleſiam Ukermund. ſpectantem, Müncheberg in Lukovienſi, Münchedorff in Barfusdorpienſi parœcia, & Mönchow parochialem villam in Synodo Ukermundana. Qvod vero portus ille *Ruden* inter atque *Rugiam* in Dipl. *WITZLAI I.* de an. 1240. *nova Recka* dicitur, illud non impedit, quominus jam multis Seculis ante disruptio utriusque terræ ſat laxo undarum ſpatio fieri potuerit. Aliud enim eſt fretum, aliud profundum & navigabile fretum ſive portus. Illud diu jam eſſe, hic autem Seculo demum XIII. quo WITZLAUS I. vivebat, nova aqvarum irruptione potuit cavatus eoque hoc nomine inſignitus eſſe. Conjiciunt terras, quas mare hic perdidit, ſabuloſas fuiſſe, ſylvisque majorem partem contectas. Ita Chron. WACKENROD. part. ſpec. in Parochia Münch-Guth: Das ferne es (das überſchwem̃te Land) eine Verwandſchafft / wiewohl zu vermuthen mit denen Ruden gehabt / iſt es mehrentheils aus Sand und Bäumen beſtanden. Jam vero nulla fortius aqvarum violentiæ reſiſtit terra, quam quæ eſt arenoſa. Et tenacius etiam hæret, ſi frequentibus arborum radicibus implicata firmatur. Probabile igitur eſt, primo diluvii illius Cimbrici impetu inundatas quidem non vero admodum alto mari obrutas fuiſſe iſtas terras; Deinceps vero Seculo forſan XIII. novam aliquam tempeſtatem profundiorem & majoribus etiam navi-

paraturus quaſi hanc jacturam Princeps dimidiam partem terræ (t) Gnoyenſis, qua Tribuſanæ Provinciæ vicina eſt, à Rege Danorum, cui omnis tunc Regio illa, æque ac Dominium Roſtochienſe (u) parebat, oppignorationis titulo (w) acquiſivit. Hæc tamen

T redem-

navibus pervium alveum, cui *novæ Reckæ*, i. e. de nie Strohm / dat nie Deep impoſitum eſt nomen aperuiſſe. Nil præter rem dixiſſe videbor illis, qui cogitabunt, in occidentali freti Rugiani oſtio Gellen / omnia eadem ratione ſeſe habere. Fuiſſe & illic olim ſabuloſas terras, adeoque propter tenaciſſimum ſabulum exiguam maris profunditatem tantum inferri potuiſſe, ſupra p. 28. jam eſt oſtenſum. Nihil igitur decantatæ illi inundationi, quæ an. 1309. plerumque contigiſſe ſcribitur relinquendum arbitror, quam quod latius aqvarum molem fudit, multisque terris quæ olim periculum maris evaſerant, eandem ruinam invexit, ita, ut quæ antea forte unius tantum milliaris intercapedine diſtabant, nunc ultra duorum jam intervallum ab invicem remotæ ſint inſulæ. Contra annalium ſcriptores, cum ad ea, quæ antiqviſſimo tempore facta jam erant, non attendiſſent, omne quod hic obvium eſt damnum in hanc ipſam eluvionem transtulerunt.

[t] Provincia Mecklenburgica à *Gnoya* præcipuo quod habet oppido ſic nominata. Olim ad Kizinorum ea Gentem ſpectavit; Agro Tribuſcano ab occidente interluentibus *Pena & Rekenitza* committitur. Alterum hujus terræ dimidium *NICOLAUS* Werlæ Dominus eodem oppignorationis jure tenebat. In Parte *WITZLAI* præter *Gnoijam* quoque oppida *Marlovia* & *Sulta* erant, in ipſo Principatus noſtri limite poſita HUITF. Chr. Dan. ad an. 1314.

[u] Loqvuntur id monumenta Hiſtoricorum, tam Danorum, quam Mecklenburgicorum. Eſt & in manibus meis *ERICI VII.* Regis confirmatio dotationis Eccleſiæ *Culradenſis* in Dominio Roſtochienſi, cujus copiam vir perquam reverendus Joh. Andr. Elichius, Eccleſiæ *Blanckenhagenſis* in eadem ditione Roſtochienſi Paſtor, Socer meus infucata animi pietate mihi dilectiſſimus è codice Eccleſiæ ſuæ benevole mihi fecit. Brevis eſt illa adeoque tanquam ſpecimen juris ſuperioritatis à Rege Danorum in iſta regione exerciti, ſuum hic locum inveniat: *ERICUS DEI gratia Danorum Slavorumque Rex omnibus præſens ſcriptum cernentibus ſalutem in Domino ſempiternam. Noverint univerſi quod nos proprietatem duorum manſuum in Culeroch ſitorum, quos Dominus Conradus Molcke Eccleſiæ in Culeroch dedit poſſidendos conferimus - - Eccleſiæ in bujusmodi ſcriptis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum Roſtock anno Domini* 1310. *in Cœna Domini, teſte Domino Jacobo* von *Fleep, Capitaneo noſtro nomine in Dominio Roſtochienſi.*

[w] Anno 1310. Summa contractus Dominica Palmarum d. a. Ribnitzæ hac ſuper re facti, tradente HUITFELDO in Chr. Dan. ad ſequentia potiſſimum capita

redi-

Digitized by Google

redemtionis lege haud ita multo poſt Danis reddita, Henrici Leonis Megapolitani ditioni (x) jure fidelitatis acceſſit. Per Daniam opimas

redibat. 1.] Oppignorat Rex Principi ſub reſervato redemtionis jure dimidiam partem terræ *Gnoijenſis* pro 2000. marcis puri argenti. 2.] Princeps invicem cedere debet jure, quod ob dotem uxoris in *Mönam* inſulam aliasque Daniæ terras ipſi competebat, exceptis tamen illis quas oppignorationis titulo ſibi comparaverat. 3.] Rex Principi concedit facultatem redimendi alteram dimidiam Gnoyenſis Provinciæ partem, quæ eadem pignoris lege in poteſtate Nicolai Domini de *Werla* erat, quod vero an unquam factum ſit nullibi invenio. 4.] Jus fortalitiorum in tradita illa provincia libere exercendum permittit. 5.] Caſtri Rommelsdorp demolitionem arbitrio Principis relinquit, & contra renitentium hoſtiles conatus auxilia pollicetur. 6.] Omnium bonorum, quæ in Dania pignoris loco habebat, fructus atque proventus libere percipiendos indulget, donec ſolutis 800. marcis puri argenti redimantur. Omnium autem redemtionem vivo *WITZLAO* factam non eſſe inde intelligitur, quod poſt fata illius, Danica etiam loca Liſteren/ Hidding & Fleding cum ipſo Rugiæ Principatu jure ſucceſſionis ad Wartiſlaum IV. Pomeraniæ Ducem tranſlata fuerunt; Qvid ſeqv. tempore de locis Hidding & Fleding actum ſit vid. MICRÆLIUM l. c. L. III. n. 34. & KLEMPZ. l. c. ad an. 1354. 1364. & 1371. 7.] Auxilia invicem ſibi Rex atque Princeps promittunt. 8.] Rex à Principe ſtipulatur jus ſuccedendi in quascunque hujus terras, ſi abſque hæredibus vita defungeretur, idque viginti eqvitum & omnium civitatum Rugianarum ſponſione ſibi firmatum cupit. Miror fere quod ultima hæc conditio ſine ulla exceptione terrarum *Wittow* & *Yasmond* concepta ſit, quas ipſe *ERICUS* anno proxime præcedenti 1309. Sabbatho poſt Martini *Nicopingæ* ſolenni Diplomate jure hæreditario poſſidendas & ad hæredes & Succeſſores à progenie in progeniem devolvendas Illuſtriſſimæ PUTBUZIÆ Proſapiæ conceſſerat, ſi improlis *WITZLAUS* decederet. Saltem inde patet, quod ratione harum provinciarum nil niſi jus ſervitii cum decem dextrariis (equitibus rite armatis) regno Daniæ præſtandi, quod *ERICUS* unicum ſibi reſervaverat, moriente ſine filiis *WITZLAO* ad Danos devolvi potuiſſet. Quo fato autem factum ſit, quod florentiſſima PUTBUZIORUM familia in parte quadam Principatus Rugiæ ſatis habuit, cum deficiente linea regnante, univerſum illum præ Dania ſibi jure ſanguinis vindicare potuiſſet, id demum infra interpretabor. Ad oppignoratam illam terram *Gnoijenſem* quod pertinet, an. 1314. illam pro 7000. marcis Slavicalibus Regi redditam eſſe teſtatur HUITFELD l. c. ad h. a.

[x] Primum an. 1311. gubernator Dominii Roſtoch. ſub axiomate Procuratoris Regii ſ. Capitanei, quod munus hactenus Jacobus von Fleep obiverat, Henricus conſtitutus eſt, teſtantibus id literis, quibus ipſe hoc recognoſcit, ap.

Digitized by Google

pimas ille ditiones (y) poſſedit. In *Stralſundiam* non admodum propitio (z) animo fuit, cum liberalitate Majorum ſuorum paulatim ſuperbire civitas ipſi videretur, atque obtentu privilegiorum moliri quæ ſui etiam imperii majeſtati adverſa eſſent. Hinc (a) ſemel

T 2 ite-

ap. HUITFELDUM in Chr. Dan. ad h. a. Sed an. 1323. adjectis etiam terris *Gnoijenſi & Svanenſi* ſub *homagio fidelitatis* à Rege Chriſtophoro II. qui ERICO VII. ſucceſſerat, accepit. Diploma recognitionis itidem habetur ap. HUITFELDUM ad d. a. Apparet igitur quod tunc temporis terra *Gnoij-enſis* non amplius in ditione Principis noſtri extiterit.

[y] Præter nimirum *Mönam* Inſulam jure dotis obtentam Tractus *Steffensherret, Biefferskousherret* urbem *Kiöge*, loca Liſteren / Hidding & Fleding pignori data, vid. HUITFELD l. c. ad an. 1315. à KLEMPZEN in Gen. & Hiſt. Duc. Pom. ſub *WARTISLAO IV*. Qvatuor illa priora eodem anno 1315. Regi reddidit *WITZLAUS* quo promptiora & efficaciora ejus auxilia in bello Sundenſi ſibi compararet, HUITF. l. c.

[z] Tres illæ civitates maritimæ *Stralſundum, Roſtochium* & *Wismaria* ſecundis rebus ad invidiam usque evaleſcebant, ipſisque Principibus formidini pariter & odio eſſe cœperant. *Roſtochium*, Regem, penes quem ſupremum dominii hujus imperium ex ceſſione *NICOLAI* pueri Roſtochienſis tunc erat, *Wismaria HENRICUM* Leonem Principem ſuum, illum curiam multorum Principum huc invitatorum, hunc nuptias intra mœnia eorum celebraturos præcluſis portis offenderant. Nec magis inter *WITZLAUM* atque *Stralſundum* conveniebat. Princeps faſtum civitatis Privilegiorumque abuſum, civitas duritiem Principis privilegiorumque ſuorum imminutionem querebantur. Primas, quod invenio querelas in ſinum Regis *ERICI* an. 1411. in caſtris propè Roſtochium effudit teſte HUITFELDO cujus l. c. ad d. a. verba ſunt: Hertug Witzlaff aff Ryen klaget ſamme Tid offuer de Straalſunders Modville imod ſig:

- - - conqveſtus is [Witzlaus] ante
Principibus fuerat graviter petulantiam urbis,
Sunnoniæ augmentum pedetentim ſumeret, & ſe
Legitimum Dominum contemneret - -

JAC. LIEFERUS in belli Sund. deſcriptione carminibus vulgata, p. 5. Aliquot igitur annos antequam in nervum res erumperet, ſimultates jam inter ſe geſſerunt. A KLEMPZEN in Gen. Princ. Rugianorum ſcribit: F. Witzlaff wäre zänckiſch geworden mit ſeinen Unterthanen zum Sunde.

[a] Primum quidem 1314 ſed cum civitas amore pacis ducta non nihil de privilegiis ſuis remiſit certaque pecuniæ ſumma gratiam ſibi Principis reconciliavit. Hæc tamen ultra biennium haud valuit pactio, anno enim 1316. cum ultra etiam quam quod ſtatutum erat progredi Princeps videretur, atque jam acrius, etiam urbi inſtare, ad apertum denique bellum perventum eſt, cujus hiſtoriam prolixè

Digitized by Google

iterumque ad arma perventum Sociiſque belli utrinque adſcitis magno

prolixè narrant Scriptores noſtri MICRÆLIUS, à KLEMPZEN, KANTZOVIUS alii. Non reſpondit eventus ſpei, quam pro multitudine ſociorum *WITZLAUS* concipere potuerat. Nam quæ menſe Junio incepta erat obſidio Novembri ipſa Martini die irrita ſolvebatur. Nondum tamen omnino arma ponebat *WITZLAUS* ſed firmatis valido præſidio caſtris, quæ frequentia in iſta regione tum erant, præcluſiſque aditibus omnibus urbem jam fatigare annitebatur. Intolerabile viſum civibus his diu urgeri anguſtiis. Itaque facta eruptione neceſſitate quaſi in furorem verſa munimenta Principis invadunt, capiunt, tantumque non omnem Principatum Cis-marinum, quinimo & ultramarini haud exiguam partem uno armorum impetu clade atque ruina implent. Ita jam videns WITZLAUS unicum in pace præſidium ſupereſſe, omni offenſionis culpa atque vindicta poſthabita, in priſtinam fidem & amicitiam civitatem recepit. Cæterum fatendum nondum omnia ſatis quæ hoc bellum vel anteceſſerunt, vel comitata, vel denique conſecuta ſunt in aprico poſita, aut ordine, quo geſta fuerunt, digeſta eſſe. Ego noſtris cum extraneorum collatis monumentis maxima rerum momenta hac ſerie colligo: 1.] Regis ERICI ac WALDEMARI Brandenburgici Marchionis ſimultates omnibus iſtis turbis præcipuas cauſas dederunt. 2.] Utrumque bellum non tam Sundico-Rugianum, quam Marchico-Danicum fuit. WALDEMARUS ob firmam amicitiam quam WITZLAUS cum Rege colebat, odio illius flagrabat, rixaſque Sundenſium patrocinio ſuo fovebat, cumque ob Pomeranorum terras in medio poſitas non ſatis commodè ſuccurrere poſſet, WARTISLAUM IV. propinqua etiam cognatione WITZLAO conjunctum in partes ſuas trahebat. Hinc ultimum illud bellum, quod utique Sundenſe dicas, CRANTZIUS Vand. L. VIII. C. 3. bellum inter Danorum Regem & Waldemarum Brandeburgenſem nuncupare haud dubitavit. 3] Primum bellum 1314. geſtum duplici pacificatione componebatur altera inter Ericum & Woldemarum d. 13. Junii *Broderſtorpiæ*, quæ eſt villa parochialis Mecklenburgica *Deminum atque Gnoijam* interjacens: altera inter Witzlaum & Waldemarum *Templini* in Ukerana Marchia d. 13. Dec. ejuſdem anni, teſte HUITFELDO l. c. ad h. a. ubi utriusque etiam pactionis conditiones exponit. 4] Seqventi mox anno recruduit malum. Pœnituit WITZLAUM indulgentiæ, qua in nupera pacificatione erga Sundenſes uſus erat, quave nil niſi precarium ipſi in illos imperium relictum eſſe videbatur, cum Wiſmaria atque Roſtochium ad imperata facienda à ſuis Principibus jam eſſent coacta. Contra Sundenſes ſuperbè ſibi imperitari crediderunt, igitur primi circumſpicientes arma Waldemarum denuò protectorem invenerunt, Waldemarus & Wartislaum Pomeraniæ Ducem ad ſocietatem belli adduxit. 5.] Omnis tunc Cis-marinus Principatus in poteſtatem hoſtium pervenit. 6.] Agitata ſunt pacis conſilia, ſed inanis opera fuit, uti fieri ſolet,

Digitized by Google

magno animorum impetu pugnatum eſt. Abſuit fortuna WITZLAO, *Caſtrumque Lutitiorum* cum circumjacente terra à Pomeranis & Marchicis

T 3

ſolet, ubi bellum in animo eſt. 7.] Itaque & WITZLAO de auxiliis contrahendis cogitandum fuit. Primum adiit Ericum paratisſimumque invenit, auctum ſubindè fœdus eſt novorum accesſione. Aſſociabantur præter Reges Sveciæ BYRGERUM II & Norvegiæ HAQVINUM V. qui Witzlao affinitate juncti erant: OTTO Princeps Anhalt. an. 1315. d. 26. Maji. Poloniæ Dux WLADESLAUS interveniente ſolenni contractu ſe inter atque Daciæ (Daniæ) Sveciæ & Norvegiæ Reges, Principesque Rugenſem, Sclaviæ, Mecklenburgenſem omnesque eorum coadjutores, eod. an. d. 3. Julii, *contra quoscunque inimicari volentes*, *PRÆCIPUE CONTRA MARCHIONES BRANDENBURGENSES* inito: *DUCES LUNEBURGENSES* eod. an. d. 8. Dec. pariter adverſus Marchiones nominatim auxilia promittentes & perplures alii, quos omnes nunc producere nimis prolixum foret. Meditor tamen Disqviſitionem Academicam, qua de auguſto contra Sundenſes eorundemque Protectores in hoc bello fœdere peculiari opera agetur. 8.] Contra CHRISTOPHORUS Erici Regis frater, cum quo jam dudum ipſi non ſatis convenerat, rebus Waldemari ſtudebat, comparatisque apud Sundiam navibus Fioniam occupabat. 9.] Non tamen abſtrahi potuit Ericus his turbis à bello contra Sundenſes atque ſocios, quin potius ordinatis utcunque domi rebus, cum WITZLAO cœterisque fœderatis totis viribus belli diſcrimen adivit, ſed totis viribus, quod audivimus, nihil effecit, cum non tantum Principatum cis mare, ſed & inſulam ob multorum Vaſallorum conſpirationem hoſtiles præcipuè & Marchicæ copiæ expugnaſſent. 10.] Sub finem igitur anni 1316. ſoluta obſidione Stralſundiæ de pace reſtauranda cogitari cœpit. Inter Regem & Marchionem fratremque Regis Chriſtophorum an. ſeqv. 1317. in vigilia Pentecoſtes denuò *Broderſtorpiæ* amicitia reconciliata ſolennibus literis *Sultæ* & *Varnemundæ* datis cum factorum omnium venia ac oblivione confirmata & *Wordingborgæ* in Selandia eod. an. d. 13. Dec. conſummata eſt. Ex præcipuis conditionibus fuit, quod Marchio pollicebatur Stralſundiam omnemque Rugiam cum equitibus atque Vaſallis, qui ſuo ſe ſubdiderant imperio, Witzlao legitimo Domino reddere. Inter Regem, Marchionem atque Henricum Megapoliæ Principem eodem an. tertia Pentecoſtes feria *Sultæ*: inter Regem, & Wartislaum IV. Pomeraniæ Ducem eodem an. Feſto Catharinæ, i. e. d. 25. Novembr. *Templini* pax reſtituta. 11.] Denique & ſpeciale fœdus inter Regem Ericum & civitatem Sundenſem an. 1318. die 23. May hac lege factum eſt, ut disſidiis omnibus ſublatis, Rex urbem per tres continuo ſe excipientes annos, à Feſto Michaelis ejusdem anni numerandos, ſuo patrocinio tueretur, contraque civitas, ſi quod interea temporis bellum Regi moveretur, partibus ejus fideliter adhæreret.

Digitized by Google

chicis quorum auxilio *Sundenſes* utebantur, tunc (b) expugnatum, atque ſic fato factum eſt, ut Civitas, quam tutandis finibus Rugianorum conditores ſacraverant, imminuendis anſam præberet. Providi tamen Numinis cura inteſtinis his malis averruncatis, rebusque antiquo concordiæ nitori redditis, ad priſtinum Dominum omnia redierunt. Nec tamen diuturna quies fuit. Pacatam enim domi Rempublicam nunc externus hoſtis turbabat HENRICUS ille Megapoliæ Princeps, de finibus circa *Damgardum* litem movens non ſine gravi bello (c) acrique ad *Ribbenizam* prælio dirimendam. Denique

[b] HUITFELDUS l. c. ad an. 1314. ſcribit, quod eodem hoc anno *WITZLAUS* caſtrum atque terram Lutitiorum conſenſu Vaſallorum ſuorum Regi Daniæ reſignaverit publicis literis ſuper hac re datis atque ſubſcriptis à Duce Saxoniæ Erico, Henrico Megapoliæ, Dnn. de Werla, Ottone Hoyenſi, Rudolpho Diepoltenſi, Comite Sverinenſi, Henningio Holſatenſi, Sigvardo Plöne, Henrico Degene, Erneſto Bogi, N. de Dovitz (Devitz) Regenfrido (Reynfrido) Pentz, Sikove & Gothen Mörder, Johanne Mörder, Conrado Molticke, Henrico Vulff. Hoc tum ſine dubio à Witzlao factum eſt, ut, imminente jam primo bello Sundenſi, eo fortius Regem ad belli ſocietatem, iſtamque præſertim in limine Principatus ſui poſitam provinciam ſtrenuè contra Pomeranorum & Marchicorum inſultus tuendum obligaret Cum vero eodem hoc anno totum Dominium Lutitiorum Marchio nihilominus expugnaſſet, eo ferè labente Templini pacto convenit, ut Witzlao pro 3000. marcis puri argenti, aut quod ſecundum valorem nummorum, qui antea obtinuerat, pro 15000. marcis Slavicalibus redderetur, cujus contractus literas obſignarunt Dux Witzlaus, Rugiæ Princeps quem Ducis titulo plerumque Huitfeldus inſignit, Comes Bernhardus Anhaltinus, Comes Nicolaus Sverinenſis, Henricus Mecklenburgicus, Dux Witzlaus, (Wartislaus Pomeraniæ ſine dubio intelligendus, quem minus recte hoc nomine ſæpius vocat) Johannes de Werla, Johannes Comes Gutzkoviæ, Sigvordus Plöne eqves. In altero, quod an. 1316. flagrabat Sundenſi bello, dubium non eſt, quin denuò Loytzenſe dominium à Pomeranis & Marchicis expugnatum ſit, quia, ut nota præcedens oſtendit, totus tunc cis-marinus Principatus hoſtili impetu ſuperatus eſt. Verum pactione Broderſtorpienſi inter Regem & Marchionem 1317. inita, omnia quæ in poteſtatem hoſtium venerant, adeoque & ditio hæc Loytzenſis ad Witzlaum rediit.

[c] De hoc bello nil relatum invenio in Chronicis noſtris. Sed CRANTZIO haud ignotum eſt, qui Vand. L. VIII. C. 4. his verbis de illo tradit: *Inde diſſidium quoque erat, quod crevit in grave bellum inter eundem Henricum & Wiſlaum de Rugia Principem. Invicem erexere fortalitia ad confinia Rebeniſſæ, & in mutuam prædam excurrunt. Conſpiravere in Henricum omnes in circuitu*

Digitized by Google

que omnium inſultibus aut ſuperatis aut cohibitis eodem limitum (d) ambitu, quo à majoribus acceperat, Principatum tranqvilla poſſes-

cuitu Principes & condicta die vaſtarunt terram - - quibus in ſua digreſſis ad proximos convertitur & Wandaliæ reddit vices. Multo autem antiquiorem hujus belli memoriam nobis ſervavit vetuſtus & literis monaſticis conſignatus codex Cœnobii virginum Nobilium Ribnizenſis, & quod non minimam partem ex illo an. 1670. ſuperiorum nutu congeſtum eſt Summarium ſ. Haupt-Buch des Adelichen Jungfrauen-Kloſters Ribnitz/ verbis: Auch hat er (Heinrich der Löwe) Kriege geführet/ mit Witzlao letzten Fürſten zu Rügen/ welchem auch das Land/ Bahrt/ Stralſund/ Grimmen/ Tribbeſees zugeſtanden/ und iſt an. 1322. eine Schlacht zwiſchen Damgard und Ribbenitz gehalten/ davon noch auf dieſen Tag die Wahlſtat auf dem Ribbenitzer Felde den Namen hat/ daß ſie de Striede-Brinck geheiſſen wird. Principem hujus diſcordiæ inter Henricum & Witzlaum cauſam ex bello Marchico natam eſſe autumo. Defunctis enim eodem illo anno 1322. Waldemaro atque Johanne Marchionibus, cum undique vicini Marchicas oras invaderent partemque ſitu commodiorem ſibi vindicarent, ſoli quoque Pomerani antiqui juris in Marchiam Ukeranam nolebant eſſe incurii. Præverterat autem conſilia eorum Henricus Megapolitanus *Paswalco* atque *Premitzlavia* ſubita ereptione occupatis. Hinc inique ferentes injuriam Pomerani conjunctis viribus uſurpatorem Henricum aggrediebantur, recuperatoque utroque loco depellebant. Stetiſſe tunc temporis Witzlaum à partibus Pomeranorum inde colligo, quod 1.] Wartislaus IV. Pomeraniæ citerioris Ducatum tenens arctiori neceſſitudine ipſi conjunctus, & 2] hujus cognationis intuitu anno demum præcedenti 1321. hæreditaria pactio inter illos conflata erat. Hoc adeo Henrico offenſioni fuit, ut reſuſcitatis antiquis illis de limitibus circa *Rekenitzam* diſſidiis, bellum, quod cum Pomeranis minus proſperè ceſſerat, in Rugianos meliori ut ſperabat fortuna gerendum transferret. Diſpar tamen ſpei eventus fuit cum Witzlaum etiam in ſua ditione haud procul Ribbenitza obvium habuiſſet, ſtrenuum finium ſuorum defenſorem.

[d] Patet id ex Dipl. ap. HUITFELD. ad an. 1322. quo *WITZLAUS* terras ſuas tanquam feudum Regis Daniæ *CHRISTOPHORI II.* atque filii *ERICI* recognoſcit verbis: *Notum facimus univerſis præſentibus & futuris, quod nos omnia bona noſtra & ſingula, quæ habemus videlicet terram Rugiæ, terram* Grimmis, *terram* Sundis, *terram* Bart, *terram* Trebezes, & *terram* Loiſitz *cum omnibus civitatibus, munitionibus, hominibus cæteriſque pertinentiis infra terminos eorum terrarum contentis jure feudali, quod* Fanelân *nuncupatur recepimus & tenemus.* Fortioribus etiam rationibus demonſtrabitur Ær. ſeqv. Per. I. §. I. Nunc tantum obſervo, quod Provincia Grimmenſis & Tribuſeana *MARGARETHÆ* Witzlai uxori pro dotalibus prædiis deſtinata fuerit, notante KANTZOVIO in Chr. Avtogr. 1310. confirmiret König Erich Wislaffs Gemahls Margarethen Levegedings-Brieff auf Grimmen und Tribſees/ ſo Wiſlaff ſtürbe.

poſſeſſione ad annum usque (e) 1325. tenuit. Tunc ultimus Principum ſuæ (f) gentis ad bonas mentes concedens, ſucceſſori (g) reliquit.

ÆTATIS

[e] In vigilia Martini Epiſcopi, id quod à KLEMPZEN in Gen. Princ. Rug. STEINGREBER in Tab. Gen. eorundem Principum, alii noſtratium de 8. Novembris interpretantur, cum tamen Profeſtum illud Martini in decimum hujus menſis incidat. In Relatione Hiſtorica Manuſcr. de rebus geſtis Gryphiswaldenſium in bello Rugiano nulla indicata die, *circa feſtum Sci Martini Epiſcopi* obiiſſe nude relatum eſt. De genere mortis non tantum apud LAZIUM de M.G. cujus non tanta apud me autoritas foret, ſed & in Mappa Geographica LUBINI publica Ducum Pomeraniæ autoritate vulgata, atque in der kurtzen und gründlichen Relation von der Inſul und Fürſtenthum Rügen / quæ Sundiæ 1678. 4. impreſſa eſt relatum legi, quod à Stralſundenſibus interfectus ſit. Qua fide id monumentorum dici potuerit, ego ignoro. Apud reliquos Scriptores noſtros nulla violentæ mortis ſit mentio. Locum quo fata occupaverunt, non magis indicant, præter quod apud STEINGREBERUM l. c. *Campi* obiiſſe dicatur. Sepultum eſſe in Campenſi monaſterio ubi commune Principum Rugianorum Mauſoleum fuit, LUBINUS l. c. tradit.

[f] Ultimum Principum ſuæ gentis dico, h. e. ut loqvuntur Autores Relationis Hiſtoricæ de rebus geſtis Gryphiswaldenſium in bello Rugiano, *poſt ſe reliquit nullum hæredem maſculum ſibi in directa linea ſuccedentem*, alioquin filii, quem tertium *RATZEUS* habuerat, *STOISLAI* linea *PUTBUZIA* deinceps à Regia ſua dicta, hodienum originis ſplendore in Principatu noſtro eminet. Hujus enim familiæ illuſtriſſimæ progenitorem *BORANTONEM* ipſe *JAROMARUS II.* in pactione hæreditaria an. 1249. arbitratu *BARNIMI I.* inita: NOBILEM BARONEM DE GENTE SUA, COGNATUM ET DE PARENTELA SUA A GENTILITATIS TEMPORE LEGITIME DESCENDENTEM vocat. *WITZLAUS III.* in Teſtamento ſuo THEZIUM de PUTBUZ TITULO DILECTI CONSANGVINEI SUI inſignit, eoque nomine duas crateras argenteas & unum eqvum ex equili ſuo legat. *WARTISLAUS VI.* in literis clientelaribus quas omnium primas Domus PUTBUZIA poſt ultroneam terrarum ſuarum oblationem ſub reſervatione multijugæ honorum eminentiæ an. 1365. accepit, idem illud luculento teſtimonio confirmat: Wy hebben angeſchen/ dicens ſine Bede/ (loquitur de PRIBBERTO de PUTBUZ) und ſin olde Herkamen dat he van dem Blode der Fürſten van Rügen oldinis medekamen iſt. Planeque eisdem verbis de illuſtri hac gente & nominatim de NICOLAO de PUTBUZ utitur BARNIMUS VI. in Diplomate quo an. 1390. illimitatam ipſi facultatem impertitur cum terris ſuis pro arbitratu agendi.

[g] Poſtquam ab ineunte imperio CRITONIS, cujus initium ad an. 1050. referimus, per 275. annorum intervallum ſub octo Principibus continua ſerie ſteterat.

Digitized by Google

ÆTATIS SECUNDÆ.

Periodus I. ab ineunte regimine WARTISLAI IV. Pomeraniæ Ducis, & WITZLAI IV. in Principatu Rugiano Succeſſoris usque ad mortem WARTISLAI X. ultimi, qui Principatum Rugianum ſeparatim tenuit Principis, ſ. ab an. 1325. usque ad annum 1478.

§. I.

Non diu Rugianis poſt mortem ultimi Principis ſui quærendus ſucceſſor fuit. Ipſe WITZLAUS qvatuor ante quam exceſſerat (h)

U annos,

[h] Anno nimirum 1321. Tunc ſuperſtes *WITZLAO* adhuc erat filius in ſpem ſucceſſionis genitus *JAROMARUS IV.*, qui vero poſtea eodem 1325. anno haud multo ante Patris obitum morti ſuccubuit. Sic omnium opinione citius ſpes *WARTISLAI* noſtri maturabatur. Inclyta *PUTBUZIORUM* gens nec contra paſtionem illam hæreditariam, nec contra ipſam, quæ ſequebatur, ſucceſſionem *WARTISLAI* quicquam moviſſe legitur. Tacent hic omninò Chronica, tacent literæ atque monumenta publica, quod ſane, ſi omninò aliquid moliti eſſent, in re tanti momenti non eſſet factum. Imo conſenſiſſe etiam eos *WARTISLAI* ſucceſſioni liquere videtur 1) quia in fido illo antiquitatis monumento *de factis & expenſis Gryphiswaldenſium in bello Rugiano* diſerte refertur, quod poſt obitum Witzlai IV. OMNES incolæ concorditer Wartislaum IV. elegerint. 2) Qvia in eodem monumento *JOHANNES* de Griſtov ex familia Putbuzia à ſede, quam forte poſt extinctam in *DUBZLAVO* Barnutæ lineam *Griſtoviæ* habebat, ita cognominatus, fœdus etiam contra hoſtes ſucceſſionis Wartislai cum unitis civitatibus Pomeraniæ atque Rugiæ de reprimendis eorum armis inibat, quod in damnum ſuæ familiæ nunquam feciſſet, ſi ipſa ea ad ſucceſſionem adſpiraſſet. 3) Tantæ fidei PUTBUZIA Domus habebatur, ut civitates *Stralſund, Gripeswold, Tangklim* & *Demmin* una cum Duce Stetinenſi *BARNIMO III* Inſulam Rugiam æque ac caſtrum quod ad *paſſagium*, i. e. ad Trajectum è regione Sundiæ erat cuſtodiæ illius oppignorationis titulo pro 6600. marcis committerent, uti id inſtrumentum ſuper hac re an. 1327. confectum teſtatur. 4) PRIPPERTUS Dominus de PUTBUZ an. 1365. WARTISLAO VI. Wartislai IV. ex filio Barnimo IV. nepoti omnes terras ſuas in feudum obtulit confirmantibus id literis ſolennibus Wartislai de dicto anno verbis: Wy Wartislaff van Gades Gnaden/ Hertoge to Stettin/ Fürſte to Rügen/ wy bekennen und betügen in dißem

unſem

unſem apenen Breffve vor als weme - - dat by uns iß geweſen Herr Prippert, Herr to Putbus, und heſſt uns angeſallen uad gebeden/ wy mochten em ſine Herſchop mit aller Fryhed verlehen/ wy angeſchen hebben/ ſine Bede uud ſin olde Herkamend/ dat he van dem Blode der Fürſten van Rügen oldings mede kamen iß/ und wy na Rade unſer truwen Redere vor uns und unſe Erven und Nakamelinge dem vorſchreven Herren und ſinen Erven hebben leendt/ und in gegenwerdigen Leenen/ in Krafft dißes unßes Brefves deße naſchrevene Kercklecn mit den Kaſpeln ꝛc. Hæc momenta ſane neminem dubitare ſinunt, quod PUTBUZII ſucceſſioni in Pomeranos translatæ nilquicquam adverſati ſint. Verum hic cupido inceſſit animum ſciendi, quid cauſæ ſubfuerit, quare Illuſtriſſima familia, cui jure ſangvinis omnia, quæ Witzlai olim fuerant, deberi videbantur, translationem eorum in Wartislaum nonniſi affinitate Witzlao conjunctum, tam æquo animo tulit. Plures ſæpius hunc ſcrupulum moventes, eximentem nullum unquam audivi. Dices ea forte ſub conditione tam amplum & ab omni ſubjectione immune dominium à regnantis lineæ principibus PUTBUZIAM ſtirpem obtinuiſſe, ut ſuas in perpetuum res ſibi haberet, nulliusque juris titulum in cœteras Principatus partes, etiam labente familia regnantium Principum ſibi arrogaret. Atqui verum eſt ex pacto hæreditariæ diviſionis terrarum JAROMARUM II. inter & BORANTONEM Domus PUTBUZIÆ Nobiliſſimum progenitorem an. 1249. erecto, quod ſua poſſederint *PUTBUZII eo jure quo Princeps ſua poſſidebat - - cum Vaſallatu & jure Patronatus, cum mari ſalſo terras & bona ubique attingenti, cum littoribus etiam quod* Vorſtrand *dicitur, & plane cum OMNI jure, dominio, libertate, nullis penitus exceptis*. Verum enim vero exinde nondum elici poſſe videtur, quod abdicatione juris ſuccedendi in univerſum Principatum hæc tanta tamque inſignia emolumenta ſibi mercata tunc fuit; de eo enim in dicto inſtrumento nihil utique exſtat. Qvin potius contrarium inde eluceſcit, quod Jaromarus aperte declarans *nihil juris in traditis Borantoni terris, ipſo Barantone ſuisqve hæredibus viventibus ad ſe devolvi debere*, tacite innuit, quod in caſum ſuccumbentis familiæ PUTBUZIÆ jus reductionis ſibi ſuisque hæredibus ſervatum ſartumque velit. Si igitur eodem, quo Principes regnantes jure ſua tenuerunt PUTBUZII, ſine dubio & mutuo ſuccedendi jure gaviſi eſſent. Neque magis metu majoris potentiæ jure ſuo ceſſiſſe credas. Potuiſſent enim vel interpoſito diſſenſu ſuo, vel nuda, ut vocant, proteſtatione illud munire, quod vero tantum abeſt, ut fecerint, ut potius, quod jam eſt indicatum, Wartislai IV. ſucceſſionem conſenſu ſuo juverint. Meam ego de hac controverſia opinionem ita expono. 1] Rugiæ Principatum feudali nexu Danicæ coronæ conjunctum fuiſſe ante omnia eſt agnoſcendum. 2] Feuda Danica non erant hæreditaria, ſed perſonalia, prodente HUITFELDO in Chr. Dan ſub Chriſtophoro II. ad an. 1326. 3] Cum an. 1168. Danorum Rex *WALDEMARUS I.* omnem Rugiam vi armorum expugnaſſet, jure victoris ille utens imperium *TETZLAVO* Principi ob nimium odium quod continuis ſuis in Daniam invaſionibus ſibi contraxe-

rat,

annos, mutuæ ſucceſſionis pacto cum (i) Wartislao IV. Pomeranorum Duce ſuoque ex ſorore Margaretha nepote inito, hanc curam communi Ordinum Principatus conſenſu præoccupaverat. (k)

U 2 Inte-

rat, abrogatum in *JAROMARUM* fratrem tradita ipſi in matrimonium ſorore *IRMENGARDI* tranſtulit. Superſtes tum quidem & tertius frater *STOISLAUS* fuit familiæ *PUTBUZIÆ* primus ſator, ſed quod in partem inveſtituræ venerit, daß ſie geſamte Hand gehabt / nullibi invenitur. Exſtincta itaque ſtirpe *JAROMARI* ex arbitrio Regis Danorum ſucceſsio videbatur pendere. Ne tamen ob arctam ſangvinis conjunctionem nimia PUTBUZIORUM indignatio eſſet, *ERICUS II.* an. 1309. prudenter jam caverat, terrisque eorum jam tum amplisſimis *integras Pen-inſulas* Wittove *&* Jazmunde *dictas cum omnibus diſtinctionibus & pertinentibus & cum omni jure & judicio cum Vaſallatu & homagio Vaſallorum atque Subditorum cum precaria & decimis & quæ dantur de moneta & cum jure Patronatus Eccleſiarum & generaliter cum omni fructu & utilitate ſic ut ipſas Princeps Magnificus Dominus* WITZLAFF *Rujanorum Princeps & ſui Progenitores hactenus in longitudine & latitudine tenuerant - - jure hæreditario à progenie in progeniem* cadente ſine legitimo hærede Witzlao adjiciendas promiſerat. Non ego mihi in rebus tanti ponderis quicquam decidendum aut pro indubitato vel affirmandum, vel negandum ſumo. Mea cogitata aliorum judiciis offero perpolienda, probanda, damnanda prout cuique rectiora callenti videbitur. Cuncta enim à veritate aliena, aut præter mentem inique etiam poſita, uti non cogitata, ita nec ſcripta volo.

[i] Erat hic WARTISLAUS inclyti Pomeraniæ Ducis Bugislai IV. filius ex ſecunda conjuge, WITZLAI III. filia ultimique WITZLAI ſorore MARGARETHA ſuſceptus. Habebat itaque Wartislaus Witzlaum, cui in imperio ſuccedebat, avunculum. In Ducatu Sedinenſi ea tempeſtate OTTO I Bogislai IV. frater illiusque filius BARNIMUS III. c. Magnus Remp. adminiſtrabant.

[k] Hoc eſt, non tantum inſularem, ſed & cis-marinum Principatum adeoque civitates Stralesund, Bardt, Damgardt, Grimmen, Loitz, Tribuſes cum adjacentibus terris. Ita probant non modo literæ antea jam memoratæ, quibus *W*itzlaus ultimus an. 1322. Principatum ſuum Danicum feudum HUITFELDO l. c. recognoſſe dicitur; verum & indulgentisſimum illud privilegium, quod Wartislaus mox ſub initium ſuſcepti imperii ordinibus Principatus Rugiani Stralſundæ ipſo 1325. anno feria tertia infra octavam b. Andreæ Apoſtoli impertivit verbis: Wartislaus *Slavorum - - Princeps Rugianorum Clauſtris, Prælatis, perſonis Eccleſiaſticis, Vaſallis, militibus & famulis, civitatibus* Stralſunt, Barth, Tribuſes, Grymmen, Loytze *ac omnibus oppidis eorumque Burgenſibus in noſtro Principatu Rugianorum UTRIUSQVE PARTIS AQVÆ SALSÆ - confirmamus* &c. Conf. CHYTR. Sax. L. V. p. 155.

Pro-

Digitized by Google

Integrum igitur ille, juribus Provinciæ æque ac ſingulorum larga ſponſione aſſertis, hac præcipue lege adivit, ut quem nunc accipiebat indiviſum nulla unquam in parte limitibus ſuis imminuendum, aut omninò dividendum ſanctiſſima fide (l) polliceretur. Propitio Numine inſignem hanc Status Rugiani revolutionem contigiſſe dixerim, tanto omnia animorum (m) aſſenſu, tanta tranquillitate

Proinde Pomeraniæ Ducos Rugiam acceperunt Principatum, non ipſi demum fecerunt. Ut erronea ſint, quæ inveniuntur in der kurtzen und ausführlichen Relation von der Inſul Rügen an. 1678. Stralſundæ in 4. impreſſa: Daß die Hertzoge von Pommern/ nachdem ihnen dieſe Inſul zu theil geworden / mit Zulegung der Städte Stralſund/ Barth/ Grimmen und Tribeſes/ Loitz / ſamt anbelegenen Landen/ ein eigen Fürſtenthum daraus errichtet / und ſolches in die Wolgaſtiſche Regierung gezogen. Errat & CRANTZIUS, qui Dan. L. VII. C. 28. tempore belli 1316. geſti Sundiam, ſcribit, jam paruiſſe Principi Wolgaſtano tanquam Duci ſuo. Socium & fœderatum, non Dominum Sundia tunc temporis Wartislaum habebat. Neque Rugiæ tantum Principatum, ſed &, quod Witzlaus in Dania poſſederat, terras, obtinebat. Speciatim de Tractu terrarum Hiddingenſi atque Flodingenſi hoc teſtatur KLEMPZ. in Gen. & Hiſt. Ducum Pom. ſub Wartislao IV. Conf. MICR. L. III. n. 34.

[l] Verbis, uti in verſione vernacula modo dicti privilegii fluunt: Wy gelaven und willen ock/ dat dat gantze Förſtendohm Rügen mit allen ſinen Enden und Scheden/ als datſülvige unſe Vöröldern und Vorfahren ſüſlang gehatt/ thohope und unverdeelet blive tho ewigen tyden.

[m] Hoc confirmat pretioſiſſimum illud monumentum, ad quod jam aliquoties provocatum eſt ſæpiusque in poſterum provocabitur, *Relationem* puto *Hiſtoricam de rebus geſtis atque expenſis Grypbiswaldenſium in bello Rugiano*, magnæ fidei ſcripturam non tantum, quod rebus geſtis, de quibus tradit coæva, ſed potiſſimum quod autoritate totius Senatus, qui tunc civitati præfuit, ſingulorum etiam nominibus præpoſitis publicata eſt. Verba huc ſpectantia ſunt: *Poſt cujus* (Witzlai) *obitum Conſiliarii Vaſalli civitates & incolæ dicti Principatus concorditer illuſtrem Principem Dominum noſtrum Wartislaum Ducem elegerunt in Dominum ſuum & Principem dicti Principatus, & ſibi ſuisque veris & legitimis hæredibus in civitate Stralſunt primo anno prædicto die b. Barbaræ Virginis Vaſalli conſules & communitas dictæ civitatis homagium fecerunt, & fidelitatis juramentum præſtiterunt.* Civitas autem Bardenſis jam an. 1317. Principi Witzlao ſe obſtrinxerat daß dafern er ohne Erben verfiel/ daß ſie alsdann bey dem bleiben wolten/ der ſein Erbe würde. Vid. Ann. Bard. Manuſcr.

Digitized by Google

tate perficiebantur. Putaſſes Daniam conatibus iſtis (n) obſtitiſſe, quæ Dominii eminentis titulo jam toties quoties vivo adhuc Witzlao opimam hanc ſibi (o) aſſeruerat hæreditatem. Sed ea

U 3 in

[n] Vulgus Chronicographorum de variis procis qui eandem cum Wartislao virginem Rugiam ambiverint, Rege Danorum, Megapolitano, Werlanis, Marchico, narrant. Aſt non invenio ab ullo quicquam motum fuiſſe antequam Danus ob denegata à Wartislao auxilia Megapolitanorum atque Werlanorum arma excitabat. Nemo poſt obitum Witzlai Wartislao præferri volebat, ita ut domi æque ac foris omnibus pacatis ad Remp. ille Rugianam accederet. Huc intelligendus eſt CRANTZIUS Dan. L. VII. C. 30. & Vand. L. VIII. C. 12. Inter omnes affectatius ſe geſſit Præſul Sverinenſis Johannes I. Gans dictus, utpote qui Jurisdictionem ſuam Eccleſiaſticam, & qui huic annexi erant decimarum reditus nunc pro jure eminentis dominii atque feudi venditare non erubeſcebat, cumque proprio Marte hoc non defendere poſſet in Principes Mecklenburgicos Dominosque Werlanos illud transferebat. Vid. CHYTR. l. c. Vivente tamen Wartislao, ut dixi, omnia pacata manſerunt; diſertis enim verbis in *Relatione* citata narratur, quod *Wartislaus quamdiu vixit in pacifica poſſeſſione Principatus fuerit illumque in ſuo regimine tenuerit.*

[o] Fecerat id quoties Rugianum Principatum titulo feudi ſibi aſſeruerat. Sic lego apud HUITFELD. l. c quod Witzlaus ultimus 1315. contra imminentem hoſtium vim ea lege auxilia Regis Daniæ ſtipulatus ſit, ut exantlato bello æternum illius Vaſallus eſſet. Hand loffende/ inquit, at naar Frigen bleff end/ vilde hand off hans lande evindeligen tinne Kong Erich imod huer mand/ ſom hans rette Herrn. Eadem declarat Witzlaus in literis quibus an. 1322. regnante jam Chriſtophoro II. terras ſuas feudum Danicum agnoſcit verbis: *Notum facimus - quod nos omnia bona noſtra & ſingula - - à Magnificis Principibus videlicet Domino noſtro Chriſtophoro - - & filio ſuo Domicello Erico, quibus de dictis terris homagium fecimus jure feudali quod* Fanelân *nuncupatur recepimus & tenemus, nec alium Dominum temporalem præter ipſos recognoſcimus de dictis bonis nos habere. Ad quod ſimiliter faciendum hæredes noſtros, ſi ipſas terras & bona tenere voluerint, recognoſcimus obligari.* Apertiſſime vero id eloquitur Rex Daniæ Ericus VII. in Diplomate antea jam citato quod *PUTBUZIIS* in eventum exſtinctæ familiæ regnantis inſulas *Wittov* & *Jasmund* an. 1309. confert. *Ita*, dicens, *ut prædictæ inſulæ - - ad hæredes & ſucceſſores - - prædictorum militum devolvi perpetuo poterunt & debent, ſi idem Dominus Witzlaus Rugianorum Princeps abſque prole hærede legitimo moritur, QVANDO IPSIUS TERRA AD NOS SUCCESSORES NOSTROS REGES DANIÆ FUIT DEVOLUTA.* Sic & in contractu oppignorationis ſuper dimidiam terræ Gnoyenſis partem an. 1310. inito verba uti apud HUITFELDUM ad h. a. concepta in vernaculam mihi translata, fluunt:

in ſua tunc viſcera (p) ſæviebat, adeo quidem ut Rex CHRISTOPHORUS II. relicto regno ſalutis refugium in terris Roſtochienſibus apud (q) HENRICUM Leonem ſibi quæreret. Hæc aliena calamitas in commodum WARTISLAI verſa. Nolebat exterorum etiam odia (r) incendere CHRISTOPHORUS, malebat ſibi conciliare animos. Honorificum igitur WARTISLAO conſilium ſuſcepit *Bardumque* ipſe profectus in propria etiam Provincia univerſum Rugiæ Principatum ſolenni atque magnifico apparatu (s) tradidit. Interea quod apud Danos

unt: Er Witzlaff ſoll auch vor Jederman kund und zu wiſſen thun/ daß/ wofern er ohne Erben ſtürbe/ ſo dann alle ſeine Länder uns erblich zufallen ſollen. Dieſes ſoll er uns vergewiſſern durch 20. ſeiner vornehmſten Ritter Inſiegel/ und aller ſeiner Städte Verſchreibung.

[p] Vid. HUITFELD. l. c. ſub CHRISTOPHORO II.

[q] Hunc amiciſſimum habebat corona Danica ex quo ſub imperio Erici VII. dominium Roſtochienſe primum cuſtodiæ ejus traditum, deinde vero ſub Chriſtophoro II. lege clientelari fidei ejus commiſſum erat.

[r] Qvod utique fore intelligebat, ſi juri, quod Wartislaus pactione hæreditaria cum Witzlao inita ſibi comparaverat adverſari voluiſſet.

[s] Res tota, quo ſit ordine geſta *Relatio Hiſtorica de rebus geſtis Gryphiswald. in Bello Rug.* ſeqventibus verbis exponit. *Anno incarnationis Domini 1326. ante feſtum corporis Chriſti dicto Rege Chriſtophoro in Ribbenitz moram faciente ſe tranſtulit in Bardt ipſo die corporis Chriſti & Sabbatho proximo dictum noſtrum Dominum Wartislaum, & ſuos hæredes in cœmiterio ibidem præſentibus omnibus ſuis Vaſallis & Conſulibus civitatum de dicto Principatu cum omnibus ſuis juribus legaliter cum ſeptem vexillis infeudavit.* Danici Scriptores harum quaſi inſcii rerum non de infeudatione (ſit venia voci barbariem olenti?) Sed de omnimoda abalienatione Principatus cismarini dolentes loqvuntur, ſolamque tunc inſularem Provinciam coronæ Danicæ reſervatam eſſe contendunt. Cl. HOJERUS in den kurtzgef. Dannem. Geſchichten ſub Chriſtoph. II. p. 55: Indeß alienirte auch der verjagte Chriſtophorus das Däniſche Pommern, (ita Principatum cis-marinum appellat) Rügen (inſulam) ausgenommen. Eandem in ſententiam & ſcribit HUITF. l. c. ad an. 1326. Contra Hiſtorici noſtri omni juri ſuo Danorum Regem tunc renunciaſſe tradunt. MICRÆLIUS L. III. n. 48. Der König von Dännemarck ließ ſeine bisher an Rügen vorgewandte Gerechtigkeit gutwillig fallen. EICKSTEDIUS in Epit. Ann. an. 1326. *Wartislaus miſſis oratoribus ad Daniæ regem Chriſtophorum impetravit ab illo ut juri ſuo, quod in Rugiam prætexebat, renunciaret.* Inſiſtunt & alii iſtorum veſtigiis. Qvibus tamen omnibus mihi anteponenda videtur autoritas *Relationis Manuſcriptæ* antea citatæ, qua univerſus Principatus Wartislao

Digitized by Google

nos exarſerat incendium latius (t) ſubindè fundebatur, WALDEMARO Jutiæ Auſtralis Duce, juvene (u) decenni ſub tutela GERHARDI armis incly̆ti Holſatiæ Comitis in regem electo. Parabat in iſtos bellum CHRISTOPHORUS comparato in Obotritis atque Kiſſinis exercitu Daniam repetiturus. Secuti Regem HENRICUS (w) Mecklenbur-

tislao in feudum collatus, & à Waldemaro III. in Anti-Regem electo eodem mox anno ipſi confirmatus eſſe traditur. Hanc tamen quod infra oſtendendi occaſio erit omnium ultimam inveſtituram fuiſſe, nec unquam poſthac Pomeranos Rugiam Danicum feudum agnoviſſe, exiſtimo. Hinc Bardenſem illam inveſtituram pro omnimoda ceſſione non immerito venditarunt noſtrates. Et cum ipſi Dani largiantur, quod cis-marinæ provinciæ pleno jure à Chriſtophoro in Wartislaum translatæ ſint, non video quare idem & de inſula Rugia factum eſſe negent. Hoc enim non nude negari, ſed idoneis etiam monumentis probari debebat. Nos *Relatione* illa *Hiſtorica* tanquam firmiſſimo Documento domeſtico edocemur, quod unimoda inveſtitura totus Principatus Wartislao collatus ſit. Si igitur cis-marinæ partis omnimodam traditionem nobis concedunt, neceſſe videtur, ut idem quoque de transmarina ſive inſulari parte largiantur.

[t] Vid. HUITFELDUS & HOJERUS ll. cc.

[u] Hac fuiſſe ætate Waldemarum oppoſitum Chriſtophoro regem ex eadem *Hiſtorica Relatione* didici. HUITFELDUS vero in ampliſſimo etiam Chronico reticuit.

[w] A rebus fortiter geſtis ad exemplum Henrici illius Brunovicenſis LEO cognominatus Conditor Cœnobii Ribnitzenſis an. 1323. fuit, eodem quo cum ultimo Rugiæ Principe ad Ribbenitzam infeſta arma conſeruit. Duxit tamen poſt fata Witzlai filiam ejus Agnetem tertiam uxorem, quam affinitatem ſine dubio bello quo provincias Rugianas petebat cauſam atque titulum prætexuit KLEMPZENIUS quidem in Chr. Pom. Manuſcr. ad an. 1355 ſcribit: Hertzog Albrecht (filius hujus Henrici, qui poſt Patris mortem bellum de Rugia proſequebatur) wendete auch noch Gerechtigkeit für am Lande zu Rügen / von wegen ſeiner Groß-Mutter / F. Witzlaffs Tochter. Verum hæc ego cum Genealogorum neque noſtratium, neque extraneorum enunciatis conciliare valeo. Ipſe enim MICRÆLIUS noſter in Tab. Gen. Ducum Mecklenb. Chronico Pom. inſerta æque ac Cl. HÜBNERUS in Tab. Gen. 193. & alii Henrici Hieroſolymitani, quem Albertus avum venerabatur Anaſtaſiam Barnimi I. Ducis Pomeraniæ filiam conjugem adſcribunt. Hæc igitur, non vero Rugiana Princeps quædam avia Alberti fuit. Nondum tamen omnino damnare audeo narrationem KLEMPZENII cum ipſe Witzlaus III. in Teſtamento Henricum L. *dilectum conſanguineum ſuum* vocet, eoque nomine cingulum argen-

Digitized by Google

cklenburgicus (x) Dominique Werlani. WARTISLAUS, cui non tam ad Regem, quam regnum Daniæ in iſtis turbis reſpiciendum videbatur, militiam (y) recuſaverat. Id funeſtiſſimo bello cum Mecklenburgicis atque Werlanis de Principatu Rugiano originem dedit. Nam CHRISTOPHORUS præ vindictæ cupidine quod ſemel Pomerano jus attribuerat in iſtos ſequaces, ut arctius ſibi amicitiam eorum devinciret (z) transferre non dubitavit. Contra WARTISLAUS

argenteum deauratum ipſi leget. Aut igitur Witzlaus ad eandem cum Klempzenio aut ad remotisſimam illam cognationem reſpexit, quæ Rugianis propter communem ſtirpem cum Principibus Mecklenburgicis æque ac Pomeranis intercedebat. Qvamvis hoc ultimum non admodum veroſimile videatur, quia tum quoque Bugislaum IV. Pomeraniæ Ducem eodem nomine inſignire debuiſſet, quem tamen nude DOMINUM BUGISLAUM compellaſſe ſatis habet. Si vero omnino Henricus Hieroſolymitanus Principem Rugianam Witzlai filiam habuiſſet, quæreretur quemnam hic intelligere deberemus Witzlaum, primumne Jaromari I. filium, an vero ſecundum Witzlai I. filium & Jaromari II. fratrem? Hoc quidem cum ætate HENRICI magis congrueret. Witzlaus enim II. an. 1280. & Henricus Hieroſolymitanus 1302. in vivis eſſe deſierunt. Sic igitur Henricus Leo Hieroſolymitani filius non ex Anaſtaſia Barnimi I. ſed ex Witzlai II. qui Witzlai III. Patruus erat, filia procreatus foret, vereque hic in Teſtamento ſuo Henricum L. conſangvineum ſuum vocare potuiſſet. Tunc enim amitini fuiſſent. Aſt hic dolemus defectum Genealogiæ Principum Rugianorum in qua nulla Witzlao II. ſoboles eſt adſcripta.

[x] HENNINGUS atque JOHANNES Nicloti filii, quorum ille *Stavenbagæ* hic *Goldbergæ* ſedem habebant. Hiſce nominibus appellantur in *Relat. Hiſt. de rebus geſtis Gryphisw. in B R.* Errant autem MICRÆLIUS & alii noſtrates atque cum illis etiam HUITFELDUS l. c. qui pro Johanne, Hermannum dixere. Ultimus tamen Scriptor ad an. 1329. ſemetipſum corrigit juſtisque nominibus Hennecke och Hans aff Werle appellat.

[y] *Relatio Hiſt.* modo citata: *Dictus Dominus Wartislaus timens ſibi imminere pericula eo quod Rex expulſus adverſabatur ſibi impingens ei quod ſubſidium ſibi non præſtitit, ſicut alii Domini videlicet Magnopolenſis & de Werle, & jam effecerat ſibi dictos Dominos occultos adverſarios* &c.

[z] Teſtante eodem monumento verbis: *Dictus Dominus Chriſtophorus, qui tunc per Comites Holſatiæ & regni potentiores ſibi inimicantes amotus de regno cum pauca comitina ſeceſsit in partes Sblaviæ & receptus in civitatem Roſtock, poſtea per dictos Dominos* (Mecklenburgenſes & Werlanos) *fuit inductus, ut contra infeudationem prius factam dicto Domino Wartislao & ſuis hæredibus de ipſo Principatu ſolito more dictos Dominos infeudavit in ſolidum ipſique infeu-*

Digitized by Google

TISLAUS à WALDEMARO recens electo & regni Danici Senatu traditionis ſemel factæ confirmationem (a) quæſivit. Jamque omnia ad bellum ſpectabant, cum WARTISLAUS ſecundo poſtquam Rugiam occupaverat, anno in medio imminentis belli apparatu, relictis duobus (b)

X filiis

infeudationem procurarant, ut ex ipſa haberent occaſionem & colorem ipſum Principatum occupandi impugnandi manuque hoſtili eis ſubjugandi.

[a] Qua de re idem monumentum ſic habet: *Dictus Dominus Wartislaus timens ſibi - - ſuos ſecretos nuntios & ſolennes Clericos, & milites miſit cum ſigillo ſuo ad Regem electum & tutorem, & regni potentiores contra hujusmodi pericula pro confœderationibus & amicitiis contrahendis. qui nuntii prælibati ultra confœderationem placitarunt & contraxerunt ſponſalia inter Bugislaum filium Seniorem Domini Wartislai ex una & ſororem Regis electi parte ex altera quibus contractis ſolenniter conſcriptis & ſigillatis poſthæc obitus dicti Domini noſtri Wartislai intervenit, quo ejusdem nuntiis intimato ipſi procurarunt facientes, ut dictus Rex electus ſuis literis patentibus dicti Domini noſtri defuncti hæredes de toto Principatu Rugianorum prout Pater eorum habuerat, legitime infeudavit.* In quibus verbis, ut hæc quaſi in tranſitu notem, duo ad Genealogiam Principum Pomeraniæ pertinentia occurrunt. Primum eſt, quod ſoror Waldemari Auſtralis Jutiæ ſive Slesvici Ducis atque electi contra Chriſtophorum Regis (*HEDWIGIS* nomen fuit) Bugislao noſtro verè & ſolenniter desponſata ſit. Ipſum autem matrimonium non eſt conſecutum. Chriſtophoro enim in ſolium reſtituto filii ejus atque Succeſſoris Waldemari III. illa conjux eſt facta. Neque tamen minus Bogislaus noſter ex Regia ſtirpe oriundam thori ſociam obtinuit. Duxit enim ELISABETHAM Caſimiri III. Poloniarum Regis filiam regiis virtutibus ornatisſimam fœminam. Alterum quod notatu dignum in productis verbis offertur eſt primogenituræ dignitas quam Bugislao hic aſſertam videmus. Confirmatur illa & in alio ejusdem monumenti loco ubi narratur, quod Wartislaus lethali lecto decumbens Gryphiswaldenſes miſſis literis oraverit ut *filium ſuum BUGISLAUM PRIMOGENITUM* cum decenti comitatu ipſi Sundiam adducerent. Imo confirmant ipſi Duces fratres in tot literis publicis communi eorum nomine vulgatis, in quibus primum ſemper Bugislaus occupat locum e. g. in literis feudalibus Hennekeno & Alberto de Rehten 1344. impertitis, quarum exordium ſequenti eos ordine producit: Wy Bughezlaus unn Barnim unn Warzlaff. Cum Genealogi noſtrates MICRÆLIUS, à KLEMPZEN, alii, & qui illos ſecuti ſunt extranei fratri ejus Barnimo IV. in Tabb. ſuis Geneal. communiter primum nativitatis locum concedunt.

[b] Bugislao ſc. V. & Barnimo IV. quorum uterque ſobolem maſculam procreavit Bogislaus V Caſimirum IV, Bugislaum VIII, Barnimum V, Wartislaum VII. Barnimus IV Bugislaum VI & Wartislaum VI. Ubi, quod Wartislao Barnimi

filiis infantibus (c) conjugeque tertio gravida intempeſtiva morte (d) abriperetur.

§. II.

Miſera mox mortem WARTISLAI atque calamitoſa tempora exceperunt (e) finibus Principatus noſtri admodum funeſta. Conſilium de invadendis Rugianorum terris ſibique arrogandis, quod illo vivente jam animo volutaverant Megapolitani, nunc executioni maturum eſſe credebatur. Itaque bello decreto Vaſallorum per cis-marinum Principatum animos præmiis ſollicitarunt & plurimis, qui aut ſalutis deſperatione aut in hoſtes inclinatione jam tum fluctuabant in partes (f) pertractis, Sedinenſes etiam Duces

nimi filio Sexti, & Wartiſlao Bugiſlai filio Septimi cognomen inditum eſt, ex errore illo profectum videtur, quod Barnimum IV. non vero, uti debebant, Bugiſlaum V. pro natu majori habuerunt Genealogiſtæ. Nam etſi fieri potuit, ut natu minor Barnimus prior procreaverit ſuum Wartiſlaum quam natu major Bugiſlaus; monumentis tamen unde id adſtrui poſſit, caremus. Interim ad evitandam confuſionem conſultius eſt in cognominandis iſtis Wartiſlais mori jamdudum recepto inhærere. Non poſſum tamen quin hanc nactus occaſionem obſervem, cognomina illa à numeris impoſita Principibus noſtris haud meræ inventionis Genealogiſtarum eſſe, ſed monumentis etiam publicis inniti. Probo id Diplomate Barnimi M. ſive tertii quod an. 1352 poſt pugnam ad aggerem Schuppenſem prope Leutizium pugnatam Gutzkovienſibus dedit ſequentibus verbis exorſus. Nos gratia *Dei* favente clementia Barnimus TERTIUS. Invenio & in Diplomatibus Bugiſlai ultimi, quod XIVti ipſemet ſibi cognomen adſcripſerit. Fateor tamen rariora hæc eſſe exempla.

[c] Hunc eodem anno 1326, quo Pater occubuit *immediate circa feſtum OO. SS.* ut *Hiſtorica* illa *Relatio* loquitur, mater Gryphiswaldiæ enixa eſt Patriſque memoriam colens Wartiſlaum nominavit, cognomine qvintum.

[d] Stralſundæ an. 1326. die Petri ad vincula ſive primo Auguſti teſtantibus *Hiſtorica Relat.* & Dn. à KLEMPZEN in Gen. Duc. Pom. Errat igitur HUITFELDUS Chr. Dan. ad h. a. cum qvarta illius menſis die anni 1327. mortuum ſcribit.

[e] Finibus inquam, Principatus noſtri funeſta tempora Wartiſlai mortem inſecuta eſſe; Qvanqvam non tam univerſum Principatum, quam Cis-marinam illius partem inhiarent, inſularem Chriſtophoro Regi atque coronæ Daniæ relinquentes. Nec unquam hoc bello inſulæ Rugiæ infeſta ſigna intuliſſe accepi.

[f] Pecunia aut muneribus aliis corrumpi ſe paſſos fuiſſe teſtatur EICKSTEDIUS: *Hac rerum conditione*, ſcribens, *Megapolenſes & Domini de Werla Rugiæ ſubjiciendæ conſilium ceperunt, nec* SUMTIBUS *pepercerant dum præcipuos equeſtri Ordinis in Bardenſi, Grimmenſi & Leutitienſi territoriis obnoxios ſibi fideque*

Digitized by Google

ces OTTONEM I. & BARNIMUM III. filium à cura atque tutamine Agnatorum Principum variis pollicitationibus (g) avocarunt.

X 2 Sic

que facerent, quibus in ſuam ſententiam illectis &c. Ep. Ann. ad an. 1326. quo cuncta quæ in præſenti §. narrantur geſta ſunt: imo apertius KLEMPZENIUS in Chr. ad h. a. Henrich der F. von Mecklenburg/ und - - (die) Herrn von der Werle - - haben den fürnehmſten Adel mit Geſchencken zu ſich gekaufft/ alſo/ daß der gantze Adel in den Aemptern Bard / Grymmen / Loytz an ſie gefallen iſt. Nominatim non indicantur familiæ eorum, qui res ad Mecklenburgicos trahere ſtuduerunt, præter SCHWERINOS in caſtro *Oldeshagen*, juxta *Relat. Hiſt.* ſæpe citatam & WINTERFELDIOS in *Mütſentin*, quæ haud procul oppido *Jarmen* eſt villa teſte MICR. p. 375. Cœteroquin ea fere ætate in Principatu cis-marino fortunarum ſuarum ſedem habuerunt ALKUNI in villa ALKUHN prope Bardum cujus nunc ager in ditione civitatis eſt. BUGGENHAGII quorum eo tempore *Meſekenhaga* in parochia Griſtovienſi, poſtea vero & *Neringa* pluresque aliæ villæ in terra Rugiæ continenti fuerunt: DATENBERGI, *Glövitzæ* prope Bardum, *Cowallæ* in parochia Griſtovienſi, *Altenhagæ*, *Bartelshagæ*, *Manzenhagæ*, *Seehagæ*, *Starckoviæ* atque *Zublendorpiæ* in Bardenſi & Damgardenſi ditionibus: DECHOVII quorum *Beijershagæ*, *Pütenitzæ*, *Pantelitzæ*, *Wendorpiæ*, *Steinfortæ*, *Ravenborſtæ*, *Steinortæ*, *Stormsdorpiæ*, *Tempelæ*, *Neo-Roſtochii* & *Arenshagæ* in iisdem Provinciis poſſeſſio fuit: DEVITZII, qui *Divitzæ* (agro Bardenſi finitima villa) tunc ſedem habuerunt: FLEMMINGI, ad quos utraque inſula *Kirr* in ſalo Bardenſi ſpectavit: GRISTOVII, *Schlichtenmolæ* haud procul Damgardo: KRAKEVITZII *Kenzæ* ſalubribus aqvis inclytæ villæ, *Flemensdorpiæ*, *Hanshagæ* atque *Martenshagæ* in Tractu Bardenſi Domini: MOLTKENI in Provincia Bardenſi, qui hodienum in Megapolia celebritate nominis multum eminent: PENZII ſive PENYTZII, *Neovillæ* [Niendorp] in Parochia Bisdorpienſi: THUNII *Schlemmini*, *Forckenbeckæ*, *Tribomi*, *Zarnoviæ*, *Arendshagæ*, *Plennihni* & *Cummeroviæ*: VOGELSANGI in Tractu Bardenſi haud dubie à villa ejusdem nominis quæ ad Parochiam *Püttenſem* ſpectat, aut ab alia, quæ in Rugia eandem appellationem habet, ita vocati; ZEPELINI ſive TZEPELINI à villa hujus nominis haud procul Guſtrovia nomen trahentes in provincia Grimmenſi *Grammendorpiam*, *Medroviam*, *Janckendorpiam* & *Zarnkoviam* poſſederunt. Solus JOHANNES DATENBERG, qui Cowallæ curiam habebat civitatibus confœderatis ſe aſſociavit munitionesque ſuas ad defendendas Principum terras obtulit, prout teſtatur *Rel. Hiſt. de geſt. Grypb. in* B. R. Feciſſe idem JOHANNES de Griſtov, ſed ultimum rerum diſcrimen adeſſe videns is defeciſſe iterum eodem loco refertur.

[g] Dabo ipſa *Relat. Hiſt.* verba: *Cum jam ordinaſſent* (Megapolenſes & Werlani) *& feciſſent in dictorum hæredum grave damnum & jacturam & confœderationes fecerunt cum Dominis Ottone & Barnimo Ducibus Stetinenſibus, ut ipſi infra ſui Ducatus terminos & in ipſis contenti pacifice reſidentes nihil cum ſuis*

Vaſallis

Digitized by Google

Sic (h) milite pariter ac Protectore nudatos Principes infantes 1326 ipſo, ut credo, menſe Auguſto, quo Wartislaus obiverat, aggrediebantur. Primam occupato Damgardo *Bardum* ſuſtinuit impreſſionem, ſed ob ingentem telorum fulminantium vim, quam tectis oppidi hoſtes ingerebant, haud diu (i) ſuſtinuit. *Grimmæ* deinde admotus

Vaſallis deberent facere contra præfatos Dominos, neque eos, quo minus obtinerent, ſi poſſent, Principatum Rujanorum vellent aliqualiter impedire. In præcipiti enim & lubrico tunc temporis Principes iſti ſtabant ob Marchicas turbas novique Marchionis Ludovici Bavari inſultus quibus *Preutzlaviam* & *Paſewalcum* Pomeranis iterum extorquere parabat. Conſilium igitur à præſenti neceſſitate repetebant, ne & Henrici Mecklenburgici qui paria in urbes iſtas jura ſibi arrogabat, hoſtilia arma in ſe provocarent. Vid MICR. L. III. n. 21. ſeqv. Nunquam tamen animum Agnatos contra hoſtes defendendi ſerio depoſuiſſe vel inde patet quod clanculum Mecklenburgicos auxilia ſubmittebant & 30. equites intra mœnia Deminenſia militaturos alebant. Qva de re ſeqv. in dicta Relat. *Hiſt.* offendo: *Cum itaque perplura temporum intervalla Danorum ſubſidium ita exſpectavimus effectum minime ſentientes aliis civitatibus & nobis utile videbatur ut Dn. Barnim Ducem ad noſtrum auxilium flectendo eligeremus Dominis noſtris in Tutorem. Quo electo & homagio ſibi per nos facto in placitis exſtitit reſervatum, ut ipſe occulte cum triginta dextrariis in civitate Demin ſub ſuis expenſis reſidentibus per totum tempus gverræ nobis & aliis civitatibus ſubſidium præſtare deberet ſuperquo ſibi fuit quædam ſumma pecuniæ conſtituta* &c.

[h] Milite privaverant Vaſallis in partes ſuas pertractis, qui iſtis quidem temporibus robur militiæ erant.

[i] Horum omnium in Relat. illa *Hiſt.* ita habet narratio: *Qvibus ſic dictis Dominis* (hoſtibus) *ſuccedentibus proſpere prima ut apparuit facie fortem ac magnum exercitum in expeditionem ſuam prætenderunt & miſerunt ante civitatem* Barth *qua circumvallata telis fulminantibus & ignitis per ſagittarios expertos in tali arte in ædificia dictæ civitatis immiſſis plures domus incenſæ corruentes conſules & commune ibidem terruerunt, ut dicti conſules Dominis* (*hoſtibus*) *ante civitatem in exercitu exiſtentibus occurrentes civitatem eis aperuerunt ipſisque introductis ipſi & commune eis homagium fecerunt & fidelitatis juramentum præſtiterunt.* Non miraberis, quod tam levi impendio Bardum in poteſtatem hoſtium venerit, ſi ſcias muro nondum tunc temporis oppidum cinctum fuiſſe. Equidem in ampliſſimo aliquo privilegio quod Wartislaus IV. an. 1325. civitati conceſſerat inter alia etiam pollicitus erat adjutrices manus, ut mœnibus munirentur. *Item, ut dicta civitas noſtra*, ſunt verba ipſius Principis, *fortius ſe munire & muro circumdare valeat, ad hoc conſulibus debemus impendere auxilium ſpeciale.* Præmatura autem morte ejus, quominus promiſſum

Digitized by Google

motus eſt exercitus, qua eadem armorum felicitate in deditionem (k) accepta ad *Lutitiorum oppidum* eſt perventum. Hujus primores

 cum

miſſum impleretur, impeditum erat. Caſtrum antehac urbi conjunctum fuerat, verum & hoc deſtruendi aliumque in locum transferendi in eodem privilegio Wartislaus copiam civibus fecerat, *inſuper*, dicens, *donamus dictæ noſtræ civitati noſtrum propugnaculum ſitum in curia noſtra ad utilitatem dictæ civitatis in alium locum reponendum.* Omnis igitur urbis munitio ex aggere atque foſſa conſtitit. Non enim omnino munimento deſtitutam fuiſſe inde argumentor, quod neque circumvallari neque telis fulminantibus ac ignitis angi debuiſſet, ſi intraturo cuilibet patens vicus fuiſſet. Contra tamen tanti exercitus primum, qui effundendus erat furorem non ſatis roboris in operibus iſtis erat, præſertim cum valido præſidio non eſſet firmata. Qvippe Vaſalli, (nunc Nobiles dicuntur rurales) qui belli periculo ingruente in proxima oppida atque caſtra ad fortiorem eorum defenſionem concedere ſolebant, nunc hoſtium ſtudentes partibus in diverſa abiverant. Neque tantis opibus inſtructa civitas erat, ut ad exemplum opulentiorum illarum Sundiæ, Gryphiswaldiæ atque Demini mercede conductum militem alere potuiſſet. Omnis igitur tutaminis nervus in incolarum atque civium lacertis reſidebat. Perpetuum & ſtipendio militantem ipſius principis exercitum illud Seculum ignorabat. Cœterum rara hic occurrit atque notatu digna *telorum fulminantium* & *ignitorum* commemoratio, cum inde appareat, quod illis jam temporibus pyrotechniæ in oppugnandis urbibus uſus fuerit, quodve tela illa hodiernorum pyrobolorum atque globorum ignivomorum tunc vices, impari licet effectu geſſerint.

[k] Dictæ *Relationis* ita hac de re verba fluunt: *Qvi* (hoſtes) *diſpoſitis inibi* (Bardi) *diſponendis poſtea cum dicto exercitu ante civitatem* Grymme *declinarunt & reſidentia ibidem facta ſtatim conſules ibidem obviam cum Vaſallis vicinis facientes huldam ipſis & homagium facere permiſerunt, & dictis dominis* (hoſtibus) *civitatem intrantibus iidem conſules & commune homagio & juramento fidelitatis præſtito claves civitatis dictis Dominis tradiderunt, & ipſi eam de una valva ſtatim incaſtellari fecerunt, de qua poſtea factum eſt firmum caſtrum.* Produnt hæc verba, neque Grimmam ea ætate admodum munitam fuiſſe, ſed juſta demum Mecklenburgicos hoſtes munimenta addidiſſe, ut tutam hic ſedem firmarent. Valvam autem ſive portam, quam muniviſſe dicuntur, non aliam intelligi, quam quæ noſtram ſpectat urbem indeque & Gryphicæ, das Greifswaldiſche Thor nomen habet, pro certo mihi creditur. Caſtellum enim media ætate docente Dn. du FRESNE in *Gloſſario* atque ex Gviberto Abbate Novigenti de laude b. Mariæ C. 7. probante, *ex vallo & muro turrique conficiebatur.* Atqui horum omnium ante portam illam reliquiæ adſunt. Conſpicitur hodienum vallum ſtupenda altitudine ipſique vertici ſuperimpoſitus murus

non

cum mœnibus ſe tueri potuiſſent, non ſine ſuſpicione proditionis mercede, venalis in hoſtium ſe poteſtatem (l) dederunt. Eadem & tempe-

non minoris olim faſtigii. Turris etiam qvadrata ſitu & opere multum edita noſtra adhuc memoria muro conjuncta fuit tam ſolidæ moles ſtructuræ, ut cum opera alia manu facta vetuſtas plerumque exedat, nulla etiam reparantium cura tantum non penitus inviolata tot ſeculorum aeris injurias & tempeſtates non ſolum nil morata eſſet, ſed plurium quoque ætatem tuliſſet, niſi operis nunc prorſus ſupervacanei in alios uſus convertendi poteſtate impetrata Illuſtriſſimus Comes KÜSSOVIUS an. circiter 1721. & ſeqq. dirui illud lateresque tenaciſſimo cæmento, quo committebantur ægre excuſſos ſplendidis in prædio ſuo *Qvitzin* exſtruendis ædibus majori utilitate inſervire voluiſſet. Reliquæ autem duæ, quibus Grimma aditur portæ quarumve altera à Stralſundia, à molendino altera cognominantur, præter muros haud quicquam munimentorum hujus generis oſtendunt, quibus ad caſtella veterum opus erat. Neque ratione carebat conſilium Mecklenburgicorum, quo ea ante omnes alias valido munimento obſtruenda videbatur porta qua Gryphisw. venientibus aditus patebat. In Gryphiswaldenſes enim noſtros omnes intenderant curas ſatis gnari cuncta in expedito fore, ſi ab eorum fide in principes ſuos nil metuendum eſſet. Nudatis deſtructione fundamentis repertum eſt antiquam urbis portam humo circumcirca aggeſta ſupra valvus obſtructam fuiſſe. Ut ſenſus verborum: *Unam valvam incaſtellari fecerunt*, nunc demum recte intelligatur. Idem ſc: eſt ac. Sie lieſſen das Thor bis über die Oeffnung/ dadurch man paſſiret zu ſchantzen/ und bedieneten ſich des übrigen hervorragenden Theils/welches noch ſehr hoch war/an ſtatt eines Caſtels. Prope autem Caſtellum illud nova, quæ hodienum conſpicitur porta adjecta eſt.

[l] Qvo totum hoc negotium ordine ſit peractum R*elatio* illa *de rebus geſtis Gryph. in* B. R. his verbis exponit: *Poſtea cum eodem exercitu ante caſtrum & civitatem* Loſitz *perrexerunt, & prima die cum dicti domini cum exercitu eorum circumvallare & obſidere dictum caſtrum & civitatem proponentes ſe diſpoſuerunt cum tentoriis & caſtris ſuis ibidem erectis ſtatim potioribus de conſilio exeuntibus civitatem cum dictis Dominis pro bulda & homagio faciendo tractatum habuerunt, & ipſi ſtatim per dictos Dominos circumventi eis civitatem aperire proditioſe permiſerunt, ipſique ad ordinationem dictorum Dominorum armatos cum ipſis ſimul occulte intrare donec numerus intrantium prævaluit numero Vaſallorum terræ incolarum ad dictam civitatem prius confugientium ad ipſam cum civibus defendendum, quod cum dicti conſules ad ordinationem eorum ordinaſſent convocatis civibus & Dominorum Vaſallis armatis prædictis in foro civitatis in civiloquio intimarunt, quod vellent dictis Dominis buldam & homagium facere cum hoc placidaſſent de conſilio militum potentiorum de terra, nec hoc alicui alteri de Vaſallis inibi exiſtentibus deberet diſplicere & ſtatim Dominos prædictos intromiſerunt & eis bulda facta Vaſalli & ipſi fidelitatem*

tempeſtate Comites Gutzkoviani ancipitem hactenus fidem (m) ruperunt.

litatem more ſolito juraverunt. Hinc intelligitur non omnes Vaſallos Mecklenburgicorum illecebris faciles præbuiſſe aures, cum hic nonnullos eorum eo conſilio in oppidum Lutitiorum conceſſiſſe legamus, ut contra hoſtes illud una cum civibus cuſtodirent & defenderent. Niſi putaveris ex ultra-Penana provincia forte fuiſſe illos, quemadmodum deinceps audituri ſumus, quod ad ejiciendos ex oppido hoſtes vir ſtrenuus quidam de MOLTZAHN, cujus ultra Penam prædia erant, prorſus egregiam operam contulerit. Sed obſtare huic opinioni videtur, quod *Vaſalli terræ incolæ* diſerte vocentur, indeque arbitror ex ipſo illo Tractu Leutitzenſi fuiſſe. Non ſatis igitur firma videtur relatio KLEMPZENII in Chr. Manuſcr. ad h. a. ſcribentis: Daß der gantze Adel in den Aemptern Bardt/ Grimmen/ Loitz/ an ſie (die Mecklenburger) gefallen. Porro allegata indicant verba, quod oppidum hoc jam ea ætate ſatis munitum fuerit ad hoſtium impetus retundendos. Eſt enim ex antiquisſimis Provinciæ Circipanæ, h. e. Rugianæ munitionibus, quam Wartislaus I. Pomeraniæ Dux an. 1128. nonniſi vi adhibita in poteſtatem ſuam redigere poterat. Peſſimæ igitur fidei exemplum præbebant, quod vix adventum hoſtis ſuſtinentes urbem tradebant.

[m] *Relat.* noſtra *Hiſtorica* ita tradit: *Poſt hæc* (in civitate Leutitiorum peracta) *ſtatim iidem Domini cum ſuis Vaſallis civitatem exeuntes ad ſua tentoria & caſtra redierunt ipſisque ante civitatem moram facientibus Comites de Gützkove cum ſuo vexillo & Vaſallis Henningbo de Winterfelt & Caſtellan de Plötzenberg ad dictos Dominos* (hoſtes) *confluentes & caſtris ſuis ſimiliter ante dictam civitatem erectis in præjudicium dictorum infantium ſubſidium ipſis Dominis dederunt & juvamen.* Teſtimoniis Scriptorum Domeſticorum docemur utrumque JOHANNEM Patrem & filium ultimos Comites Gutzkoviæ rerum ſummæ tunc temporis præfuiſſe. Ita à KLEMPZEN l. c. ad an. 1326: Alsbald ſchlugen ſich Graff Hans der älter / und Graff Hans der jünger/ von Gützkow zu den von Mecklenburg; ita & MICRÆL. atque alii. Dicerem ultimo periculo, quod jam finibus ſuis hoſtis imminebat, ad conſilium hoc incundum commotos fuiſſe, ſi ſatis habuiſſent, non repugnaſſe hoſtium moliminibus. Jam vero cum & in caſtra hoſtium deſcendere & copias ipſis militaturas adducere video, non poſſum quin credam, jam antea illos animo molitos fuiſſe, quod nunc demum exequi opportunum videbatur. Hactenus enim famæ de hoſtilium armorum ſucceſſu captaverant auram, ut, quocunque pendentes animos tuliſſet fortuna, ſequerentur. Si fas eſt conjicere in re obſcura veram cauſam fuiſſe dixerim antiqvum jus, quod in Dominium Leutitienſe Comitibus Gutzkovianis competebat. Hoc exſequendi nunc forte occaſionem fore ſibi perſvaſerant. WINTERFELDORUM antiquisſima familia cujus hic datur mentio *Mütſentini* ſedem habebat, nunc

perunt. Noluit ſequi perfidiæ iſtud exemplum (n) Reynfridus PENZIUS Vir nobili genere ſed nobiliori virtute inſignis cui ab ipſo adhuc

nunc Pomerania omnino relicta in Marchia Ukerana Smarſoviam aliaque ditisſima prædia posſidet. *Mätſentinum* vero *PARSENOVIUM* ex æque vetuſta ac nobili gente proſatum virum hodie Dominum agnoſcit. Qvis autem Caſtellanus ille de Plötzenberg fuerit, non ſatis interpretari audeo. PLÖTZIORUM, quæ in Sedinenſi olim Ducatu floruit, (conf. MICR.) nota eſt familia. De Plötzenbergis autem nihil accepi. Caſtellanus erat, cui caſtelli alicujus cuſtodia atque cura à Domino demandata erat. Forte igitur Plötzenbergius ille caſtri Gützkoviani olim fortisſimi præfectus fuit. Qvod vero cum ſuo vexillo adventaſſe dicuntur, id ex uſu illius ſeculi dictum eſt, ubi equitatus in vexilla atque turmas, peditatus in legiones dividebatur. Nobilium militia omnis ea ætate eqveſtris erat. Perinde igitur eſt ac ſi noſtro loquendi modo diceres, ſie wären mit einer Esqvadron oder Trupp Reuter angekommen.

[n] Eſt in Parochia Schwichtenbergenſi Demminenſis Synodi villa quædam *Pentz* appellata. Hæc, uti olim pleræque à poſſes ſionibus ſuis cognominatæ ſunt familiæ, iſti quoque PENTZIÆ ſine dubio nomen dedit. Antiquisſimos hujus nominis ELZOVIUS in Gen. Manuſcr. Nob. Pom. ſe inveniſſe ſcribit in privilegio Gryphico omnium, ut videtur, primo de an. 1250 ubi Johannes & Renfridus, fratres de PENITZ inter alios teſtes producuntur. Vitio tamen ſcriptionis lapſus eſt ELZOV. quod Privilegium hoc Witzlao Principi Rugiano attribuit, cum tunc temporis ne quidem Witzlaus Rugiæ, ſed Jaromarus II. præeſſet. Wartislaus III. Pomeraniæ Dux impertitus eſt, qui plerumque Demini moratus indeque in omnibus fere literis ſuis uno Diminenſis Ducis titulo ſe vocavit. His enim verbis orditur: *Wratislaus D. G. Dux Diminenſis omnibus in perpetuum* &c. Præterea ab Elzovio obſervatum quod cuſtodia caſtri Leuticienſis jure hæreditario ad hanc familiam pertinuerit. Sie wären vormahls in Pommern/ inquit, und zwar auf Loetz Burggeſeſſene geweſen. Nam erant & Caſtellani, qui titulo feudi & quidem hæreditarii caſtri alicujus cuſtodiendi curam habebant. Doleo tamen non indicaſſe Elzovium, quibus hoc edoctus eſt, documenta. *Relatio* illa *Hiſtorica* quæ in narratione rerum hoc bello geſtarum utramque paginam abſolvit tantum commemorat *quod Reinfridus de PENTZE miles autoritate Ducis Wartislai caſtrum Loitz in ſua cuſtodia detinuerit.* De immoto autem ad omnes hoſtium ſollicitationes animo ibidem traditur: *quod per potentes illos milites, qui cum Dominis* (hoſtibus) *conſpiraverant, flecti non potuerit aut à debito fidelitatis averti*, quodve ad exemplum Conſulum civitatis *neque decipi neque muneribus circumveniri ſe paſſus fuerit.* Multum hic Reinfridus apud Witzlaum ultimum autoritate jam valuit, unde in literis ejus ætatis, quæ maximarum rerum momenta trahunt, ſæpius hoc nomen offenditur.

Digitized by Google

adhuc Wartiſlao caſtri, quod oppido imminebat, cuſtodia demandata erat. Hic etſi undique hoſtibus ſe (o) cinctum, omniaque indies arctiora ſibi fieri, quinimo fame tandem pereundum videret, fortiter tamen ferre obſidionem decrevit, ad ultimum pro (p) fide in Duces ſuos moriturus. Ita hærentes circa muros unius caſtri trium jam urbium todidemque provinciarum victores, ne plurium, quæ gerendæ reſtabant, rerum opportunitatem dimitterent, ad devinciendos ſibi Gryphiswaldenſium atque Deminenſium animos ingenii vires (q) intendebant. Sed horum invicta (r) fides fuit. Unde pavorem Civitatum & Nobilium ultra Swinam qui auxilia

Y plane

[o] Ita in *Rel. Hiſt. dicti Domini* (cum viderunt Reinfridum flecti non poſſe) *ut obſtruerent eis iter unum propugnaculum bene munitum ante dictum caſtrum erexerunt & meatus aquarum per aliud erectum in quadam navi eis penitus obſtruxerunt, adeo quod eis nec per aquas nec per terras poterat aliquid apportari.* Neque tamen hac vigilantia ſua & cura impedire hoſtes potuerunt, quo minus à Gryphiswaldenſibus noſtris per fluvium commeatus obſeſſis ſubveheretur. Ipſe Senatus Gryphicus l. c. *Nos*, inquit, *perpendentes Domini Reinfrid de Penitz & ſibi in caſtro Loitz adhærentium conſtantiam & meritum fidelitatis quam noſtris Dominis civitatibus & nobis exhibuerunt, & ut eos in ſervitio noſtrorum obtineremus Dominorum miſimus ipſis ad dictum caſtrum Loſitz per fluvium Pene temporibus nocturnis eo tempore quo Domini inimici illud caſtrum circumvallaverunt, & poſthac per pluries per terram cibaria, & alia eis neceſſaria, quæ nobis pro noſtra parte conſtabant qvingentas marcas & qvinqvaginta denariorum.*

[p] Effecit [illegible] fide ſua ſtrenuus heros, ut toto hoc bello, quod per triginta fere annos exactum eſt, caſtrum illud invictum perſtiterit.

[q] Pactis ſc. in aliquot dies induciis, nonnullisque ex Senatu utriusque civitatis in caſtra prope oppidum Leutitiorum ad ſe vocatis id unice impetrare annisi ſunt, ut *civitates in dicto Principatu* (Rugiano) *& ejus terminis illos non impedirent, nec ipſorum adverſariis* (infantes Pomeraniæ Duces intelligunt) *præſtarent auxilium & juvamen:* invicem ſpondentes, *quod ipſi tunc hæredes D. Wartislai in ipſorum Ducatu & ejus terminis tanquam in eo, quod ipſis debebatur ratione Principatus & legitimi patrimonii nequaquam vellent perturbare* Vid. l. c.

[r] Adeo quidem ut *nequaquam ſine adjutorio Dominos ſuos veros & legitimos deſerere, ſed in jure ſuo una cum civitate Straleſunt ſalvari & perire vellent, nec aliter mutari potuerunt.* Multo igitur odio multisque minis non tantum Mecklenburgicorum, ſed & Gutzkoviæ Comitum onuſti domum abierunt, bellum, quod ſequebatur, nuntiaturi.

Digitized by Google

plane (s) recuſabant, nequaquam morati Sundenſibus arctiori ſe fœdere conjungebant. Jamque omnia ad bellum impigre repellendum (t) componebantur, cum GERHARDUS Holſatiæ Comes ſexcentorum equitum agmen confœderatis è Dania (u) adduxit. Opportunum profecto auxilium, niſi oſtenſum verius quam præſtitum fuiſſet. Unico enim propugnaculo, quod hoſtes ut fortius Reynfridum Pen-

[s] Audiamus ipſius Senatus Gryphici in *Relatione* ſua querelam: *Proh dolor,* inquit, *omnes civitates ultra Swinam in dictorum Dominorum noſtrorum Ducatus diſtrictu exſtantes, nec non omnes Vaſalli extra & intra Penam fluvios quaſi deſperati putantes nobis & aliis civitatibus fore omnino impoſſibile quod dictus Principatus de dictorum Dominorum manibus evinceretur nos juvare, vel in aliquo nobis præſtare ſubſidium plene denegarunt, quanquam ſuper eo fuerant inſtanter & ſæpius requiſiti.* Utique ut miraculo quaſi factum videatur, quod, qui longius à periculo remoti erant animum deſponderent, contra, quorum capitibus jamjam imminebat, ad inſtar ahenei muri necquicquam moverentur. Neque fiſtulæ inimicorum quæ de non turbandis reliquis Pomeraniæ provinciis tam dulce canebat, auſcultandum arbitrabantur, quin potius, ut loquitur ipſe Senatus Gryphicus l. c. *Præcipue hoc ſolum timebant, ſi dicti Domini propoſitum ſuum obtinuiſſent in dicto Principatu & prævaluiſſent, quod Dominos ſuos fugaſſent extra partem Ducatus infra Swinam & Penam fluvios, & in eadem parte fortiſſima caſtra ædificaſſent, & ipſa in perpetuum ſibi ſubjugaſſent.*

[t] Gryphiswaldenſes præſertim miro ardore incenſi omnia urgebant, præterque paucos quosdam Vaſallos Ultra-Swinanos qui urbem hanc intraverant, & proprios cives, 80 equites (dextrarios tunc vocabant) ducentosque & qvinqvaginta pedites meliores & fortiores quos invenire potuerant pro conditione illorum temporum non certe contemnendam manum ſumtibus civitatis alebant, vid. l. c.

[u] Vi pactorum inter novum Daniæ Regem vel potius ejus nomine ipſum Gerhardum Tutorem & Wartislaum IV. initorum. Merentur *Relat. Hiſt.* hac de re verba, quæ hîc ponantur: *His* (ad apparatum bellicum Gryphiswaldenſium reſpicitur) *ſic diſpoſitis poſt modicum temporis intervallum Comes Gerhardus de Holſatia miſſus de regno Daniæ venit cum 600. dextrariis* (equitibus) *bene expoſitis in civitatem Stralſund ſicut nomine electi Regis promiſerat & in tutorem electus à Conſulibus & communitate civitatis Stralſunt & homagio ſibi facto ab iisdem & à Vaſallis incolis terræ Rugiæ aqua ſalſa circumflexæ bona fide idem comes dictis* Conſulibus *promiſerat ac nobis & Conſulibus aliarum civitatum, quod vellet dictis Dominis noſtris* (Principibus infantibus) *de manibus Dominorum noſtrorum* (hoſtium) *totum Principatum Rugianorum evincere, & ad manus Dominorum noſtrorum liberum ordinare, & cum ſuis ſangvinem effundere pro recuperatione dicti Principatus* &c.

Penzium urgerent, è regione caſtri Leutitiorum erexerant, primo impetu expugnato, cum ulterius victoriæ curſum proſequi & omnia, quæ amiſſa erant levi etiam diſcrimine recuperare potuiſſet, ſubito pactis induciis ad patrios lares (w) redivit.

Y 2 §. III.

[w] Denuo hic audiri meretur Senatus Gryphicus, qui poſt verba præcedentis annotationis ita narrare pergit: *Et ſub tali pacto dictus comes cum exercitu ſuo diſpoſito exivit pro liberatione caſtri Lôſitz, & veniens ante ipſum ſtatim propugnaculum inimicorum expugnavit, qui exercitum adeo validum habuit, quod etiam civitatem Lôſitz ſine magna difficultate potuiſſet expugnaſſe, ſicut ſibi fuerunt viæ ad hoc exhibitæ & oſtenſæ, & nihilominus alias civitates, & munitiones dicti Principatus ſibi potuiſſet ſubdidiſſe, & totas terras ipſorum Dominorum inimicorum potenter ſubintraſſe, & quaſi innumerabilem multitudinem pecuniæ ex depactione* (i. e direptione) *collegiſſe cum inimicis & reſiſtendi nulla fuit facultas ſicut Conſules civitatum & inſtanter perſvaſerunt & deſiderarunt toto corde, ſed ipſe inſtantiis & deſideriis ipſorum acquieſcere nolens receſſit à Lôſitz exercitu in partes diviſo & ivit Dominis inimicis in occurſum treugas* (inducias) *cum eis civitatibus irrequiſitis ſtatuendo usque ad feſtum Johannis Baptiſte proxime tunc inſtantis & hoc totum facit ſub quadam diſſimulatione & colore quia factum ſuum notavit ſub dolo licet hoc ignoravimus ſicut poſtea per facti euidentiam inuenimus & experti ſumus ualde bene. Quibus treugis ſtatutis & promiſſionibus hinc inde uallatis ſtatim dictus Dominus Gerhardus, quod treugas cum Dominis inimicis ſtatuerat nobis in literis ſuis intimari fecit, & nos ut eas ſeruaremus requiſiuit, quas ex tunc ratas habuimus & acceptauimus licet inuiti.* Hisque peractis qvintodecimo fere die poſt Michaelis feſtum, teſtante eadem *Rel.* in Daniam remigravit. Qvæ cauſa præcipue moverit Gerhardum, quare tam felici initio belli uſus ulterioris victoriæ ſpem omnem omiſit præcipitique conſilio quod vix conſpiciendum præbuerat auxilium iterum ſubduxit, non præter rem eſt quærere. Turbatum Daniæ ſtatum in cauſa fuiſſe non poſſum à me impetrare ut credam; hic enim ſecunda etiam vice repreſſo atque ejecto Chriſtophoro rege utcunque habebat & Gerhardus recens electi regis Waldemari III. tutor largis muneribus Procerum animos devinctiſſimos ſibi reddiderat. Neque à fugato Rege periculum inſtare videbatur. Talia enim ſi metuenda fuiſſent vir conſilii plenus Gerhardus regno haud exiiſſet. Igitur, ſi quid conjicio, Pomeranorum periculo atque damno Mecklenburgicorum ille amicitiam clanculum mercatus eſt, deſerere cauſam Pomeraniæ Principum pollicitus, ut ipſi viciſſim deſererent Chriſtophori partes. Hinc cum levi impendio repellere hoſtes bellumque finire potuiſſet, maluit illud diuturnum eſſe, quo in ſuo negotio plus invenirent agendum quam ut alieno immiſcere ſe poſſent. Ne vero ſic Mecklenburgicorum amicitia conciliata Pomeranorum effunderetur diſſimulatione

§. III.

Poſt abitum Gerhardi Mecklenburgici inducias non ſervarunt. ſed in quoscunque Ducibus fideles ſubditos diripiendo & captivando hoſtiliter ſe (x) geſſerunt. Hæc tandem Penitzio civitatibusque Gryphiswaldiæ & Demmino intolerabilis vexatio viſa. Conſiliis igitur atque viribus conjunctis an. 1327. (y) oppidum Leutitiorum adorti, poſtquam acriter utrinque (z) pugnatum erat, vi expugnarunt, expugnatum vero (a) Henrico Molzahnio Nobili Equiti

ne opus erat brevesque tantum induciæ indulgendæ videbantur, quas poſt abitum ſuum hoſtes ſusque deque habituros ſat prævidebat Gerhardus. Itaque, ut, quæ gerebantur, à ſenſu confœderatarum civitatum averteret minusque ſuſpicionis præberet, è Ducibus etiam ſuis Fridericum & Wolterum Poſt fratres (quorum illum Gryphiswaldenſes copiarum ſuarum præfectum conſtituebant) una cum 45. equitibus poſt ſe relinquebat.

[x] Imo, ne moniti quidem & rogati ad pacta ſervanda perſvaderi potuerunt. *Rel. Hiſt.* his verbis: *Verum cum ciuitates Stralſunt, Tangelin, Demin, & nos ac Domini noſtri ipſisque & nobis adhærentes treugas ſupradictas inviolabiliter obſeruaremus capitanei ciuitatis Loiſitz, cum eorum complicibus & ciuibus ipſas treugas & pacem ſeruare minus curantes Dominorum noſtrorum ſubditos & ciues prædictarum ciuitatum ac noſtros ſpoliarunt captiuarunt, & actionauerunt & plura alia pericula & grauamina indebite intulerunt. De quibus præmiſſis illi multoties moniti, requiſiti amicabiliter & rogati deſiſtere, & ea reuocare nolebant quoquo modo.*

[y] Et quidem uti dicta illa *Relatio* habet, feria 6. ante Dominicam Oculi, h. e. die Lunæ quæ Dominicam Reminiſcere proxime excipiebat & in 27. menſis Februarii incidebat. Bigæ vero civitatum Gryphiswaldiæ atque Demini gloria recuperationis muniti hujus loci debetur vi cujus hoſtes utriusque & per Penam fluvium & per terram commercium interceperant. Conf. à KLEMPZEN Chr. Manuſcr. ad an. 1327.

[z] Vid. not. ſeqv. [b].

[a] Gens MOLZAHNORUM ex antiquisſimis atque præcipuis Pomeraniæ Nobilium familiis eſt nomenque ex villa *Molzahn* quæ ad parochiam Schwichtenbergenſem Synodi Deminenſis pertinet, dubio procul aſſumſit, dignitate Marſchallatus hæreditarii per Ducatum Stetinenſem inſignis. Omnibus aliis hujus domus ſua ætate prudentiæ atque virtutis palmam præripuit Henricus cujus hic mentio datur. Illum & ERICI Ducis Sveciæ circa an. 1314. militem fuiſſe ex HUITFELDO in Chr. Dan. ad h. a. interpretor. Eundem & inter teſtes invenio literarum, quibus HENRICUS Megapol. Princeps an. 1323. Dominium Roſtochienſe terrasque Gnoyenſes & Swanenſes Daniæ feudum agno-

Digitized by Google

quiti cuſtodiendum tradiderunt. Durantibus etiam induciis Comites Gutzkoviani priſtini conſilii pœnitudine ducti ad antiquam fidem (b) redierunt, idemque exemplum Johannes de Griſtow & Johan-

agnovit. Sed hac ætate illum contra Mecklenburgicos Ducum Pomeraniæ cauſam egregie tutatum eſſe Hiſtoria noſtra tradit. Equidem filios Wartislai non habebat Henricus Molzahnus Dominos; ad ditionem enim Ducum Stetinenſium prædia Molzahnorum ſpectabant. Sed aliorum (forte & ipſorum Sedinenſium Ducum) ſvaſione hanc ſpartam certo ipſi à civitatibus militiæ præmio conſtituto in ſe ſuſceperat. Igitur oppidi cuſtodia non ſtatim ab expugnatione illius fidei commiſſa eſt. Sed ad primum usque Nov. diem civitates occupatrices præſidiario illud milite firmatum tenuerunt, cujus, quem Gryphiswaldenſes alebant, numerus qvinqvaginta armatorum & 12 ſagittariorum fuit. Tum demum ad ſumtus belli levandos pactione cum Henrico Molzahno facta, quæ itidem Gryphiswaldenſibus centum puri argenti & totidem denariorum marcis conſtitit, illius tutelæ concreditum fuit: quemadmodum ex Chronicis noſtris multo autem uberius ex *Rel.* illa *Hiſtorica* hæc omnia cognoſcuntur. Tam vero fortiter in defendendo hoc loco ſe geſſit, ut nunquam omni eo bello in ſuam poteſtatem Mecklenburgici illum redigere potuerint, quapropter haud immerito inclytus ille Pomeraniæ Poeta HERLICIUS laudes ejus carminibus ſuis cecinit.

[b] Hortatu id factum eſſe Ducum Stetinenſium Chronicographi noſtri ſcribunt. Qvinimo oppidum etiam Leutitiorum Comite Gutzkoviano Duce recuperatum contendunt. A KLEMPZEN l. c. his utitur verbis: Da [H. Barnim und Otto] hörten/ daß die von Mecklenburg ſo waldeten - - haben ſie Johann den Grafen von Gützkow mit etlichen Volck geſchicket/ und den Städten zum Sunde/ Griphiswald/ Demmin/ Anclam/ Treptow an der Tollenſe/ und andern/ ſo auf der nähe daſelbſt waren/ geboten/ daß ſie dem Grafen Hülffe thun ſolten/ damit er Loitz gewinnen möchte/ ſo haben die Städte daſſelbe gethan/ ſonderlich die von Griphiswalde - - - und haben darumb Krieges-Volck angenommen/ und ſeyn auch ſelbſt ausgezogen/ und alſo neben Graf Johann und den anderen Städten vor Loitz gezogen/ Stadt und Schloß belagert/ und lange Zeit dafür gelegen/ denn die Mecklenburger waren ſtarck darin. Die Länge aber haben ſie durch viel Stürmen die Mecklenburgiſchen faſt alle erwürget/ und alſo zuletzt im Jahr 1327. die Stadt und Schloß wiedergenommen/ und alle Mecklenburger/ ſo noch darin geweſen/ entweder geſchlagen oder gefangen. Conf. MICR. l. c. L. III. pag. 378. *Relatio* autem *Hiſt.* non habet quod ſvaſu Stetinenſium Ducum Comites ad meliorem frugem redierint. Hæc ejus invenio verba: *Treugis pendentibus ut præmittitur Comites de* Gutzkow *cum noſtris Dominis aliis civitatibus & nobiscum pacem & concordiam placitarunt, ita quod Dominis noſtris ſervire deberent cum tot dextrariis ſecundum quod ex debito fidelitatis ipſi eſſent obligati.* Nec

Johannes Datenbergius, ille Baro Putbuzius, hic Nobilis Vaſallus, qui & ipſi à partibus hoſtium hactenus ſteterant, vel ſaltem dubii animi fuerant, (c) ſunt imitati. Utique ut, quæ in detri-

Nec magis ibidem refertur, quod ductu comitum & auxilio civitatum Sundiæ, Tanglini atque Treptoæ receptum ſit oppidum Leutitiorum, ſed quod Reinfridi Pentzii bigæque civitatum Gryphiswaldiæ & Demini, non aliorum id opus fuerit. *Dictus Dn. Reinfridus,* inquit Senatus Gryphicus l. c. *Conſules de Demin, & nos in unum convenientes decrevimus dictam civitatem Loitz viis & modis quibus poteramus expugnare & eam reducere in manus noſtrorum Dominorum quam an. Domini* 1327. *feria* 6. *ante Dominic. Oculi expugnavimus & obtinuimus divino auxilio cooperante.* Denique & hoc obſervandum, quod non tantum oppidum ſed & caſtrum Leutitiorum recuperatum Chronica dicant. Cum in *Relat.* illa *Hiſt.* coævo monumento nihil de expugnatione ejus perſcriptum ſit. MICR. l. c. p. 377. refert: Die Mecklenburger hätten das Schloß mit Liſt bekommen. Cæterum non ſatis habuiſſe confœderatas civitates viciſſe hoſtes, ſed victoria etiam uſas fuiſſe in hoſtiles terras irruptione facta à KLEMPZEN in Chr. Mannuſcr. eſt Autor. Nachdem dieſelben (Mecklenburger) ſcribens, im Lande viel Schaden gethan/ ſeyn ſie wiederumb in das Land zu Wenden und Mecklenburg gezogen / daſelbſt wieder geraubt und gebrannt - - und den gethanen Schaden an den Mecklenburgern gerochen.

[c] Senatus Gryphici in *Relat. Hiſt.* hac de re verba ſunt: *Similiter placitatum erat cum Johanne de Griſtowe & Joh. Dotenberge militibus* [ut] *cum ſuis munitionibus Dominis noſtris & nobis adhærere deberent, & fideliter ſervire prout juramentis ſuis præſtitis id nobis & civitatibus promiſerunt, & cum gverra* [ſc. poſt finitas inducias] *inceperat ſolus Dominus Johannes Dotenberg remanſit apud civitates & nos* (nobis) *fideliter juravit, alio* [in alio Manuſcr. legi *filio*] *in perfidiam priſtinam relapſo & promiſſum ſuum nobis præſtitum non ſervante.* Circa hæc verba primum quæri poſſet quænam præferenda ſit lectio cum in quodam Manuſcr. pro *alio* invenitur *filio?* Facile autem vel leviter verborum contextum conſulenti apparebit, quod prior illa ſit præferenda, ut ſenſus ſit, Johannem de Griſtov non eadem ac Joh. Dotenberg fide promiſſa impleviſſe, ſed à pactione irrita receſſiſſe. Deinde quæritur, quis hic intelligendus veniat Johannes de Griſtov? An quidam ex familia Griſtoviorum, quæ inter antiquiſſimos Principatus Rugiæ Nobiles numeratur & *Schlichtemölam* haud procul Damgardo villam poſſedit? An vero Johannes quidam Baro Putbuzius qui eodem hoc tempore vixit & à villa Parochiali Griſtovia, in qua ſedem habebat, iſtud cognomen geſſit? Haud videtur prius veroſimile 1) quia credi vix poteſt cum omnis ea provincia quæ Damgardum & Bardum ambit, in poteſtate hoſtium jam eſſet, unicum in ea Nobilem Griſtovium à partibus hoſtium recedere auſum eſſe. 2] Neque apud ALB. ELZOVIUM in Enarratione familiæ Griſtoviorum ullus circa hæc tempora invenitur,

Digitized by Google

detrimentum Pomeranorum factæ erant induciæ, nunc majori eorum commodo factæ viderentur. Hoſtes vero ut ulciſcerentur cladem quam ad Leutitium acceperant, terram quæ ad Tollenſam eſt, intrant, Deminum exſtructo caſtello claudunt, urbem telis fulminantibus angunt, agros, præſertim inſulam, quæ Werderæ

nitur, qui Johannis habuerit prænomen 3] parum utilitatis rebus Gryphiswaldenſium attuliſſet Schlichtenmölæ confœderatum Nobilem habere quod plurium intervallo milliarium hæc à civitate eorum diſtabat & interjacentia omnia hoſtis interceperat. Contra Johannem iſtum PUTBUZIUM fuiſſe argumentor 1] quia fide Diplomatum conſtat quod in gente Putbuzia Johannes quidam de Griſtov cognominatus exſtiterit. 2] Qvodve eodem hoc tempore ille vixerit. 3] Non aliunde quam à ſede Griſtovia cognomen habere potuerit, conſveto familiæ more, ut alii, quia Vilmnitzæ domicilium habebant, inde & nomen adoptarunt. 4] Hic Angulus terræ Griſtovienſis hucdum ab hoſtibus intactus erat, unde probabile fit, Joh. de Griſtov, & qui vicinisſimus ipſi erat, Joh. Dotenberg de *Kowall* hac inita ſocietate cum Gryphiswaldenſibus contra vim hoſtium præmunire ſe voluiſſe. Qvod vero Joh. de Griſtov propterea quod à ſocietate hac receſſerat, ad *priſtinam perfidiam* recurriſſe dicitur, id quidem præter rem factum atque ex affectu ardentis pro ſalute Patriæ atque Principum ſuorum zeli apud Gryphiswaldenſes noſtros profectum videtur. Putbuzia enim domus neque Principibus Rugiæ indigenis, neque Succeſſoribus eorum Wartislao IV & filiis clientelari nexu hucdum obſtricta fuerat, ſed vi pactionis hæreditariæ inter Jaromarum II. & Borantonem an. 1249. factæ *omnia bona & terras eo jure, quo Princeps ſua poſſidebat perpetuo poſſidenda obtinuerat cum Vaſallatu & jure Patronatus - - & plane cum omni jure, dominio, libertate, nullis penitus exceptis:* atque in eadem conditione res perſtiterunt usque ad an. 1365. quo Pribbertus de PUTBUZ omnium primus terras Putbuzianas Wartislao VI. Pomeraniæ Duci in feudum obtulit. Sicuti literæ inveſtituræ inſuper datæ teſtantur. Hinc apparet Joh. PUTBUZIUM de Griſtov nullam perfidiam commiſiſſe, quod neutrius belligerantium partibus adſtringi voluerit. Nulla enim ipſi ſervitia clientelaria incumbebant. Societatis autem cum Gryphiswaldenſibus vinculo diutius teneri non poterat, quam ipſi id eſſe ex re ſua videbatur. Cœterum non dubito quin Principes Pomeraniæ ac Gryphiswaldenſes hoc factum Johannis de Griſtov memoria repoſtum habuerint, cumque in literis feudalibus modo commemoratis Tractus Griſtovienſis nulla amplius mentio fiat, non multum abeſt quin credam, juſſu Principum Gryphiswaldenſibus finito bello in compenſationem ſumtuum expenſorum illum ceſſiſſe. Attamen hucdum nullis monumentis evincere id didici, ſed è nexu rerum, quæ tunc temporis gerebantur colligo. Qvare aliorum limæ hanc conjecturam libenter ſubmitto.

Digitized by Google

deræ Demminenſis nomen gerit, primum ingenti pecunia mulctant, deinde & (d) urunt. Interea Gryphiswaldenſes proximum nunc ardere parietem cernentes nihil earum rerum omiſerunt, quæ ad muniendam urbem ſuam & adjacentem ei provinciam ſpectare videbantur. Potior cura fuit, Principum juniorum matrisque ſecuritati conſulere, cui, cum nec Wolgaſti, nec alibi ſatis proſpectum putarent, ipſimet eos intra mœnia ſua hoſpitio (e) exceperunt.

[d] Hujus in agrum Deminenſem invaſionis tribus tantum verbis meminit MICRÆLIUS quare non ingratum erit ſpecialia rei geſtæ momenta ex *Relatione* Senatus Gryphici audire. Sic autem l. c. ille; *Igitur gverris incboatis durantibus Domini inimici exercitu eorum congregato expeditionem facientes terram noſtrorum Dominorum ſubintrarunt, & primo civitatem Demmin in una parte apud fluvium Tollenſe exercitu utraque parte dicti fluvii Dunſe ex oppoſito caſtri Dymine viam civitatenſibus præcludere volentes ibidem caſtrum, quod dicta civitas* Galgenberg *appellavit conſtruxerunt & civitati magnum damnum fecerunt, & ſagittarii telæ fulminantia in ædificia civitatis ſagittarunt. Cives vero cauti in boc exinde nullum periculum receperunt. Conſules vero Dijminenſes eis pericula imminere timentes ratione obſeſſionis exercitus antedicti Conſules Sundenſes, & nos pro armatis & ſtipendiariis quos babuimus fideliter babuerunt requiſitos. Dicti Sundenſes & nos volentes eorum oppreſſionibus occurrere ſtipendiariis, quos ipſi babuerunt noſtri in dicta civitate venerunt in juvamen. Conſtructo vero caſtro ſupradicto Domini inimici expeditionem ordinantes intraverunt terram ulterius & in itinere euntes ad inſulam quæ dicitur in vulgo* Werder *ſitam in proprietate dictæ civitatis & ibidem villas ipſius prius depactatas & depactatione perſoluta ſub ſecuritate iis aſſignata totaliter concremarunt.*

[e] Merentur omnino verbis ipſius Senatus Gryphici in gratam fidelitatis memoriam huc referri quæ pii affectus inſtinctu optima tunc civitas Principibus ſuis officia præſtitit. *Verum* (ſic habet ejus in dicta *Relat.* narratio) *cum dictus Dn. noſter Wartislaus in extremis jacens de morte ſua ventura timeret, literas ſuas nobis miſit fideliter exorans, quatenus filium ſuum Bugislaum primogenitum cum decenti comitiua ſibi faceremus apportari, cujus ſupplicationibus, ut tenebamur obtemperari filium ſuum prædictum adduci fecimus de Sturmerſweder & cum in civitatem noſtram apportatus uenerat mors patris ſuperueniens nobis ſtatim fuerat intimata, & ſic ipſum amplius in cuſtodia & expenſis tenuimus cuſtoditum - - Conſiderantes etiam ſtatum dictæ Dominæ* [Duciſſæ] *noſtræ cum jam eſſet gravida de partu futuro ſic eſſe periculoſum ut ſine diligenti cuſtodia relinqueretur decrevimus expedire ſibi & terræ prout apparuit, & ipſam cum ſua tota comitiva & familia vocavimus ad civi-*

Digitized by Google

runt. Neque fidelis Gryphiswaldiæ inanis hæc cura, ſed tempeſtiva, ſed prudens ac neceſſaria fuit. Hoſtes enim rebus ad Deminum egregie, ſcilicet, peractis actutum & ipſam inviſum (f) venere. Cumque irrito conatu hinc diſcedendum fuiſſet, provinciæ Wuſterhuſanæ infeſta ſigna intulerunt (g). *Ciſa* non ſpatio aqvarum

Z ſed

civitatem noſtram & proviſis ſibi neceſſariis eam in expenſis & aliis prout decuit procuravimus, & remanſit in civitate noſtra per nos procurata donec peperit filium ſuum, quem vocavit nomine Patris Wartislaum &c. *Dictum etiam primogenitum ex tunc cum una matrona & duobus camerariis ad expenſas Mag. Conradi Præpoſiti noſtræ civitatis locavimus quos per annum in ſuis tenuit expenſis, pro quibus ſibi* 100. *marc. Denar. ſolvimus imparato.* In quibus ultimis verbis memoratu dignum videtur, quam vile tunc annonæ aliorumque edulium pretium fuit, adeo quidem ut annuus victus etiam principis, triumque aliarum, quæ ipſi à famulitio erant perſonarum non niſi centum marcis Denariorum conſtiterit. Præpoſitus vero ille Conradus (Probſt Conrad) ex literis publicis eorum temporum notisſimi nominis præſul eſt. Jam tum igitur Eccleſia noſtra Nicolaitana Præpoſituræ ruralis dignitatem conjunctam habuit.

[f] Atque molendina quæ extra mœnia urbis erant comburere ſunt conati, ſed fruſtra laborum inſumſerunt fortiter ſua tuentibus Gryphiswaldenſibus, atque ſic omnis in terram Wuſterhuſanam impetus eſt converſus.

[g] De nomine hoc antiqviſſimo ſqq. in *Diction.* meo *Etym.* obſervavi: Ciſe iſt der Nahme eines mittelmäßigen Fluſſes der bey Wolgaſt mit der Peen und unweit Ludwigsborg und Niendörp mit dem Wycker-Bodden eine communication hat/ daß alſo durch ſelbigen der gantze Wuſterhuſenſche Ort Landes von dem übrigen Lande zu Pommern abgeſondert wird. Die bey Wolgaſt daran belegene Mühle wird daher die Ciſen-Mühle genannt. Es iſt auch unweit Wolgaſt ein ſehr groſſer Berg / ſo der Ciſen-Berg genannt wird. Ich weiß bey dieſen Nahmen nichts anzumercken / als daß ehemahlen die Svevi, ſo auch in dieſer Gegend an der Oſt-See gewohnet / eine Göttin gehabt / die Ciſe geheiſſen. Solches bezeugen Conradus Urſpergenſis f. 308. und unterſchiedene andere der alten Geſchicht-Schreiber. Und aus ſelbigen hat es auch noch neulich der gelehrte Herr WESTPHAL in ſeinem Buch de conſvetudine ex Sacco & libro behauptet. Doch ſagt er p. 509. daß dieſe Göttin Ciza oder Ciſa [welches einerley iſt] von denen Sorabern verehret worden. Und die Stadt Ceitz oder Zeitz den Nahmen daher bekommen. Er bezieht ſich auf Albinum Laurentium in Originibus Doringiacis, und ſagt unter andern/ ſie wäre mit groſſen Brüſten gemahlet / und vor eine Helfferin der Gebährenden gehalten worden. Weil nun in der Slavoniſchen Sprache Cic noch jetzund eine Weiber-Bruſt bedeute/ ſo vermeynet er/ daß Ciza ſo viel/ als eine gebrüſtete Göttin geheiſſen. Urſpergenſis verſichert l. c. daß die in der Gegend von Augſpurg vor Alters wohnende Schwaben die Ciſa verehret. Und daß die jetzund in den Ring-Mauren der Stadt befindliche Hö-

he/

Digitized by Google

ſed vetuſtate nominis inclytus amnis, qua ſpectat ad meridiem à cætera illam Pomerania disjungit, hinc in ſinum Wicenſem haud pro-

he/ wo derſelben aus Holtz nur ſchlechtgebauter Tempel ehedeſſen geſtanden/ daher noch der Eiſe-Berg heiſſe. So hat auch LAZIUS de M. G. p. 371. aus einem von ihm aufgefundenen fragmento Hiſtoriæ Galliæ angemercket/ daß die Teutſchen Völcker in eben dieſer Gegend wieder die Römer eine Stadt erbauet/ die ſie von der Göttin Ciſa, Ciſara benennet. In Schleſien findet man noch ein Gut/ ſo Eiſendorff heiſt/ und dem berühmten Georg. Schœnbornero ehemahlen zugehöret. In Mecklenburg iſt jenſeit Roſtock gleichfalls ein Eiſendörp gelegen/ welches/ wo ich nicht irre/ der Familie der Petersdorffen zugehöret/ und wovon vor Alters ein gewiß Geſchlecht/ ſo es damahlen beſeſſen/ den Nahmen der Eiſen-oder wie ich in einer alten Urkunde des Ribnitziſchen Kloſters von an. 1359. geſchrieben gefunden/ der Tziſendörpe geführet. Gleichwie man nun mit aller Glaubwürdigkeit davor hält/ daß von der in dem Augſpurgiſchen vorzeiten verehrten *Ciſa*, ſo wohl die ehemahlige Stadt Ciſara, als auch der dortige Eiſen-Berg den Nahmen bekommen. Alſo ſehe ich nicht/ warumb man nicht mit eben ſo viel Wahrſcheinlichkeit das Schleſiſche und Mecklenburg. Eiſen-Dorp/ imgl. die Pomerſche Eiſe u. den Eiſen-Berg/ in Anſehung ihrer Benennung von beſagter Göttin ihren Namen herleiten ſolte. In illis quæ hic è Cl. D. WESTPHALII Tractatu multimodæ eruditionis obſervavi aliquo modo ſibi repugnare videtur, quod Ciſa ipſi nunc Svevorum Balthici maris accolarum, nunc Soraborum, quorum in Saxonia & Thuringia ſedes fuit, idolum vocatur. Cum illi, TACITO de M. G. ad Germaniam; hi vero HELM. Chr. Slav. L. I. C. 1. teſtantibus ad Slavicam gentem referendi veniant. A ſententia enim ERASMI STELLÆ & GARZONIS, qui à Svardonibus Sveviæ populo, ob levem forſan vocabulorum ſimilitudinem Sorabos deducunt, Clariſſimum Virum alienum puto. Dicerem à Svevis Ciſam deam Sorabos Slavos accipere potuiſſe, ſicuti mea ſententia Rugianorum deaſter Svantovit à Gothorum atque Vandalorum cultu in Slavorum religionem tranſiit, niſi ipſum deæ illius nomen ex idiomate Slavico derivare placuiſſet. Inde enim conſequitur ſaltem ſub hoc Ciſæ vocabulo apud Svevos nunquam viguiſſe ejus cultum, cum gentis utriusque, quominus id perſvaſum habeam, lingvæ diverſitas obloquatur. Iiſdem Svevorum fuiſſe idolum, cui non mammoſæ fœminæ, ſed navigio ſimilem effigiem dedere TACITUS l. c. narrat. Ciſæ deæ nulla apud eum commemoratio eſt. Si quis vero putaret per diverſam dialectum τὸ C. S. vel Z. præfixum, atque ſic ex *Iſe* pronunciationis differentia *Ciſe*, *Siſe* vel *Ziſe* factum fuiſſe, ille me quidem haud admodum contradicentem habebit, cum meminerim Celeb. DANCKWERTHUM in Deſcr. Duc. Sleſv. & Holſ. P. III. C. 5. jam obſervaſſe, quod Svevi terrarum noſtrarum veteres incolæ litera S pro articulo ex indole eloquii ſui uſi ſint. Non enim omni veroſimilitudinis ſpecie deſtitutum videtur, quod, ſi omnino Svevis ſub imagine navigii dea quædam ſacra fuit, in hac

Digitized by Google

procul Ludoviciburgo, illinc prope Wolgaſtum in Penam undas evolvens: reliqua mare ambit. Naturæ ſitu ſic munitam valido ad *Neo-villam* propugnaculo objecto munitiorem Gryphiswaldenſes (h) fecerant. Sed ubi deficiunt, qui propugnent, propugnacu-

lorum

hac regione Wuſterhuſana & forte in ipſo illo edito monte, cui hodienum jà *Ciſa* nomen eſt, cultus ea ſedem habere potuerit. Ut in eo faſtigio conſtitutæ navigantes quaſi in conſpectu eſſent eoque magis de tutela illius ſe certos putarent. Singularis eſt appellatio *Svant-Wuſterhauſen* quam in privilegio quodam Gryphico Bugislai IV. inveni, nullusque dubito, quin illi, qui præfixi illius vocabuli originem etiam ex lingva Slavica repetunt, idemque quod *Sanctum* eſſe contendunt, ut e. g. *Svante Vit* nil aliud ſit, quam ſanctus Vitus, quin, inquam illi novum pro aſtruenda in Provincia Wuſterhuſana ſive Iſidis ſive Ciſæ ſede argumentum in ipſa hac præpoſita voce ſibi offendiſſe viderentur, inde omnino ſic cognominatam illam antiquitus fuiſſe mox opinantes. Verum, utut ego non negaverim, quod fanum hic Iſidis aut Ciſæ olim eſſe potuerit, in illa tamen appellatione nil quicquam præſidii pro iſta ſententia invenio 1] enim non ſatis apud me evictum eſt præſuppoſitum illud, quod vox *Svant*, ſaltem in nominibus noſtræ oræ e. g. in Svantevit, Svant-Wuſtrou, Svant-Wuſterhauſen, &c. ex idiomate Slavico deſumta ſit, & notationem *ſancti* obtineat; quia eandem in lingva Gothica reperio ibidemque modo *potentiam* & *virtutem*, modo, ſi Svevica dialecto efferatur, & *aquam* ſignificare ſcio. Ut, quoties nomini regionis in ultimo hoc ſignificatu adjicitur aquis illam undique cinctam eſſe indigitet, uti quidem ſupra p. 118. not. [q] id jam eſt evictum 2] ſub appellatione *Svant-Wuſterhauſen* in Gryphico illo privilegio non provinciam hanc Wuſterhuſanam, ſed inſulam ipſi oppoſitam vulgo die Greyffswaldiſche Oi dictam intelligi & ipſum argumentum ejus loquitur, & in codice privilegiorum civitatis in margine adſcriptum aliquando legiſſe me memini. Summa dictorum eo redit: Ciſam, ſi Svevorum unquam Dea fuit, probabiliter eandem cum Taciti Iſide fuiſſe, ſedem in terra noſtra Wuſterhuſana habuiſſe, nomenque *Ciſæ* non à Slavis, ſed ab ipſis Svevis harum terrarum incolis accepiſſe.

[h] Verba *Relationis* illius *Hiſt.* ſunt: *Nos vero* [Conſules atque civitas Gryphica] *gverra primo incboata timentes terra* Weſterhuſen *pericula ab inimicis evenire ædificavimus pro ipſius terræ defenſione ſuper fluvium* Ciſen *juxta villam* Niendorp *unum propugnaculum ſatis forte pro cujus propugnaculi conſtructione & expenſis in ipſo tempore gverræ habitis & conſumtis expoſuimus & ſolvimus* 500. *marc.* & 16. *marc. Denar.* Præter vero hoc propugnaculum foſſa quoque ſecundum fluvium Ciſam ducta munitam fuiſſe provinciam Wuſterhuſanam hodie de Wuſterhuſenſche Ort communiter dictam, ex infra notandis patebit. Hic tantum in tranſitu quaſi obſervo quod villa quæ *Ludovici-burgum* & *Kemitzam* media interpoſita eſt Hyldenſique præfecturæ adſcribitur jam tum ea

lorum non eſt uſus. Neque Vaſalli, neque cæteri terræ incolæ hoſtium adventum ſuſtinebant. Tantus animos eorum pavor intraverat. Igitur impune provinciam ingreſſi direptionibus & incendiis cuncta (i) deleverunt ipſum Wolgaſtum quaſi tranſeuntes occupaturi, niſi Gryphiswaldenſium milite firmatum inveniſſent. Tum vero ne tentato quidem certamine recedentes, quicquid in itinere obvium fuit igne ferroque (k) vaſtarunt. Denique veluti his per otium expeditis è regione oppidi Lutitiorum denuo ſedem firmaturi ad aggerem Schopenſem propugnaculum exſtruxerunt diſtributisque per loca munita, quæ tenebant, copiis cum reliquo exercitu, quia jam autumnale tempus inſtabat, in ſua (l) reverterunt. Ingens Gryphiswaldenſium cupido fuit in apertis campis cum hoſtibus congrediendi juſtoque prælio, ex quo cætera penderent, decernendi, ſed cautius mercandum Sundenſes arbitrati auxilia (m) denegarunt. Per leviora igitur diſcrimina cuncta hoc anno (n) agebantur. Neque pacis inter arma oblivio fuit. Sæpius

ea ætate æque ac hodie *Niendorp* vocata fuit. Inde enim quam antiquæ ſæpius ſint novum illud nomen præferentes villæ cognoſco.

[i] Reſpice ad Annot. præced. (f). [k] Vid. *Relat. Hiſt. Manuſcr. de reb. geſt. Gryph. in B. R. p. m.* 19. 20., quæ ea occaſione villæ etiam Schönenwold mentionem facit, illamque ab hoſtibus igne combuſtam eſſe narrat. Unde intelligitur & illam jam eo tempore ſub eodem hoc nomine extitiſſe. [l] *Rel. Hiſt. Manuſcr. de reb geſt. Gryph. in B. R.* [m] Teſtante ipſa illa *Hiſt. Rel.* verbis: *Cum, ut præmiſſum eſt in terra dominorum noſtrorum moram fecerunt potenter, graviter dolentes cum ipſis libentisſime conflictum feciſſemus habuiſſemus bellum ineundo cum eisdem. Sed heu de propriis noſtris ſtipendiariis facultatem id faciendi non habuimus, nec ad hoc nobis cooperari curarunt Sundenſes cum bene potuiſſent, quos ſuper eo cum ſolennioribus noſtris nunciis & capitaneo habuimus fideliter & ardenter requiſitos.*

[n] Vid. dicta *Rel. Hiſt.* Iterum ibi duorum nobis locorum, quæ iisdem hodienum nominibus ſuperſunt, vetuſtas innoteſcit. Primus eſt *altum molendinum* die Hohe Mühle/ verſus occaſum hybernum ad qvadrantem milliaris ab urbe diſſitum. Vel nomen loci prodit, quod mola eaque ut rudera ac ſitus priſtinus etiamnum oſtendunt, hydraulica jam ea ibidem ætate exſtiterit. Nec quicquam ædificiorum præter illam olim repertum illic fuiſſe antiquo rumore fertur. Dudum deſtructa aut collapſa molari machina in locum illius ſucceſſerunt rurales ædes quarum cauponi oppidanorum ad captandam auram campeſtrem frequens prodeuntium turba lucrum præbuit. Nunc vero ſæpius mutato dominio Generoſiſ-

Digitized by Google

pius enim Lubecæ, (o) Dartſovæ & Daſſovæ conſilia de componendo bello (p) ſunt agitata. Sed nondum, ut æquis conditionibus aures præberent, hoſtium ſatis attenuatæ vires erant. Dum vero hæc de cis-marino Principatu agebantur, ultra-marini non abjecta omnino cura fuit: cumque omnibus protegendis & præſidio firmandis neque Ducum neque Civitatum vires ſufficerent, his conſentientibus à Barnimo Sedinenſi, qui tutoris jam (q) partibus fungebatur, Ba-

Z 3 roni-

roſisſimo atque ſtrenuo Domino KIRBACHIO, Svedicæ Majeſtatis Excubiarum per Pomeraniam item atque Rugiam rei Venatoriæ Summo Præfecto multis virtutis ſuæ facinoribus inclyto heroi ante paucos admodum annos comparatus eſt locus, qui ſplendido domicilio exornatum ob urbis vicinitatem ſibi ſedem eundem elegit. Alter, qui nominatur locus *Gribenovia* occidentalem urbis noſtræ portam (Fetten-Thor) exeuntibus ad primum lapidem obvia villa eſt. Unde & hujus ſub eodem nomine vetuſtas probatur. Pertinuit olim ad familiam Nobilem *Rauſchenorum*, qua exſtincta ſuperiori Seculo tempore belli tricennalis GERH. ANT. RENSCHIOLDO, Svedicæ Majeſtatis Cameræ Præſidi, & in Regimine Pomeraniæ Conſiliario ob inſignia in regnum Sveciæ patriamque noſtram merita collata eſt. Poſt cujus fata ad Illuſtr. Comitem filium CAROLUM GUSTAVUM, S. R. Majeſtatis regnique Svedici Senatorem & Campi-Mareſcallum mavortiis virtutibus eminentisſimum Seculi noſtri Heroem delata. Hoc ante paucos annos ad ſuperos evecto ſingulari Regiæ clementiæ ſymbolo penes viduam ejus Dn. ELISABETHAM ex Nobilisſima FUNCKIORUM ſtirpe proſatam fœminam ea inſuper addita gratia permanſit ut, quem Illa Regia Majeſtate annuente hæredem ſcriberet (modo feudorum patrio more capax perſona eſſet) poſt obitum ejus haberet.

[o] Uterque locus in Ducatu Mecklenburgico ſitus atque Lubeca haud multum disſitus eſt. [p] Vid. *Relat. Hiſt. de reb. geſt. Gryphisw. in B. R.*

[q] Has ipſis primum denegaverant civitates, quas male habebat, quod à patrocinio Agnatorum Principum per Mecklenburgicos avocari ſe pasſi eſſent. Vid. *Rel. Hiſt.* Deinde autem omnibus rectius expenſis hanc ſpartam, quæ ſangvinis jure ad illos ſpectabat lubentes ipſis detulerunt. Vid. ſupra p. 162. ſq. Traditum tunc Sedinenſium Ducum tutelari fidei caſtrum *Wolgaſt*, quod documento eſt quam ſit caſtrum illud antiqvum. Utrum vero hoc urbem, an vero urbs illud vetuſtate antecedat? id quidem ob monumentorum defectum difficile explicatu videtur. *Caſtri* in Innocentii Papæ confirmatione Epiſcopatus Pomeranici de an. 1140. apud RANG. in Pom. Dipl. p. 147. *Urbis* autem antiquisſimam memoriam apud HELM. Chr. Slav. L. I. C. 38. ad an. 1109. inveni. Mea opinione, quam tamen rectiora docenti ſubjectam volo, urbis eſt remotior ætas. Cum jam eo tempore quo Helmoldus hæc ſcripſit, tam canam ejus fuiſſe ſenectutem dicat, ut neque primordia, neque conditor ejus indicari potuerint. Conf. ſupra p. 47.

Digitized by Google

ronibus Putbuziis atque Reinfrido Penitzio inſulæ æque ac caſtri, quod aditum ejus claudebat, lege oppignorationis pro 6600. marcis Sundenſibus tutela (r) permiſſa fuit.

§. IV.

Dum ita domi omnia flagrabant, foris apud Danos nova auxilia quærere fœderatæ civitates non intermiſerunt. Sed ſpe inani (s) lactatæ ſunt. Licet enim WALDEMARUM inter & GRYPHISWALDEN-

[r] Perdurarunt ad noſtram ætatem literæ ipſo hoc 1327. anno in feſto OO. SS. adeoque autumno jam appetente datæ, quibus civitates Stralſund, Gripeswold, Tangklim & Demin oppignorationem illam ſuffragiis ſuis confirmant. Non ingratum fore B. L. ſperamus, ſi, cum integras huc apponere ſcriptionis noſtræ modus prohibeat, exordium ſaltem ipſis, quibus conceptum eſt verbis afferamus: Hujus eſt illud tenoris: *Nos Conſules & Univerſitas civitatum* Stralesſund, Gripeswold, Tangklim *&* Demin *recognoſcimus tenore præſentium publice proteſtantes & conſtare volumus univerſis, quod voluntas, conſilium & conſenſus omnium noſtrum ac Vaſallorum commorantium inter* Sconiam *&* Penam, *& in toto Principatu Ruyanorum Dominis noſtris Ducibus videlicet* Bugislao, Barnim *&* Wartizlao *adhærentium eſt*, ad hoc *& acceſſit, quod Dominus* Barnim *Dux Stetinenſis terram* Ruyam *mari ſalſo circumfluam cum caſtro ædificato juxta* paſſagium *in terra jam dicta obligare debeat, & poſſit & titulo pignoris jam obligavit Reijnfrido* de *Penitz*, Johanni *&* Boranthen *dictis de* Putbusk *militibus fratribusque dicti* Johannis *ipſorumque veris & legitimis hæredibus pro* 6600. *marcis Sundenſis monetæ nomine Ducum prædictorum in quibus hijdem dictis legitime tenebantur obligati cum omnibus fructibus, proventibus & utilitatibus quibuscunque ſicut Domini Wartislaus & Witzlaus eandem terram poſſederant Principes Ruyanorum* &c. Meretur hic præprimis expendi, quod Vaſallos non tantum in Principatu Ruyanorum proprie ſic dicto, ſed omnes inter *Sconiam* & *Penam* commorantes huic ſubſcripſiſſe oppignorationi civitates pronunciant. Inde haut obſcure intelligi poſſe videtur, quod præter Rugiæ incolas alii etiam maris Balthici inſulani jure vaſallagii Reip. Rugianæ obſtricti fuerint. Ubinam vero quærendi ſint illi, ab aliis edoceri cupio. Cæterum & obſervandum quod jus reluitionis in hoc contractu Principibus ſit reſervatum. Qvamdiu autem Putbuzii atque Penzius oppignoratam inſulam retinuerint, enunciare non ſatis ſuſtineo.

[s] Teſtem hic denuo habemus Senatum Gryphicum in *Rel. Hiſt.* ſæpius citata. Fractas à Gryphiswaldenſibus inducias cauſabatur Gerhardus, quare auxilia nunc denegarentur. Sed nodum in ſcirpo quæſiviſſe videtur. Verum impedimentum ſine dubio inteſtina Daniæ mala objiciebant. Qvilibet optimatum in Dania ſuis tunc commodis velificabat ditisſimosque agros à Rege Wolde-

Digitized by Google

denses an. 1328. juſto fœdere (t) ſtatueretur, ut hi Danis navibus ſuis Dani his equeſtribus copiis ſubvenirent; tamen, cum ſequenti mox anno Waldemaro depoſito Christophorus priſtinam fortunam recuperaſſet, non tantum hujus conſilii effectus (u) impeditus, ſed ita Dania quoque in contrarium converſa eſt, ut, quæ modo auxilia ſtipulata erat, nunc arma etiam (w) oſtenderet. Hæc tamen intra minas ira ſubſtitit. Contra Mecklenburgici ſerio rem ſuam agendam putantes, ad bellum, quod aliquamdiu remiſſius gerere videbantur, nunc impigre renovandum animum intendebant. Dudum inique illi tulerant, quod Principum Agnatorum cuſtodiam atque tutelam Sedinenſes Duces ſuſcepiſſent. Igitur cum diutius iram continere non poſſent, comparato, quantum poterant exercitu terram, quam hinc Pena, illinc Tollenſa alluit, terribili impetu (x) inva-

Woldemaro in remunerationem collati imperii ſibi obtinere ſtudebat. Utilitatis publicæ rerumque exterarum, etiam quæ regnum reſpiciebant, poſtrema cura erat. Vid. HUITF. Chr. Dan. ad an. 1326, 27, 28.

[t] Ipſas fœderis hujus literas poſſideo. Puto ex rariſſimis illas eſſe, quia haud admodum multæ hujus generis, ſaltem quæ ad exteros reſpiciant, oſtendi poterunt. Nam ultra triennium Waldemarus ille Jutiæ Dux Danici regni Majeſtatem fere non tenuit. Ne dicam, dubio jure tenuiſſe, ita ut plerumque apud Danicos Scriptores ne quidem in numero Regum habeatur. Cujus tamen rei Cl. Dn. HOJER. in den Dän. Geſch. ſub Chriſtoph. II. non hanc rationem eſſe ſcribit, quod juſto titulo regno potitus non ſit; legitimam enim electionem ejus fuiſſe; Sed quod renunciaverit coronæ, antequam ephebus factus eſſet ipſeque imperio præfuiſſet.

[u] Equidem in dicta *Relatione* invenio, quod Legati Danici Gryphiswaldiam venerint militesque nomine & ſtipendio regni militaturos ibi conduxerint. Sed num hæc ad an. 1328. quo fœdus illud Daniam inter atque Gryphiswaldiam factum erat, referenda ſint, dubito. Parum quoque commodi civitati nuncii illi afferebant cum militibus à ſe conductis. Qvippe nomine quidem regni ſtipendia illis promiſerant, ſed quæ Gryphiswaldenſibus ipſis deinde pendenda erant.

[w] Qvare & Barnimus Dux Sedinenſis caſtrum Wolgaſtanum, quod fere collapſum erat, reſtaurandum curabat. Vid. à KLEMPZEN in Chr. Manuſcr. ad an. 1329. Conf. MICR. & EICKST. Ep. An. ad eund. an.

[x] An. hoc factum 1329. vid. à KLEMPZ. MICR. EICKST. ll. cc. ad h. a. HUITFELDUS ad eund. an. ubi in enarrando hoc bello verſatur in territorio *Deminenſi* & *Leveſtovienſi* (udi det Demmiske oc Leveſtoviske Land) geſtum illud ſcribit. Sed pro ultima voce, quæ omnino corrupta eſt, *Treptovienſe* (Treptoviske)

Digitized by Google

invadebant; aſt terribiliori à Demminenſibus & Treptovienſibus ductu (y) JOHANNIS Comitis Gützkoviani ad (z) *Volſkoviam* vicum profligati reprimebantur. Nec dubium, quin, ſi occaſione victoriæ uti potuiſſent Sedinenſes, eodem armorum curſu omnis cis-marinus Rugiæ Principatus tunc recuperatus fuiſſet. Sed illi intentiori cura (a) Marchicis rebus imminentes eo omnes converterant vires, quo major id neceſſitas certiorque utilitas exigebat. Neque ſociarum civitatum tanta militum manus erat, quanta & ad ſua tuenda, & ad hoſtes debellandos atque tot oppidis caſtriſque ejiciendos requirebatur. Ita ALBERTUS Mecklenburgicus, qui Patri (b) Henrico jam

tobiske) dicere debuiſſet. THUNIORUM, qui in hac ipſa regione *Cummerovia* ſedem habebant, mala tunc fides fuit. Neque enim rebus Mecklenburgicorum tantum ſtuduerunt, ſed hoſtilia etiam ipſimet arma in Pomeraniæ Duces Dominos ſuos expediverunt. A KLEMPZ, l. c. Jn dieſer Fehde fielen Heinrich und Segeband die Thune/ ſo Cummerow inne hatten/ von H. Barnim zu den Herrn von der Werle/ und bauten ein Schloß an die Peene/ Kick in die Peene genannt/ und thaten daraus dem Lande Schaden/ darumb zog H. Barnim dafür/ und zwang ſie/daß ſie muſten das Schloß aufgeben. Conf. MICR. l. c.

[y] Idem hic ſine dubio JOHANNES Senior fuit, qui filio unico ejusdem nominis in prælio, quod an. 1351. prope oppidum Leutitiorum ad aggerem Schopenſem committebatur, amiſſo, ultimus familiæ Comitum Gutzkovianorum an. 1357. vita exceſſit comitatumque Pomeranis feudi Dominis reliquit. Strenui Ducis munere in ipſa hac pugna defunctus eſt & *caſtra hoſtium* teſte EICKSTEDIO in Ep. Ann ad h. a. *invicto animo perrupit & expugnavit*, ut non multum abeſſet, quin ipſi Principes Mecklenburgici in victoris manus incidiſſent.

[z] Ædibus atque incolis frequentiſſimus olim locus & hodienum, etſi de priſtino ſtatu multum delapſus ſit, eam habitatorum copiam habet, ut vel ſolus Parochiam faciat ſuumque ſibi Paſtorem alat. Solum fertile & tritici feraciſſimum circumjacet. HUITFELDUS & hunc vicum corrupte effert, quemque *Volſkoviam* ſcribere debuiſſet Walzkow appellavit.

[a] De Marchicis illis turbis Chronica antea dicta ll. cc. evolvi merentur.

[b] Heroici is animi Princeps magnæque ſua ætate autoritatis & domi apud ſuos & apud exteros fuit. Occubuit *Sternbergæ* febri quartana & quidem ipſo illo 1329 anno quo prælio ad *Volſkoviam* inferior fuerat. Pro documento hujus rei eſſe poteſt Charta quædam monaſterii Ribnitzenſis, cujus ſequenti tenore verba fluunt: An. Dn. 1329. Here Hinrich de Löwe tho Mecklenborg/ ein Patron und Stiffter diſſes Kloſters/ſo he bekende dorch dat Older und mannigfoldige Kranckheit/ de en beſchwerde/ dat nun ſyne leſte Tydt ſick naede van hir tho ſcheden/ eſkede er tho

jam ſucceſſerat una cum fœderatis ſibi Werlanis per Provincias *Grimmam*, *Tribuſeam* & *Bardum* circumjacentes ubique ſedes firmarunt & præſertim Tractum Damgardenſem atque Bardenſem per 22 continuos annos conſtanti fere imperio tenuerunt, quævis dominii jura ibidem (c) exercentes. Sed parum ſecuritatis ſub umbra regiminis eorum incolæ (d) invenerunt, cum in perpetuo periculo verſarentur, quod excurſionibus ſuis frequentioribus civitates fœdere junctæ intentabant.

§. V.

Equidem an. 1348. Pomerani à Carolo IV *Znoimi* in Moravia

tho ſyck ſyne Nächſten und ſynen Rath tho dem Sternberge/ un hefft dar geſettet ſyn Teſtament und ſynen leſten Willen. Syne Rädern hefft he geſettet in Vormündern ſyner Kinder/ als Hertig Albrecht/ und Hertig Johans und Frenchen Beata, de he hadde geven den Orden-Sünte Claren in ſyn Cloſter tho Ribbenitz - - Here Hinrich hefft ock ernſtlicken befahlen Broder Didrich mit ſynen Rädern und Vormündern ſyner Kinder dat ſe vlytigen vervorderen dat Gebeute des Cloſters na ſynen Wyllen/ und de Jungfrawen wolden helpen beſchermen / bet tho den mündigen Jahren der jungen Herren/ alſe ſe Gade vam Himmel wollden Reckenſchop geven an deme jüngſten ꝛc. Quæ verba & ſimul indicant nondum Albertum tempore ſucceſſionis ſuæ in Patris locum ex ephebis exceſiſſe. Nutu igitur Dominorum de Werle atque Conſiliariorum, quibus tutelam prolis ſuæ Henricus demandaverat, proximis à morte ejus annis omnia geſta ſunt.

[c] Quo refero 1) quod durante tutela, de qua modo dictum, terra Bardenſis Nobili cuidam Lubecenſi Heine Scharpenbarch pro 5500. marcis puri argenti oppignorata eſt, quam tamen Albertus an 1335 ubi ſine dubio ad Remp. ſuam adminiſtrandam ipſe jam acceſſerat, certo interveniente contractu redemtam, Nobili viro Johanni Moltken & Senatui Bardenſi cum omni utilitate atque fructu ea lege tradidit, ut, ſi forte ipſe contractui cum Scharpenbergio inito non ſatisfeciſſet, terra cum caſtro bona fide hypothecario illi redderetur. 2) Quod idem Albertus ſpeciali privilegio Senatui Bardenſi jus Patronatus Scholæ oppidanæ & facultatem conſtituendi æditimum à Wartiſlao IV. an. 1325 conceſſa an. 1345. d. Purif. Mariæ confirmavit. Imo 3) adhuc 1351. Transactionem quandam inter Senatum Bardenſem & Nicolai Devitzii hæredes de limitibus villam *Divitz* inter & territorium civitatis literis ſuis Roſtochii Dom. vocem Jucunditatis confirmavit.

[d] Adeo quidem, ut ipſi incolæ confœderationibus inter ſe junctis ſecuritati ſuæ conſulere cogerentur. Sic inveni, Hermannum de Witzen / Gotofridum Dotenberg & civitatem Bardenſem contra quamcunque vim inferendam an. 1330. mutua ſibi invicem auxilia ſolenni pactione ſtipulatos eſſe.

Digitized by Google

cum aliis Provinciis PRINCIPATUM etiam RUGIÆ ſolenni ritu & multo Magnificentiæ apparatu in feudum (e) acceperant, jamque novo etiam jure in hoſtes uſurpatores uti videbantur. Verum ubi (f) inſequenti mox anno idem quaſi ſui immemor factus CAROLUS cum novo civitatis Romano-Germanicæ honore (g) his quoque in Tra-

[e] Factum ipſum & domeſtici noſtri & exteri confirmant Scriptores. An autem valida fuerit inveſtitura, alii videant. Sunt enim qui exiſtimant Carolum IV cujus electio inſtinctu Papæ à nonnullis Electoribus facta erat, ante mortem Guntheri Schwartzburgici rite electi pro Imperatore non eſſe habendum: quam litem nunc meam non facio. Qvi vero momenta utrinque militantia noſſe cupiunt, illis ſatisfaciet Cl. Dn. GLAFEYUS in Hiſt. Germ. Polem. elegantisſimo opere L. II. C. 7. Id tantummodo ego qui in rebus Hiſtoricis occupor, non omittendum exiſtimo, quod Barnimus III. D. Sedin. an. 1355. poſtquam communi Electorum conſenſu jam Imperator erat, provinciarum ſuarum inveſtituram in comitiis Ratisbonenſibus iterato ab illo accepit, fide EICKSTEDII Ep. An. MICRÆLII, aliorum ad h. a.

[f] An. nempe 1349. Ita Chr. Slav. incerti Aut. ap. LINDENBR. & ex illo Celeb. STRUVIUS in Synt. Hiſt. Germ. Disſ. XXVII. §. 32. noſtratesque Hiſtorici uno ore referunt. CHYTRÆUM igitur qui in Sax. L. V. p. m. 156. an. 1348. d. 8. Jul. factum id ſcribit, lapſum eſſe arbitror. Qvanqvam non dixerim ſua hunc virum deſtitutum ratione fuiſſe, cum & ipſe in aliqua charta annotatum inveni an. 1348.

[g] Non Werlanis, ſed Mecklenburgicis Alberto & Johanni fratribus, quos Dn. STRUVIUS l. c. cum DUBRAVIO Hiſt. Boh. L. XXII. p. 576. inuſitato, quod ſciam, veteribus Scriptoribus atque literis ſtylo Comites appellavit. In Ann. rer. geſt. Caroli M. & Ludov. Pii, apud Adamum Brem. Helmoldum aliosque, Slavorum Dynaſtas titulo *Principum*, quinimo & *Ducum* jam olim ſalutatos inveni. Chronicon Slav. inc. Aut. Albertum atque Johannem *Dominos Megapolenſes* vocat. Ita quoque Henricus eorum Pater in literis, quibus Dominium Roſtochienſe titulo Capitanei Regis Danorum ſe tenere an. 1311. fatetur & in aliis, quibus tanquam feudum Daniæ an. 1323 illud agnoſcit *HINRICUM D. G. Magnopolenſem & Stargardiæ Dominum;* poſtquam vero Roſtochienſe dominium ſemel adeptus erat, in Diplomate, quo an. 1324. Henneken Moltken concedit proprietatem perpetuæ libertatis ſuper tres manſos doti villæ Blanckenhagen viciniores, quas ille vicariæ uni in Eccleſia dictæ villæ fundandæ deſtinaverat *HINRICUM D. G. Magnopolenſem Stargardiæ & in Roſtock Dominum* ſemetipſum ſcripſiſſe invenitur. Ab aliis etiam Principibus Megapoliæ Dominis, antequam Imperii R. G. Ordinibus annumerarentur, *Principum* jam tributum eſt nomen. Teſtimonium offert inſtrumentum fœderis inter Vladislaum Poloniæ Ducem, Reges Sveciæ, Daniæ, Norwegiæ, Duces

Tractum (h) Bardenſem & Damgardenſem ejusdem juris (i) ſpeciem attribuerat, non ſopitus hic ignis, ſed acriori etiam incendio auctus eſt. Mitiora fata ſub an. 1350. adſpirare videbantur. Pacis tunc conſilia agitari cæperunt, Danorum Regis arbitrio utrinq; (k) permiſſa cauſa. Sed ultra querelas Pomeranorum accuſantium & Mecklenburgicorum culpam declinantium (l) excuſationes non eſt promotum negotium. Ita, ut omnis nunc controverſiæ deciſio ex armorum fortuna penderet. Circa annum igitur 1351. recru-

ces Pomeraniæ, Principem Rugiæ ipſumque Henricum Megapoliæ Dominum an. 1315. initi ap. HUITF. in Chr. Dan. obvium, in quo Vladislaus non minus hunc, quam Rugianum & Pomeranum *Magnificorum Principum* axiomate ornat, qui, quam illuſtris tunc habitus ſit titulus, vel inde patet, quod Otto Comes Aſcaniæ & Princeps Anhaltinus in ſolennibus literis, quibus Erico VII. Daniæ Regi ad ſervitia militaria (ap. eundem HUITF. l. c.) ſe obſtringit, non alio ipſum quam *Magnifici Principis* præfamine inſignivit.

[h] Fide hæc ſcribo CHYTRÆI Sax. L. V. p. 156. qui inter cætera oppida *Bardum* quoque & *Damgard* in fiduciariam clientelam nominatim eos accepiſſe diſerte tradit. (i) Valido enim jure Imperator Pomeranis, quod legitimæ hæreditatis lege ad illos ſpectabat, adimere non potuit.

[k] Autoritate hæc conſtant HUITFELDI in Chr. Dan. ad h. a.

[l] Capita offenſarum quarum Pomerani Megapolitanos reos dicebant, hæc erant: 1) Qvod una cum Werlanis infeſta ſigna Principatui Rugiano intuliſſent. 2) Qvod jura ſibi Eccleſiaſtica arrogaſſent in terra Bardenſi. 3) Qvod facta in Provinciam Sundenſem irruptione multa gravisſimaque damna dederint. 4) Qvod caſtrum *Hirtzburgum* occupaſſent ſuæque id ditioni adjeciſſent. 5) Qvod terram *Loiſſitz* hoſtiliter invaſiſſent, urbemque expugnaſſent. 6) Qvod *Wolgaſtum* quoque impetiiſſent terrasque *Forſtenhagen* (vitium ſcriptionis hic eſſe terramque *Wuſterhuſanam* intelligi credo) & *Anclam* non minus rigide tractaſſent. 7) Neque magis aliis Pomeranicis provinciis & caſtris peperciſſent. Aſt horum omnium culpam hoſtes à ſe amoliebantur, præter ea quæ de terra Bardenſi objecta erant, hanc enim tanquam hæreditatem à Patre Henrico in ſe translatam & per 20 jam annos poſſesſam optimo jure ſibi vendicaſſe volebant. Protraxit Rex Daniæ inquiſitionem hujus controverſiæ & impetrato Ducum Pomeraniæ conſenſu (quem ſolennibus etiam illi literis apud HUITF. obviis declarant) ad feſtum Jacobi proximi tunc anni 1351 diſtulit. Verum enim vero hunc terminum Pacificationis arma anteverterunt. Antequam enim ille adeſſet in apertam belli flammam res erumpebat. Hoſtes ſcil. cum rebus ſuis diffiderent, armorum ancipiti fortunæ, quam judicis arbitrio illas committere malebant.

Digitized by Google

duit bellum. Megapolitanis tres ſimul exercitus in Pomeranos (m) ducentibus. Unius qui Bardenſem Provinciam invadebat, ipſe Albertus Dux fuit; altero Nicolaus Werlanus *Grimmam* (n) expugnavit; tertius Hahnium imperatorem habens oppido Lutitiorum admotus JOHANNEM juniorem comitem Gutzkovianum ibidem belli (o) ſocium invenit. Nec ſegnius, quæ ad reprimendam tantam hoſtium (p) multitudinem excogitari poterant, Pomerani exſeque-

[m] De expeditione illa evolvi poſſunt MICR. KLEMPZ. EICKST. Ep. An. & alii ad h. a. Hoc ſuſpenſum me habuit, quod ubique invenio civitates Bardum atque Grimmam ab hoſtibus hoc anno 1351. occupatas eſſe, cum nullibi relatum apud Hiſtoricos noſtros legatur, quod Pomerani à prima illa expugnatione, qua an. 1326. in hoſtium poteſtatem pervenerant, eas recepiſſent. CRANTZIUS tamen Vand. L. VIII. C. 25. de *Grimma* aperte prodit, quod Duces Pomeraniæ clam miſsis ſatellitibus illam recuperarint. Non dubito igitur quin idem & *Bardo* contigerit. Forte Pomerani accepto de apparatu belli ap. hoſtes nuntio, raptim eductis copiis quæ ad manus erant celeritate prævertere conatus eorum voluerunt. Non multo enim ante hæc tempora receptas à Pomeranis eſſe vel inde colligo, quod in Annalibus Bardenſ. Manuſcr. ipſo illo 1351. anno Dom. voc. Jucund. Bardenſium de limitibus cum Devitziis transactionem adhuc confirmavit Albertus. Hoc enim argumento eſt, illum tunc temporis rerum apud Bardenſes adhuc potitum eſſe.

[n] Expugnata urbe cum in devictos clementia uti debuiſſet, crudelitate eſt uſus & primarium aliquem civitatis virum feralibus flammis comburi juſsit. Cauſam ſupplicii CRANTZ. l. c. fuiſſe dicit, quod illius potisſimum conſiliis urbs Pomeranis reddita erat. Noſtrates autem ob ſingularem virtutem, qua contra inſultus Werlani eam defenderat, periiſſe ſcribunt. Horribili enim feritate hoſtes tum ſævierunt, quod vel ex Barnimi III. Diplomate, quo poſt victoriam Schopenſem comitatum Gutzkovianum an. 1352 ob feloniam Johannis junioris Comitis ſibi aſſerit ſatis intelligi poteſt, ubi ipſe Dux quod *ferociter Pomeranos in Ducatu ſuo oppugnaverint & in illo tyranniſaverint* manifeſte eos accuſat.

[o] Ipſo, quo nuptias celebraverat, die. Sed in pugna Schopenſi oppreſſus eſt. Qvare, cum Johannes ſenior ſenectute jam gravis ſolus nunc ſupereſſet, jure victoriæ Barnimus III. an. 1352. ſolenni declaratione, quæ eſt in manibus meis, univerſum comitatum ſibi adſcripſit. Johanni tamen poſtquam novo juramento fidem ſuam victori firmaverat ad finem usque vitæ, quam ultra an. 1357. non extraxit, tranquilla poſſesſio eſt relicta. Id quod inter alia probat privilegium, quo idem hic Johannes an. 1353. civibus ſuis quam largisſime adhuc proſpexit.

[p] Ipſum Albertum ingenti copia militum inſtructum fuiſſe teſtatur EICKST. Ep. Ann.

Digitized by Google

ſequebantur. Barnimus Hahnio obviam (q) ivit; Alberto atque Nicolao Bugislaus agmen ſuum objecit. Prima inter Barnimum & Hahnium ad (r) aggerem Schopenſem haud procul oppido Lutitiorum (s) pugna fuit hoſtibusque partim cæſis partim & captis Hahnius in fugam (t) conjectus. Nec mora: ulteriorem vincendi occaſionem quærens Barnimus raptim ducto exercitu, cum hoſtes ne adventum quidem ejus (u) ſuſtinuiſſent (w) *Grimmam* eodem armorum impetu recepit. Tum & *Bardum*, ſed fruſtra tentatum. Pro-

A a 3 ximo

Ann. ad h. a. Exercitum autem Hahnii aliquot millibus etiam conſtitiſſe. KLEMPZEN. ad h. a. ut plane inſignis ea victoria fuerit, quam Barnimus ad aggerem Schopenſem ab illo reportavit.

[q] Fuerunt in exercitu Barnimi Otto atque Burchardus duo Nobiles Domini Marchici de Putlitz quos Marchio Ludovicus ipſi adjunxerat belli ſocios teſte MICR. L. III. p. 339.

[r] Forte huc conſederant, quia hic loci ſuo adhuc præſidio tenebant propugnacum Schopenburg, quod 1327. ibidem erexerant.

[s] Die 25. Octobris quæ Criſpini atque Criſpiniani nomina præfert. Id quod teſtantur memoriales verſiculi in Chronicis KLEMPZ. & EICKSTEDII obvii.

[t] Poſtquam utrinque acerrime pugnatum erat. Oppidum igitur Lutitiorum haud ſecus ac fati quadam lege in univerſo hoc bello Mecklenburgicis infauſtum fuit. Sub belli enim initio etſi ipſum dederetur, caſtrum tamen, quod urbi imminebat hoſtilium armorum curſum remorabatur. Sequenti mox anno & urbe iterum non ſine ingenti ſuorum clade ejiciebantur. Nunc tertium etiam prope eam ad internecionem usque fundebantur. Sunt, qui perhibent Hahnium graviter ſaucium & bove vectum omnibus miſerabili facie in caſtra Ducis Alberti perveniſſe. Qvorum quod tunc de pugna Schopenſi colloquium habuere, ſequentes verſus vernaculi pro genio ejus ſeculi conditi memoriam nobis ſervarunt,

Herz. Hane / Hane wol heſſt to reken dynen Kam /
Hane. Here dat heſſt gedan Hertog Bernam.
Idt iß ein klein Mann van Live /
Aber ein Held by dem Kyve.
Herz. Wor heſtu gelaten unſe Lüde?
Hane. Here ſe ſündt in goden Beholde /
De nich dodtſchlagen / de ſünt thom Sund oder Gryppswolde.

Qvos vel propterea raros puto, quod memoriam habitus corporis Barnimi III Heroico animo Ducis nobis tradunt.

[u] Albertum enim accepto cladis Schopenſis nuntio in ſua mox refugiſſe KLEMPZENIUS Chr. Manuſcr. ad h. a. ſcribit. [w] MICR. L. III. p. 340.

Digitized by Google

ximo abhinc anno *Grimmam* Werlani denuo (x) recuperarunt, non tam ut haberent & imperio ſuo ſubjicerent, quam ut legitimis Dominis perpetuo tandem habendam redderent. Qvippe nondum omnino (y) biennio interjecto Pomerani totis viribus rem acturi cum hoſtibus congrediebantur omnibusque tam oppidis quam caſtris devictis non ſua tantum recipiebant, ſed priſtinæ amicitiæ fœdere Regi Danorum (z) conciliati junctis cum illo copiis per Megapolitanas terras victricia arma circumferebant. Jamque victoria ſtrenue uſuri Werlanis etiam ditiſſimam *Stavenhagam* Provinciam tanquam Pomeraniæ antiqvum feudum adimere (a) parabant, cum rebus ſuis diffidentes victorum arbitrium atque fidem quam vim experiri maluerunt. Itaque poſt tricennale bellum tandem an. 1355. his

[x] Etſi valido præſidio firmatam. Denn ſie wolten/ (inquit KLEMPZEN. l. c.) es mit Gewalt behalten. Eodem 1352. anno & Daniæ Rex WALDEMARUS III. Chriſtophori filius atque Succeſſor cum inſigni militum manu Megapolitanis contra Pomeranos auxilio venit interque illos pacem conciliavit teſte HUITF. ad h. a. quam tamen pacificationem Noſtrates ignorant. Subito autem, ut mox audiemus, ex ſocio hoſtis factus eſt Danus.

[y] Hanc moram Marchicæ turbæ interjecerunt. [z] Placebat Regi in Pomeranis quod rebus Ludovici Marchionis Brandenburgici affinis ſui ſtudebant. Diſplicebat in Mecklenburgicis, quod contra illum à partibus Pſeudo-Waldemari, & poſtquam hic occubuerat, Rudolphi Electoris Saxonici ſtabant. Iniit igitur cum Pomeranis amicitiæ fœdus his legibus, ut non tantum per terras ſuas liberum tranſitum ipſi darent, ſed auxilia etiam ipſius ſtipendiis contra communem hoſtem præberent. Omnibus præparatis Dominium Stargardenſe, quod tunc jam ad Mecklenburgicos ſpectabat primus Rex Daniæ ingreſſus eſt. Qvem ubi Albertus Stargardiæ arcta obſidione claudebat, Pomerani ſecuti, non tantum obſidionem ſolvere hoſtem coegerunt, ſed per omnem provinciam ſolitudine facta conjunctum Danis exercitum ad præcipuam Marchiæ urbem Berolinum admoverunt eoque diutina obſidione expugnato omnem tandem Marchiam ſub Ludovici imperium reduxerunt. Tum pro impenſis in bellum ſumtibus præter multa Daniæ prædia corona etiam regia Pomeranis pignori data. Vid. KLEMPZ. Chr. Manuſcr. ad h a. MICR. p. 341. Qvanto autem tunc rigore victores in debellatos uſi ſint, vix verba invenire poteſt HUITFELD ad an. 1352. quibus exprimere poſſit. Igne, ferro, laſcivia, rapinis ſævitum. Neque religioſis perſonis neque locis; neque ruralibus neque oppidanis parcitum. Multis etiam nares atque aures præciſæ ſunt. Quanquam hæc omnia non tam Pomeranis quam ſuis Danis HUITFELDUS facinora adſcribat. [a] KLEMPZEN. l. c. MICR. p. 316, 342.

Digitized by Google

his conditionibus pax firmata eſt, ut Alberto certa pecuniæ (a) ſumma data Werlaniſque *Stavenhaga* relicta Rugiæ univerſus Principatus in poteſtate Pomeranorum permaneret. Tum demum de compenſandis inſignium meritorum officiis, quibus fœderatæ Rugiæ atque Pomeraniæ civitates hoc bello fidem ſuam probaverant, gratioſiſſimi Principes cogitarunt ſingulisque, præprimis & Gryphiswaldiæ noſtræ virtutis (b) digna præmia liberaliter attribuere.

§. VI.

[a] Vid. MICR. l. c. & KLEMPZ. ad d. a. In monumentis monaſterii Ribnitzenſis relatum legitur quod Henricus Leo Alberti Pater 31000. marcas puri argenti à Pomeranis acceperit, ut juri ſuo renunciaret. Id quod redditis omnibus à ſe expugnatis locis & fecerit. Verum hæc contra Hiſtoriæ Analogiam relatio impingere videtur. Henricus enim in medio bello an. 1329. obibat. Et Albertus filius in negotiatione pacis, quæ ſicut not. præced. [l] dictum eſt, an. 1350. Rege Daniæ arbitro habebatur, poſſeſſionem terræ Bardenſis vel eo nomine juſtam putabat, quod à Patre ſuo (Henrico) hæreditario jure illam acceperat. Sed, ſi renunciaſſet juri ſuo in terras Rugianas, ſi Pomeranis reddidiſſet, in filium transferri illud non potuiſſet. Errorem igitur ſcriptionis in relatione illa Ribnitzenſi eſſe nullus dubito, atque Henrici pro Alberti poſitum nomen. Qvantum autem pecuniæ Alberto datum ſit apud Noſtrates non invenio. KLEMPZEN. l. c. non niſi hæc habet: H. Albrecht aber wendete auch noch Gerechtigkeit für am Lande zu Rügen / von wegen ſeiner Groß-Mutter F. Witzlaſſs Tochter. Deßhalben haben ſich H. Bugslaſſ/ Barnim und Wartislaſſ in Handlung gelaſſen/ und ihm etlich 1000. Fl. zu geben zugeſagt. Ita & MICRÆL. p. 842. Cœterum quæ de avia Alberti filia Witzlai hic dicuntur, jam aliquo modo excuſſa ſunt p. 159. ſeqv.

[b] In deſignandis præmiis iſtis admodum parcos eſſe Chronicogr. noſtros video. Aliis enim civitatibus vectigalia in territoriis Groswinenſi & Deminenſi; Gryphiswaldenſibus vero ob ſingularia merita maximasque expenſas cœtera quoque onera, hac ſola interpoſita lege, ut quotannis orcam vini Rhenani & cadum hydromeli in recognitionem, quod dicunt, Wolgaſti offerrent, remiſſa eſſe tradunt MICR. p. 378. Verum, quod pertinet ad reliquas civitates, jam ante hæc tempora (uti è privilegiis earum patet) immunitate illæ vectigalis æque ac Gryphica noſtra fruebantur. Sic Deminum beneficio privilegii à Ducibus Bogislao IV. Barnimo II. & Ottone I. an. 1292. jam impetrati *per totum Dominium* (uti ipſa verba habent) *ab omni teloneo & ungeldo liberum & exemptum erat.* Gryphiswaldenſium autem expenſæ ſummam $11914\frac{1}{2}$ marcarum puri argenti, h. e. ultra 123117. florenos Sundenſis monetæ efficiebant, quorum annua uſura, ſi pro ſingulis centenis nonniſi 4. quotannis pendendi fuiſſent, plus quam 4924. florenorum ſummam implebat. Contra annuæ contributiones,

§. VI.

Ultra vero 16. annos pax tanto impendio tamque diutino bello parata non duravit. De finibus enim Megapoliam inter atque Rugiæ Principatum ad Reckenitzam (c) ponendis primum contentio deinde & prope *Damgardum* cruenta WARTISLAO cum ALBERTO Mecklenburgico (d) pugna fuit. Stetit penes ultimum victoria. Pomerani

nes, quæ tunc Principibus ſub nomine precariarum der Bede ſ. Orbare / ut KLEMPZ. und der Fürſten-Steur / ut MICR. vocat exſolvebantur, valde leves & modicæ erant. Unde vel per ſe jam patere exiſtimem, quod remiſſione illarum Gryphiswaldenſium haud compenſari potuerint expenſæ & damna. Mea igitur opinione, quam tamen aliorum, ſi quod poterit eſſe, rectiori judicio ſubmitto, merita, damna atque ſumtus hujus civitatis ipſis illis, quæ ultra Ryccum poſſidet prædiis *Griſtovia*, *Reinberga*, *Hinrichshaga*, *Cowallo*, *Karndorpa*, *Wackeroa*, *Fretoa*, *Kalckvitza*, *Brocko*, *Kirchdorpa*, *Wilmshaga*, *Eldenoa* (Parochiæ Horſtenſis) *Jarmershaga*, *Steffenshaga*, *Petershaga*, *Jeſero*, *Jagero*, *Trempto*, tunc temporis reſarcita fuere. Hæc enim omnia in ſolo ſita ſunt Rugiano, quare veroſimillimum eſt, quod poſt exſtinctam familiam Principum Rugiæ indigenarum civitati demum ſint comparata. Neque enim Rugiæ Principes Pomeranicam civitatem illis dotaſſe, neque civitatem tantam copiam ditiſſimorum prædiorum parata pecunia ſibi conquiſiviſſe, probabilis conjectura eſt. Tanti igitur fuit, Patriæ Patriæque Patribus intemeratam exhibuiſſe fidem.

[c] Semper de limitibus circa Reckenitzam Mecklenburgici cum Principibus Rugiæ Ducibusque Pomeraniæ rixas foverunt, quæ vel hodie ſopitæ magis ſunt, quam ſublatæ. Primam forte contentionibus originem dedit, quod non Circipanorum tantum, ſed & Kiſſinorum Provincia, i. e. non tantum, quæ cis Reckenitzam, verum etiam quæ ultra eandem ad Warnaviam usque fluvium protendebantur, ad Remp. Rugianam pertinebant. Vid. p. 13. In Ribnitzenſium chartis annotatum eſſe accepi, quod an. 1286. dominium Reckenitzæ fluvii pro 70. marcis monetæ Roſtochienſis Principis etiam Rugiæ interveniente conſenſu ab Henrico & Hermanno fratribus Dechoviis venditum ſit. Dubitarem vero an & idoneis id monumentis evinci poſſit. Maxime cum in articulis, qui Mecklenburgicorum de limitibus querelas una cum probationibus continent & 1569. utrinque electis arbitris traditi ſunt ſ. in den Beweiß- und Beſchwerungs-Articuln der Hertzogen zu Mecklenb. wegen der ſtreitigen Land-Gräntzen bey Ribnitz und derſelben Oertern contra die Hertzogen zu Pomern ne minima quidem hujus venditionis mentio inveniatur, quamvis mea opinione non leve huic negotio ea momentum afferre potuiſſet.

[d] Variant Hiſtorici circa annum, quo prælium hoc contigit. Qvidam 1363, alii 1368. vel 1369. alii denique 1371. indicant. Vid. BUGENHAGENII Chr. Pom. Manuſcr. Ann. Bard. Manuſcr. ad an. 1369. HUITF. l. c. ad an. 1368. KLEMPZ. l. c.

merani, quorum conſilia (e) exploratorum negligentia hoſtibus præmature aperta fuerant, non tantum fugati, ſed ipſe (f) Wartislaus atque ex nobiliſſimis equitibus ejus non pauci capti ſunt ingenti demum pecuniæ (g) ſumma in libertatem vindicandi. Potuiſſet evitari hoc bellum niſi Bugislai VI. [frater is erat Wartislai VI] ferocia animi, qua adoleſcentia tunc ejus adhuc (h) laſciviebat, fortunæ maluiſſet, quam rationis arbitrio rem eſſe gerendam. Indigne igitur tulerunt juvenilem hunc impetum Patrui Bugislaus & Wartislaus uterque hoc nomine V, neve ulterius commuem cum illis ſortem ſubirent, æquali terrarum diviſione an. 1373. caverunt. Tunc Barnimi IV filii libera optione præter Ducatum Wolgaſtanum, ipſum, quem bello infeliciter geſto fortunæ caſibus ſubjecerant, Rugiæ Principatum ſibi ſumſere. Novaque partitione an. 1376. facta ille quidem Bogislao VI, hic, adjectis etiam, quæ in Dania pignoris loco Pomeranorum erant, ditionibus Wartislao (i) obvenit. Hac

 ratione

l. c. ad an. 1371. Qva moti incertitudine EICKSTEDIUS & MICRÆLIUS ſatishabuerunt generatim tradidiſſe, quod poſt mortem Barnimi IV funeſto huic bello implicati ſint filii ejus. Diem *b. Levini* fuiſſe Bugenhagenius notat. Forſan conciliationi locus eſt, ſi dicatur circa an. 1363. vivente adhuc Barnimo IV. ſimultatum factum fuiſſe initium, quæ deinceps poſt obitum ejus qui an. 1365. ſequebatur in apertum bellum eruperant, & denique ad fatalem illam pugnam deductæ ſunt. De Principibus qui prælio interfuerunt non minor ſcribentium eſt diverſitas. BUGENHAGENIUS l. c. ait, Wartislaum V. filium Wartislai IV. patruumque Wartislai & Bugislai VI. copiarum fuiſſe Ducem fratremque Bugislaum V. ſecum habuiſſe. Micrælius vero & Klempzen, Wartislao potius & Bugislao junioribus ſive ſextis has partes deferunt.

[e] VITZIO cuidam Nobili viro has vices demandatas, ſed Ribnitzæ illum detineri ſe paſſum atq; ſic interjecta mora Pomeranorum conſilia predita fuiſſe tradunt. Ita Ann. Bard. Manuſcr: Man ſagt geregter Vitze ſey umb Kundſchafft Willen abgefertiget/ wie er aber durch Geſellſchafft zu Ribnitz ſich aufhalten laſſen/ ſey dieſe Niederlage erfolget. Rigida neglectionem illam pœna eſt ſecuta atque ad rogum Vitzius damnatus, ad quem, qua animi indifferentia iverit, in Chronicis dicitur.

[f] CRANTZ. Vand. L. VIII. C. 42. & Chr. Slav. incerti ap. LINDENBROG. non unum Wartislaum ſed & Bogislaum captivos faciunt.

[g] Vel in hac numeranda diſcrepant Scriptores. MICRÆLIUS 1480 auri: Ann. Bardenſes 1430; EICKSTEDIUS Ep. Annal. 1230 argenti puri marcas ſcribunt penſas fuiſſe. [h] Vid. KLEMPZ. ad an. 1393. [i] De utraque hac diviſione vid. Scriptores modo citati & de adjectis in Dania ditionibus ſpeciatim KLEMPZEN. l. c. ad an. 1354, 64 & 71.

Digitized by Google

ratione Rugia, poſtquam ab exceſſu Witzlai IV ultra dimidium Seculum communi cum Pomerania imperio paruerat peculiaris principatus priſtinum habitum induit. Tunc & de firmanda pace cogitatum mutuoque connubio Wartislai VI cum ANNA filia Johannis Mecklenburgici, qui frater Alberti erat, hujusque filii Magni I. cum Wartislai ſorore Agnete collapſa hactenus utriusque gentis amicitia (k) reſarcita eſt. Duo præterea memoratu digniſſima in Principatu noſtro geſta ſunt, ex quo per pacificationem anni 1355. tranquillam illius poſſesſionem obtinuerant Pomerani. Primum quidem an. 1365. PUTBUZIORUN ampliſſimæ Provinciæ tertiam utique Rugiæ partem æquantes, quas libero illi hactenus plenoque ſuperioritatis jure poſſederant ſua ſponte à PRIBBERTO in feudum oblatæ arctiori vinculo cum reliquo Rugiæ Principatu (l) conjunctæ ſunt. Tum & in *Darza* Peninſula, qua Megapoliæ ea committitur, maritimum aliquod emporium an. (m) 1392. moliti ſunt Wartislaus & Bugislaus fratres magna procul dubio mox incrementa habiturum, niſi ſuo id damno exſtructum Roſtochienſes arbitrati ſeptimo, ex quo condi cæperat anno omnia funditus iterum (n) diruisſent. Cœterum Bugislao an. 1393. ſine maſcula prole vita (o) defuncto ad

[k] De mutuo iſto connubio vid. HUITF. l. c. coll. HÜBNERI Tab. Gen. 194. Qvin & de pluribus conjugiis Pomeranos inter atque Megapolitanos hac fere ætate initis vid. KLEMPZEN. ad an. 1393.

[l] Teſtantibus literis feudalibus idiomate vernaculo conſignatis. Singularis autem eminentiæ conditiones illæ inferunt: Qvarum in numero habeo, quod nulla etiam culpa ſua collatis beneficiis excidere poſſit domus PUTBUZIA: Och ſchall deſe verſchreſene Herr [Pribbert] edder ſine Erven/ weder uns/ oder unſe Erven/ dit verſchrevne nergent mede vorbrecken. [m] Ita KLEMPZEN. ad h. a. Sed in Ann. Bard. Manuſcr. invenio an. 1394, qui Bogislao emortualis fuit, factum id eſſe. EICKSTEDIUS quaſi in medio poſitus an. 1393. definit.

[n] Probe ab invicem diſcernenda ſunt portus, caſtrum atque urbs illa Darzenſis. Portus cum caſtro ibi jam ab antiquo fuerat teſtante MICRÆLIO pag. 411. cum quo conferantur quæ ſupra p. 29. ſeqv. jam diximus. Sed urbis fundamenta nunc demum ponebantur. Bis ea jam invaſerant Roſtochienſes, ſed viventibus adhuc Wartislao & Bugislao parum effecerant. Poſt mortem vero Principum an. 1399. teſte REIM. KOCHIO in Chr. Lub. tertium reverſi omnia ſolo æquarunt. Conf. CRANTZ. Vand. L. IX. C. 32.

[o] Alii 1394. obiiſſe ſcribunt. Sepultus eſt Eldenaviæ in templo monaſterii, quod, quam ſuperbum olim fuerit vel è ruderibus hodie intelligi poteſt

Digitized by Google

ad fratrem Wartiſlaum Wolgaſtanus etiam Ducatus devolutus iterumque non modo, quamdiu ille ſuperſtes (p) fuit, ſed & filiis Barnimo VI. & (q) Wartiſlao VIII, imo, qui ab utroque procreati erant, nepotibus Wartiſlao IX, Barnimo VII, Svantiboro IV & (r) Barnimo VIII regnantibus ad annum usque (s) 1425 principatui noſtro uniti imperii legibus per 32 fere (t) annos conjunctus permanſit; cujus ſane memoria vel eo celebranda videtur, quod an. 1417 Imperator Sigismundus Conſtantiæ pragmatica ſanctione omnes quæ præcedentibus temporibus in Principatu Rugiæ forte factæ eſſent, terrarum aut oppignorationes aut ab alienationes inanes atque caſſas fore (u) edixit.

§. VII.

Aſt anno, quem jam commemoravimus 1425. cum Principes patrueles Patrias inter ſe (w) partirentur provincias, ad peculiaris principatus conditionem Rugia noſtra reducebatur. Svantiborus enim IV. & Barnimus VIII. quibus illa tunc ceſſerat in patrimonium, matris Agnetis conſiliis (x) uſi fraternæ concordiæ ſingulari exemplo Rempublicam communi regimine adminiſtrabant. Ea tempeſtate fatale inter ERICUM Pomeranum Daniæ Regem & Holſatiæ Comites de Ducatu Slesvicenſi exarſerat (y) bellum, quod tanta utrinque ferocia gerebatur, ut jam in rabiem odia perveniſſe viderentur. Sundia noſtra cum aliis Balthicæ oræ maritimis civitatibus

 rebus

[p] Fuit autem ad annum usque 1394 perhibente MICR. p. 384. Alii tamen ad an. 1395 vitam protraxiſſe cum KLEMPZEN. ad h. a. aſſeverant

[q] Hinc utriusque nomine 1395 ipſo, quo Pater occubuit anno d. 25. Nov. Bardenſium privilegia confirmata invenio. Obiit vero Barnimus VI. 1405. & Wartislaus VIII. 1415.

[r] Priores duo Barnimi VI. poſterior vero biga Wartislai VIII. filii erant.

[s] Conſilio nempe matris Svantibori IV & Barnimi VIII. Agnetis prudentisſimæ è domo Saxo-Lauenburgica oriundæ fœminæ. MICR. p. 386.

[t] A morte Bugislai VI, quæ in an. 1393 vel 94 incidit, numerandos.

[u] Deprecante id fiebat Wartislao IX. qui ſuo Principumque Agnatorum nomine Conſtantiam profectus Imperatorem materno ipſis ſangvine conjunctum adiverat. Sanctionis vero iſtius inſtrumentum in archivis noſtris, quin imo privatorum manibus hodienum reperitur.

[w] MICR. l. c. p. 386. ſq. Ann. Bard. Manuſcr. ad an. 1431.

[x] MICR. l. c.

[y] HUITF. & HOJERUS ll. cc. ſub Erico Pomer. C. X.

Digitized by Google

rebus tunc Holſatorum ſtudebat eoque majorem quod in (z) propinquorum etiam Principum ditione eſſet Erici in ſe provocaverat iram. Hanc navium multarum claſſe (a) comparata an. 1429. cum forte in (b) longinqua Rex eſſet profectus Regina PHILIPPA imperii interim vices adminiſtrans (c) terribili impetu in urbem effundere adoriebatur, gratum ſperans abſenti conjugi (d) officium ſe præſtituram, ſi injurias ſæpe jam illatas vindicare potuiſſet. Jamque captis partim, partim & combuſtis Sundenſium in ipſo civitatis aditu navigiis, ſpei quam conceperat eventus utique reſpondiſſe videbatur, cum repente mutata aura reditu hoſtes (e) prohiberet, donec cives recepto animo paucis admodum, quæ flammas effugerant navibus dolore atque deſperatione incenſi eos aggrederentur ingentique clade profligatos demtis ſpoliis fuga præcipiti Daniam (f) repetere cogerent. Anno ſequenti Sundenſes atque Roſtochienſes relicto fœdere Holſatico cum Rege in gratiam (g) redierunt. Denique poſt ſexennium (h) communi pace reducta Principes inter Rugianos, cum & Agnes mater jam (i) obiiſſet, de dividendis terris ita convenit, ut ultra-marina cum florentiſſima Sundia in Svantibori IV poteſtate eſſent: cismarina reliqua Barnimus

[z] Svantiborus enim IV. & Barnimus VIII. qvarto conſangvinitatis gradu in linea inæquali Erico conjuncti erant. [a] HUITF. l. c. MICR p. 395. EICKST. Ep. Ann. ad h. a. CRANTZ. Dan. L. VIII. C. 15. [b] Viſum np. cognatum Imperatorem Sigismundum in Ungariam indeque expiatum peccata, quæ Seculi illius & per Daniam ſuperſtitio erat, in Palæſtinam profectus.

[c] Alii multa luce Danos adventaſſe primumque, ut vires ſuas in conſpectum darent civibusque majorem incuterent metum, urbem præter navigaſſe; alii vero intempeſta nocte appulſos nil metuentibus incolis navibus, quæ in navali & portu ſtabant, ignem injeciſſe. CRANTZ. ll. cc.

[d] MICR. l. c. inquit, Sie hätte es gethan ihren guten Willen ihrem Herrn zu beweiſen; CRANTZIUS vero Dan. l. c. cupidine gloriæ ſtimulatam 1400. viros perarmaſſe, ut aliquam forte operam ederent: ut & illa gloriaretur in difficilibus vel aliquid attuliſſe.

[e] CRANTZIUS Vand. l. c. in Penam fluvium rejectos; alii ad inſulam *Strelam* haud procul urbe detentos, illamque ex eo tempore in memoriam hujus ſtragis *Danorum Holmiam* der Dänen-Holm vel hodie uſitato vocabulo nominatam fuiſſe contendunt. EICST. Ep. Ann. ad h. a.

[f] Vid. Autores antea citati. [g] HUITF. l. c. MICR. p. 395. [h] HUITF. HOJER. CRANTZIUS ll. cc. [i] An. ſc. 1435. KLEMPZ. in Gen. Duc. Pom.

Digitized by Google

mus VIII (k) obtineret. Tunc igitur in duo ſeparata dominia, quod nunquam antea factum, Rugiæ diviſus eſt Principatus. Barnimi potiſſimum memoriam Hiſtoriæ finium Rugianorum commendat, quod *Cingſtæ* inſulæ (l) partem, quæ hactenus in bonis Cœnobii Hiddenſeenſis fuerat (m) redemptionis jure principatui cis-marino an. 1441. ille iterum conjunxit; quinimo celebriorem reddit notabile cum CATHARINA Wilhelmi Principis Henetorum ex ſorore illius Sophia ſuſcepta filia eodem anno innitum pactum, quod pro 20000 florenis Rhenanis, ſi liberis orbus ipſe diſceſſiſſet, provinciam *Bardenſem*, caſtra *Damgardum* & *Hatzeburgum* terramque *Cingſtam* lege pignoris in poteſtatem ejus transferebat, addita etiam in conjugem, ſi quem habitura eſſet, eandem extendendi, (n) licentia. Cœ-

 terum

[k] MICR. l. c. p. 387; magno autem conſilio Svantiboro etiam Sundia tradebatur, cum hæc civitas neque poterat commode neque volobat ab ultra-marina ſejungi Rugia.

[l] Limitibus qui in inſtrumento venditionis ſive permutationis iſtius deſcribuntur verbis: Dat Werder de Cyngſt ghenomet mit aller ſyner tobehöringe / alze dat lycht yn alle ſynen Enden unde Scheden / van der Schede der Zundeſchen Wyſch an achter deme Oſteren Wolde wente to der Prerowe mit Brunens-Werder. Non igitur tota illa inſula in Cœnobii ditione fuit, ſed ea tantum pars quæ hic deſcribitur. Sundenſe autem pratum de Zundeſche Wyſch eo tempore jam ultra ſesqui-Seculum ad civitatem Sundiam ſpectabat. Qvinimo tertia quædam pars vi donationis Witzlai III. de an. 1290. ad civitatem Bardenſem (quæ hodienum poſſeſſione illius gaudet) jam tum pertinebat. Unde & in ipſis his literis Abbatis Hiddenſeenſis hæc æque ac Sundenſis portio eximuntur verbis: Deſſen vorgeſcrevenen Cyngſt mit aller ſyner tobehorynghe / uthgenamen de Zundeſche Wyſch unde de Bardes Wyſch mit eren tobehoryngen ꝛc.

[m] Nempe pro 5000 marcis Sundenſibus non quidem in parata pecunia ſed bonis in inſula Rugia monaſterio commodius ſitis teſtante inſtrumento venditionis: Vor vyf duſent Marck Zundeſcher Munte / welcke 5000 M. de vorſcrevene Here unde Fürſte Hertoghe Barnym uns wol vornoghet hefft mit anderen Ghudern in deme Lande to Rugien unde uppe Jasmunde / de uns unde unſeme Godeſchutze bet belegen ſyn / wen de Cynxſt was ꝛc.

[n] Ann. Bardenſes Manuſcr. ita: Ann. 1441. am Tage Marci Evangel. hat Hochgedachter Barnimus das Land zu Barth mit der Vogdien / der gemeinen Mannſchafft / Stadt / Rath und Einwohner / das Schloß Damgarten / die Hetzeburg / und das Land zu dem Zingſte einem Fräulein Catharina genannt / Hertzog Wilhelms Fürſten zu Wenden Tochter / vor 20000. gute Rheiniſche Gulden verpfändet / dergeſtalt / wen̄ das

Fräu-

rerum disjuncta Principatus noſtri conditio morte Svantibori IV. anno 1446. deſiit partemque ultra-marinam una cum cis-marina ſua Barnimus VIII. ad annum usque 1451, quo & ipſe vitæ attigit terminum, eodem iterum imperio (o) complexus eſt, (p) ultimus omnium Principum, qui ſeparatim Rugiæ Principatum tenuere.

ÆTATIS SECUNDÆ.

Periodus II. ab ineunte regimine WARTISLAI IX. usque ad mortem BOGISLAI XIV. ultimi Pomeranorum Ducis indigenæ ſive ab an. 1451. usque ad an. 1637.

§. I.

Solus nunc Wartislaus IX. ex 4. patruelibus Barnimi VI. & Wartislai VIII. filiis (q) ſuperſtes erat. Igitur juſtæ hæreditatis modo integra reſpublica Rugiana ad illum delata unum denuo cum Wolgaſtano Ducatu dominium ſubiit. Sed funeſta ipſi novæ conjunctionis initia fuerunt. Habebat Sundia Ottonem Fugium Conſulem turbulenti ingenii Virum adeo quidem, ut non tantum domi ſumma imis (r) miſceret, ſed & Mecklenburgicos ob (s) dotem Catharinæ Henetæ, quam à Barnimo deſtinatam non omnem (t) Ulricum conjugem (u) accepiſſe cauſabantur, jam tum arma circumſpicientes in legitimum Dominum (w) ſollicitaret. Bardenſis tunc pro-

Fräulein künfftig ihre Jahre erreicht und berathen werden ſolte/ und er ohn Leibes-Erben verſtürbe/ daß ſie als von ſeiner Schweſter gebohren / denn drauf freyen / und die Landſchafft/ bis es wieder gelöſet/ ihr gehorſahm und unterthänig ſeyn ſollen.

[o] MICR. p. 387. EICKST. Ep. Ann. ad an. 1446. & de morte Barnimi ad an. 1441.

[p] Non igitur ad mortem usque Wartislai X ſive annum 1478. excurrit Periodus iſthæc uti quidem præter mentem meam in Epigraphe ejus p. 153. poſitum eſt. Qvare, ut pro Wartislao X. Barnimum VIII. pro anno autem 1478, annum 1451. ut accipiat B. L. rogo.

[q] Fratrem enim germanum Barnimum VII. qui Gutzkoviam domicilii locum habebat an. 1449, non, uti Tab. Gen. 198 HÜBNERI forte errore typographico refert 1446. amiſerat. [r] MICR. l. c. p. 423. ſeqv. [s] Conf. §. 7. præc. Per. [t] Erat is ultimus Stargardiæ Dominus 1471. fato defunctus.

[u] KLEMPZEN. ad an. 1451, MICR. p. 422. (w) Id. p. 424.

Digitized by Google

provincia iteratis irruptionibus (x) vexata eſt. Cumque (y) defuncto etiam Wartislao IX diutius extraheretur bellum, hinc (z) Mecklenburgicis, illinc ob Sedinenſis Ducatus opimam hæreditatem (a) Marchicis incumbentibus, egregia prorſus filiorum illius Erici II ac Wartislai X virtus enituit, donec mutuo connubio, frequentiſſimo controverſiarum illuſtrium remedio, cum Megapolia anno demum 1471. lis omnis (b) componeretur. Inter hæc Rugiæ quæ ſub Patre fuerat, cum Pomeraniæ Ducatu & ſub fratribus iſtis (c) arctiſſima conjunctio manſit præbuitque (d) Wolgaſtum Erico, ſed (e) Bardum Wartislao ſedem. Poſtea Bogislaus Magnus Rugiæ non minus ac totius Pomeraniæ ad annum usque 1523 (f) Monarcha fuit. Nec quicquam circa fines noſtros, quod memo-

(x) Id. ib. Pontibus ſtratis Reckenitzam ſuperabant. Si fides eſſet illis quæ pag. 192. not. (c) relata ſunt, an. 1286. ſtabili ponte Reckenitza jam fuit juncta. Traditur enim in chartis Ribnitzenſium, quod & pontem una cum Reckenitza Dechovii tum vendiderint. An. 1392. ponte ſuper illam jam patuiſſe iter Ann. Bard. teſtantur.

(y) An. 1457. (z) Dum interamnanam provinciam, quæ hinc Pena, illinc Tollenſa clauditur invadebant Treptoamque hoſtilibus flammis expugnabant mox tamen legitimis Dominis reddendam. MICR. p. 446.

(a) Ottone III. ultimo Sedinenſis lineæ Duce an. 1464. peſtifera lue ſine prole exſtincto. Id. p. 438. ſeqv. EICKST. Ep. An. ad eund. an. & ſeqv.

(b) Id. ib. an. 1471 MICR. p. 450, conf. KLEMPZEN. ad an. 1453.

(c) A KLEMPZEN. Gen. Duc. Pom. (d) MICR. p. 432. Wolgaſti quoque an. 1474. vivendi finem fecit. Id. p. 451.

(e) MICR. p. 453. Unde & Imperator Fridericus III. in literis quibus Sedinenſem Ducatum Alberto Marchioni Brandenburgico noſtris poſtpoſitis Ducibus conferebat, nonniſi Ducum Wolgaſti atque Bardi titulo illos inſigniebat. Vid. MICR. p. 449. Ad Wartislaum X. vero Principatum Rugiæ ſpeciatim & tractum Bardenſem ſpectaſſe vel inde argumentum ſumo, quod non uterque fratrum ſed ille ſolus Bardenſium privilegia confirmavit. Hinc & in bello contra Marchicos & Megapolitanos Rugiani, Sundenſes atque Bardenſes Wartislaum ſecuti ipſique militaſſe leguntur apud MICR. p. 447. *Bardi* 1475. ſecundas cum Magdalena Mecklenburgica nuptias celebravit. Ann. Bard. ad h. a. *Bardi* denique an. 1478. in profeſto Natalium Chriſti mortuus atque Neo-Campi in communi Principum Rugiæ Mauſoleo ſepultus eſt; (A KLEMPZ. Gen. Duc. Pom.) ſicuti Ericus frater illius 1474. Wolgaſti defunctus erat & Eldenaviæ ſepulchrum invenerat. Interdum Wartislaus X. & Grimmæ, quod itidem Principatus Rugiæ oppidum eſt, commorabatur. Vid. MICR. p. 430.

(f) EICKST. Ep. Ann. 1478. ſeqv. MICR. p. 452. ſeqv.

Digitized by Google

memoria dignum eſſet tunc contigiſſe accepi niſi quod (g) Dani an. 1511. navibus ſuis ad Jasmundam appulſi ſubita excenſione facta Stralſundenſium prædia ob præſtita Lubecenſibus auxilia fugatis antea, quas ipſis objecerant, copiis igne atque rapinis vaſtarunt Ducis & Nobilium bonis omnino parcentes. Cœteroquin Rugianum dominium conjunctione illa cum Pomeranicis terris peculiaris principatus rationem non (h) amiſit, verum iſto æque ac ſequiori Seculo ſubinde retinuit.

§. II.

Poſt (i) exceſſum Bugislai M. cum filii GEORGIUS I. & BARNIMUS XI. rerum potirentur (k) commune omnium terrarum imperium ac eadem, quæ ſub Patre obtinuerat, finium Rugianorum conditio ſtetit. Sed illo vita (l) exuto proximo mox anno 1532 pariter ac 1541 (m) diviſione provinciarum BARNIMUM inter & (n) PHILIPPUM I. facta Rugiæ Principatus una cum Pomerania cis-Svinana ultimo huic ſorte adjudicatus eſt. Utriusque ætatem famigerabilis illa (o) Chilonienſis pactio

(g) JOH. MEURSII Hiſt. Dan. Lib. II. p. 157. ſeqv. CHYTR. Sax. Lib. V. p. 194. EICKST. Ep. An. ad h. a. qui Danicos piratas ad Jasmundam appulſos pagosque Sundenſes igne vaſtaſſe ſcribit.

(h) Hujus rei inter alia argumentum præbet obligatio Bartoldi Baltzii an. 1478. ſuper 50. marc. reditibus Fraternitati minori quæ Grimmæ fuit exhibita verbis: Botughe ick olde Bertold Baltze/ wanafftig to Niltze - - dat ick ſchultig bin den erwerdighen Heren un̄ Preſteren tho Grim̄en in de lütke Broderſchop - veſſtig Sundeſche Marck guder witten Penninghe un̄ Schillinghe Munthe de de ghenge un̄ gheve ys in dem Lande un̄ in Steden des Vorſtendomes to Ruyen. Eadem prorſus reperio in aliis literis obligatoriis Marquardi Tribeſees de Wendiſch Baggendorp proviſoribus templi St. Gertrudis ante Grimmam an. 1586. datis.

(i) Qvi incidit in an. 1523. (k) MICR. p. 524. EICKST. Ep. Ann. ad an. 1525.

(l) An. 1531. Sedini, KLEMPZ. in Gen. Duc. Pom. (m) Die Simonis & Judæ ſive 28. Octobr. EICKST. l. c. & an. 1532, MICR. p. 528. conf. omnino ipſum diviſionis inſtrumentum. (n) Barnimi is ex Georgio fratre unicus nepos erat.

(o) Qvæ ipſa huc conferenda eſt. Error habetur apud RANG. in Pom. Dipl. ubi ad an. 1570. ea refertur. Qvod pertinet ad bona Roſchildenſia pleraque ea tempore converſionis Rugianorum adeoque circa an. 1168. vel ſaltem haud ita multo poſt Eccleſiæ illi Epiſcopali ob inſignem Abſolonis Epiſcopi in hoc negotio navatam operam acquiſita ſunt. De *Streyenſi* vero comitatu, qui itidem illis annumeratur, dubius ſum, an & ipſum æque antiqua poſſeſſione Eccleſia Roſchildenſis tenuerit 1) quia in Transactione hæreditaria inter Jaromarum II. & Boran.

pactio nobilitavit, qua lites de bonis Eccleſiæ Roſchildenſis in Rugia ſitis magna animorum contentione cum Daniæ Rege dudum jam agitatæ, ne tandem publicæ tranquillitati funeſtæ eſſent amica compoſitione an. 1543 ad liquidum perducebantur. Mare quoque, ubi à ſeptentrionibus invehebatur, oræ Bardenſi crebra aliquamdiu pericula admoverat & *Cingſtam* inſulam, quæ intumeſcentium undarum primum impetum ſuſtinet, vehementiori æſtu (p) carpſerat, adeo quidem, ut valido aggere Bardenſes ſecuritati urbis ſuæ (q)

Cc pro-

Borantonem an. 1249 *tota terra Streye* patrimonio ultimi hujus ejusdemque poſterorum, qui deinceps Putbuziorum aſſumſere nomen, adjicitur 2) idem Boranto, teſtante eadem transactione, inſignem terræ illius partem comiti Gutzkovienſi loco dotis oppignoravit 3) à Gutzkovienſibus in dominium Laurentii cujusdam Jonquii militis tranſiit, 4) ab hoc an. 1334 ad Putbuzios, in ſolutionem æris alieni, rediit 5) à Duce Pom. Wartislao an. 1365 inter alias terras Pripperto Putbuzio nominatim in feudum collatus eſt. Cum vero plura in Rugia loca exſtent, quæ *Streu* ſive *Streij* vocantur, aliusque mihi in *Circovienſi*, alius & in *Schaprodenſi* hujus nominis notus ſit, in medio nunc relinquam, an forte Putbuziana illa *terra Streye* à Roſchildenſi diverſa ſit. Cæterum de ultima hac HUITFELD. Chr. Dan. ſub Erico Pom. ſcribit, quod, cum 1438 ille in gratiam Ducum Pomeranorum ob neceſſitudinem quæ inter ipſos erat, juri omni in inſulam Rugiam renunciaſſet, Pomerani deinceps liberalius illud interpretati ipſum etiam comitatum Streyenſem ſibi vendicasſent, nullaque amplius Eccleſiæ Roſchildenſis jura in eundem admittere voluiſſent. Sed longe alio titulo, reformatione nimirum acquiſitam Jurisdictionem Pomerani urgebant. Ante enim abolitam in noſtris terris Romano-Catholicam religionem nihil unquam Principes noſtros hac ſuper re moviſſe lego. Conf. & Cl. HOJERUS in den Dän. Geſch. pag. 249. ubi bona Roſchildenſia titulo *Epiſcopatus Rugiani* inſignit, & *PHILIPPUM I.* ad inſtaurandam (rectius reſtaurandam) Gryphicam Academicam illis uti voluiſſe ſcribit.

[p] Ita quidem, ut antiquo limitaneo lapide inter pratum Sundenſe finitimamque Principis & civitatis Bardenſis ditionem fluctibus obruto novus an. 1559 ponendus eſſet. Vid. monumenta Sundenſ.

[q] Ann. Bard. an. 1540 iſt der Wall am Ziegelhofe vor die Fluth auffgeworffen/ und ſeyn dem Gräber 30 Fl. gegeben worden. Inter vehementisſimas maris inundationes forte fuit, quam BUGENHAGEN. Chr. Manuſcr. ſub calce ſeqq. commemorat. 1467 *poſt Octav. Agnetis invaluit tanta aquarum inundantia circa civitates quas vocant maritimas ex vehementi vento ſeptentrionali, ut nonſolum naves fractis pontibus ante civitates periclitarentur, verum etiam pagi multum diſtantes ruerent hominibus multis cum pecoribus ſubmerſis. Seniores ſe nunquam talia vidiſſe dicebant, at non duravit diluvium in alterum diem.*

Digitized by Google

proſpicere cogerentur. Atqui, cum ita obices fuerenti Oceano poſiti eſſent, haud ita multo poſt non ſine etiam violentia Ribnitzenſes terreſtres ad *Reckenitzam* limites turbant & ſuffocati in fluminis alveo cadaver, quod juſſu (r) DECHOVIORUM *Damgardi* humatum erat, ne in exemplum dominii res verteretur, armata manu repetunt. Interea & Damgardenſes ad arma vocantur. Eunt, profligatosque hoſpites haud invitatos cadaver certaminis argumentum in ipſa domum reditione (s) relinquere cogunt. Dum hæc inter ſubditos geruntur, Principum quoque Philippi I. & Ulrici Megapolitani Epiſcopi Sverinenſis de decimis ex cismarino Principatu noſtro Eccleſiæ ſuæ (t) antiquitus debitis mutuæ (u) ſimultates gliſcebant. Hinc longinqua jura urgebantur, illinc per religionis reformationem Principibus in ſuis ditionibus acquiſita Epiſcopalis poteſtas opponebatur. Donec Philippus (w) an. 1560 fato præventus poſteris litem hanc dirimendam relinqueret.

§. III.

Pari quoque nexu ſub Philippi I. filio ERNESTO LUDOVICO nepoteque PHILIPPO JULIO Cis-Svinanæ Pomeraniæ Rugia conglutinata fuit, niſi quod vi (x) pactionis hæreditariæ an. 1569 inter fratres 5 Philippi (y) filios (z) BUGISLAO XIII *Bardenſis* atque *Neo-*

Cam-

[r] Nobiles Pûtnitzæ Domini. [s] Sic omnis res narratur in ipſis Ribnitzenſium monumentis. [t] Ab ipſo fundationis tempore, i. e. ab an. 1170.

[u] Vid. Transactio inter Philippi I. filios & Ulricum an. 1588 hac ſuper re facta.

[w] D. 14 Febr. hora matutina 6. EICKST. in vita Philippi D. P.

[x] Erb Einigung aller Hertzogen zu Pommern / zu Wollin 1569 den 16 Maji aufgerichtet. Conf. Fürſtl. Pommerſcher Erb-Receſſ und Barnimi XI Ubergabe der Regierung des Stettinſchen Antheils an ſeine Vettern zu Jaſenitz den 25 Jul. 1569.

[y] Qvi ordine ætatis erant: Joh. Fridericus, Bugislaus XIII, Erneſtus Ludovicus, Barnimus XII, Caſimirus IX. Ex his Joh. Fridericus & Ern. Ludovicus, ille quidem in Sedinenſi ſive ulteriori; hic vero in Wolgaſtano ſive citeriori Pomerania & Rugiæ Principatu regimen obtinuerunt. Uterque fratrem appanagiatum (ut ita loquar) aluit: Joh Fridericus Barnimum XII. attributo ipſi Rugenwaldenſi tractu; Ern. Ludovicus vero Bugilaum XIII, traditis illi Bard. & Neo-Campenſi Præfecturis. Natu minimo Caſimiro Epiſcopatus Camminenſis ceſſit.

[z] Hic enim, cum major ætate eſſet, Erneſto Ludovico natu minori fratri reginimis honorem ſponte ſuâ detulerat in dem Erb-Receſſ zu Jaſenitz von 1569.

Digitized by Google

Campenſis (a) præfecturæ appanagii, ut dicunt, titulo (b) ceſſerunt. His igitur imperantibus varia de principatus noſtri finibus acta ſunt. Confinii potiſſimum Mecklenburgici multiplex (c) cura fuit. *Tribuſea* an. 1568 deliberationis initium factum, communicatisque cum Ordinibus Provincialibus conſiliis arbitrio judicis compromiſſo eligendi deciſionem litis permittere (d) decretum eſt. Proximo ſtatim anno, quod decretum erat, *Ribnitza* (e) expeditum. Tandem an. 1591 Rege Daniæ Friderico II. Duceque Brunſvicenſi Julio tranſigentibus controverſia omnis excuſſa atque (f) ſopita eſt. Eadem felicitate contentiones de Sverinenſi Eccleſiæ decimis, in quibus ſedandis inutilem operam Philippus (g) conſumſerat, poſt varia utriusque partis habita concilia *Ribnitza* an. 1588 ſolenni tranſactione finitæ & jura Epiſcopatus pro ſumma 10000 florenorum perpetuum (h) abolita ſunt. Reſervaverat ſibi eadem conventione

[a] Loca & Vaſalli quæ in ditione Bogislai fuerunt, indicantur in dem Erb-Receſſ zu Jaſenitz. [b] Qvo facto an. 1570 Bardi ſibi Bogislaus domicilium conſtituit.

[c] Adeo quidem, ut & in pactione diviſionis hæreditariæ Jaſenitzenſis de an. 1569 mutuum hoc in negotio auxilium ſibi promitterent Principes verbis: Was aber die Land-Gräntzen anlanget/ wollen wir H. Buglaff nebſt unſern Hn. Brüdere vertreten helffen. Subinde enim Mecklenburgici omni Reckenitzæ dominio atque uſu præſertim & piſcatione Pomeranos excluſos volebant; Unde an. 1561 Ribnitzenſes (ſicut ex ipſorum chartis percepi) Damgardenſium in fluvio hoc ſtatuta retia abſtulerant.

[d] Vid. ipſum Receſſum Provincialem Tribuſeanum, ut & Beweiß- und Beſchwerungs-Articul der Hertzogen zu Mecklenburg/ wegen der ſtreitigen Land-Gräntze bey Ribnitz ꝛc. contra die Hertzogen zu Pommern de an. 1569.

[e] Vid. Beweiß- und Beſchwerungs-Articul &c not. præc. citatos, & conf. Beſchwerung der Damgardiſchen wieder die zu Ribnitz und ihren eingelegten Articuln. Nondum tamen compoſitam tunc litem fuiſſe produnt literæ an. ſeqv. 1570 ad Principem Ern. Ludovicum & Prætorem Ribnitzenſem à Senatu Damgardenſi datæ, in quibus conqueritur ille, quod Ribnitzenſes, ubi per glaciem Reckenitzam ſuperare iter facientibus licet, non minus teloneum exigant, quam ſi per pontem eundum eſſet, quodve civi cuidam ſuo, qui ſolvere illud recuſaverat, eqvum etiam vi abduxiſſent.

[f] Malchini d 26 Febr d. a. vid. ipſam Tranſactionem & conf. MICR. p. 599 & 634. [g] Vid. §. præc. [h] Vid. ipſum Tranſactionis Inſtrum. ſive Vergleich zwiſchen Pommern und Mecklenburg/ wegen des Schweriniſchen Stiffts Zehenden / ꝛc. in einigen Pommerſchen Gütern. Dat. Bützow den 21 Sept. 1588.

Scilicet,

Ulricus (i) *Eixenſia* bona, quæ prope *Tribuſeam* jacent, tanquam Eccleſiæ ſuæ peculium; Subſequenti tamen 1589 anno pro 20000 florenis hæc quoque Bugislao XIII affini (k) tradidit. Ita quidem ſub fratribus iſtis Principibus lætam fines Rugiani faciem induerunt. Sed unum *Damgardum* limitaneum oppidum triſtius fatum ſubivit fortuitoque incendio an. 1571 tantum non univerſum (l) conſumtum eſt. *Bardenſi* Oræ maris pericula frequentius imminebant, ita ut ad avertenda illa in hæreditaria transactione, quæ *Jaſenitzæ* an. 1569 erigebatur mutuam ſibi Principes Wolgaſtani operam (m) pollicerentur. Poſt fata Erneſti Ludovici (an. 1592) cum rerum ſumma ad filium PHILIPPUM JULIUM delata eſſet, eadem rerum conditio in finibus noſtris duravit. Præprimis, qua ſpectant ad occidentem, Mecklenburgici nunc intentiori cura vigilabant, ne quid contra atque conventum nuper erat, à Pomeranis (n) committeretur. Sed majorem his, curamne verius dicam an terrorem? exæſtuantis maris ſævitia injecit, quæ *Cingſtam* inſulam ruptis in littore (o) ſabuloſis

Scilicet, *Ribnitzæ* inter utriusque partis Legatos de compoſitionis ratione & conditionibus conventum; *Butzoviæ* autem conventionis ſolennes literæ conſignatæ ſunt.

[i] Villas nimirum *Eixen* (quæ parochialis eſt) *Woſen*, *Bisdorp* & *Spickersdorp*, quas à Nobilibus Urſis (von der Familie der Bähren) Epiſcopatui Sverinenſi olim oppignoratas eſſe, accepi. De ipſa tamen villa *Eixen* dubito, annon illa antiquiori jure ad Epiſcopatum pertinuerit, ex quo apud HEDERICUM in vita Wilhelmi Epiſc. Sver. & ex illo ap. KOEPKENIUM in memoria Loſtii itidem Sver. Epiſcopi p. 36 inveni, quod Jaromarus II. Rugiæ Princeps donatione illius eum jam auxerit. Aveo tamen videre donationis iſtius literas.

[k] MICR. p. 634. [l] Id. L. IV. p. 618 ſub voc: Damgarten.

[m] Verbis: Als auch durch die Flott in dem Ambte Barth jezuweilen mercklicher Schade verurſachet wird/ ſo wollen wir H. Bugiſlaff mit unſern Unterthanen demſelben/ ſo viel möglich/ zeitlich wehren und fürkommen. Da aber dieſelbe überhand nehme/ daß wir derſelben mit unſern Unterthanen allein nicht wehren könten/ ſollen und wollen wir H. (Ernſt) Ludwig unſern freundl. lieben Herrn Brudern mit den Unſern hülfflich ſeyn/ und dieſem/ als einen gemeinen Land-Schaden/ fürkomen helffen.

[n] Unde Carolum Megapol. Ducem an. 1606 Dechoviis, qui Pütnitzæ habitant, ne retibus ſuis aliisque capturæ piſcium inſervientibus machinis Reckenitzam obſtruerent, interdixiſſe, è monumentis Ribnitzenſium compertum habeo.

[o] Die Dünen Germanice dictis. Facta autem eſt hæc ruptura maxime an. 1596, de

Digitized by Google

ſabuloſis monticulis latiori ruina afflixerat, quare Sundenſes cum Principibus ad nova Oceano repagula (p) objicienda auxiliatrices nunc manus junxerunt. Tunc quoque Ducibus Sedinenſibus Joh. Friderico & Barnimo ſubito fato abreptis cum Bogislaus XIII ulterioris Pomeraniæ regimen ſuſcepiſſet *Bardenſis* atque *Neo-Campenſis* tractus cum reliquo Rugiæ Principatu & Pomeraniæ Cis-Svinanæ Ducatu ad unum PHILIPPI JULII imperium (q) rediit.

§. IV.

Optimo Principe Philippo Julio an. 1625 absque prole demortuo Pomeraniæ Rugiæque monarchia ad unicum, qui ex univerſa Ducali familia ſupererat, BUGISLAUM XIV. (r) devoluta eſt. Provincia tamen Bardenſis defuncti Principis viduæ AGNETI vi pactorum dotalium (s) ceſſit. Tunc miſera prorſus atque horrenda fata Rem-

Cc 3 publi-

de qua Ann. Bard. Manuſcr. ita tradunt: An. 1596 am Donnerſtage den 23 Jan. iſt in der Nacht eine groſſe Waſſer-Fluß aus dem Norden entſtanden / und hie zu Barth / wie auch hin und wieder an der See-Kannte belegenen Städten an Schiffen und Brücken groſſen Schaden gethan. Dieſer Fluß hat auch den Wall am Ziegel-Hofe (vid. §. præc. not. [q]) zerriſſen / und hat das Waſſer nicht allein die Scheuren vorm Dam-Thore / ſondern auch die / ſo an der Sued und St. Jürgens-Wieſe belegen / erfüllet / alſo / daß das Waſſer faſt einen halben Mann hoch in den Scheuren geſtanden / und viel Korn und Futter verdorben. Dieſe Fluth hat die Dünen am groſſen Strande dermaßen zerriſſen / daß ſie ſich bis in heutigen Tag nicht haben wieder ſetzen können. Hinc alios denuo limitaneos lapides, priſtinis aquarum eluvione dirutis, ponere in Cingſta inſula Sundenſes atque Bardenſes neceſſe habebant. Vid. monumenta Sund.

(p) Hac de re ſequens amici ex monumentis Sundenſibus relatio ad me pervenit: An. 1607 haben die Fürſtl. Beambten zu Barth mit E. E. Rath von Stralſund ſich dahin verglichen an dem Ort der Gräntzen vor längſt des Strandes / da das Waſſer die Sand-Dünen weggewaſchen / doppelte Zäune zu machen / den hinterſten höher als vorderſten / und Sträuche darzwiſchen zu legen / damit das Sand ſich darin ſetzen könte / und ſolches von Jahren zu Jahren zu continuiren.

(q) Poſtulabat Bogislaus 167000 florenos, quos emendandis aut contra vim aquarum muniendis terris iſtis conſumſerat, à Philippo Julio ſibi reddi. Quæ tamen ſumma amica conventione ad 120000 florenos redacta eſt fide Ann. Bardenſium, quamvis MICRÆLIUS L. IV. p. 632 nonniſi de 110000 loquatur.

(r) MICR. L. IV. p. 163 ſqq. Ann. Bard. Manuſcr. ad h. a.

(s) Ann. Bard. ad h. a. An 1625 den 19 Maji nachdem Ihr F. Gn. (Philippus Julius) nach GOttes Willen Todes verfallen / iſt die Anweiſung des Leibgedings geſchehen / und

publicam noſtram concuſſerunt. Præludebat funeſtæ ſcenæ inhorreſcentis Oceani terribilis furor, qui (t) quatriduo poſt Philippi Julii obitum non ſine (u) ingenti damno tantam in maritimas oras Principatus Rugiani undarum molem invehebat, quantam poſt hominum memoriam nemo invectam viderat. Inſequebatur ipſa tricennalis belli tragœdia atque per Bohemiam, Palatinatum, Saxoniamque inferiorem tot jam editis triſtibus ſpectaculis (w) nunc quoque Rugiam & Pomeraniam novum ſibi theatrum cupiebat. Non fefellit Bugislaum, immanes Cæſaris copias relicta vicina Megapolia, quam novo Domino (x) Wallenſteinio ſervare ſtudebant, mox Principatus ſuos petituras. Itaque habito Wolgaſti Statuum Provincialium concilio ad militiam incolæ (y) exciti & aditus omnes, quibus

und iſt J. F. G. (Fr. Agnes) den 18 Junii mit Ihren Comitat auf daſſelbige gezogen/ und von E. E. Raht ein ſchön Pocal, zur Anzeige unterthäniger Affection, præſentiret worden. [t] Die nempe 10 Febr. cum Philippus Julius 6 ejusdem menſis in ipſa meridie horam inter 11 & 12 occubuiſſet.

(u) Qvam terribilis hæc eluvio in ora Bardenſi fuerit, quantaque ibidem damna dederit, prolixius deſcribitur in Ann. Bard. Manuſcr. ad h. a. Mentio quoque illius fit in Matricula Eccleſiæ Bardenſis, teſte b. Præp. SCHRAMMIO in Annalibus Bard. Eccleſiaſticis Manuſcr. ad h. a. Præivit hanc ipſam an. 1619 alia inundatio quæ non minorem invexit calamitatem innumeramque equorum & armenti copiam perdidit, ſecundum Ann Bard. ad h. a. Hujus igitur Bugislaus miſeriæ memor in comitiis Wolgaſtanis an. 1626 de coercendo maris impetu conſilia communicavit, certisque tunc perſonis mandatum, ut loca, quæ fluctibus maxime patebant, ipſimet luſtrarent, quibusve remediis periculo huic obviam iri poſſet, in commune conſulerent. MICR. L. IV. p. 169. Mirus in *Cingſta* diluvii hujus effectus fuit. Antiqvum enim alveum, qui occidentalem terræ iſtius partem à reliqua inſula ſeparabat congeſtis ex maris fundo arenis oppilavit, aliumque ruptis *Dünis* ſive ſabuloſis monticulis, qui in littore iterum conſederant, à partibus ſeptentrionalibus aperuit, tenui tantum, qua Salum Bardenſe ſpectat, terrarum diſcrimine relicto. Vid. ſupra p. 31.

(w) Theatr. Europ. Tom. I.

(x) Huic enim ab Imperatore deſtinata erat, legitimis Dominis, quod rebus Danorum favebant, proſcriptis. Vid. BRACHELII Hiſt. noſtri temporis ad an. 1628 p. 133. & Th. Eur. T. I. ad h. a. Equidem Proſcriptio illa an. 1628 d. 9 Junii demum fiebat. Sed dubium non eſt, quin jam diu ante hac de re in aula Cæſarea conſilia agitata atque cum Wallenſteinio communicata fuerint, ut ſpe tam opimi præmii ad omnia conandum eo vehementius ille ſtimularetur. (y) MICR. L. IV. p. 169. Ann. Bard. Manuſcr. ad. an. 1626.

Digitized by Google

quibus è Megapolia venientibus Rugiæ atque Pomeraniæ ditiones patent, præſidio occupare juſſi ſunt. Sed tantæ multitudini reprimendæ tantillæ ſufficientes non erant vires. Igitur à præſenti neceſſitate petito conſilio (z) admitti debebant, qui arceri non poterant. Per aditus qui ad *Tribuſeam* & *Damgardum* aperiuntur, intrarunt provincias noſtras ingrati hoſpites. Sed non ſteterunt (a) promiſſis, quibus ſibi ingreſſum paraverant, ſex ſeptimanis ad quas ſtipulati hyberna erant, per integros tres annos, & quod excurrit, protractis. Primum tamen Sundenſium (b) invictus animus, deinde (c) Danorum inopinata invaſio; denique & Magni (d) Gustavi Adolphi Heroica virtus tranquilla hæc ipſis otia eſſe non ſinebant. Varia tunc belli diſcrimina finium noſtrorum memoriam nobilitarunt.

(z) Agebatur inter Bugislaum & Cæſareos belli Duces de intromittendis eorum copiis *Frantzburgi*, quo Wolgaſto Dux noſter ſvadentibus nonnullis, diſſvadentibus aliis ſe contulerat. MICR L. V. p. 180. Neceſſitate urgente id factum oſtendit HENCKELIUS de bello Guſtavi Adolphi p. 100. Qvin imo in ſcripto Germanico ac Latino von dreyjährigen Pommerſchen Drangſahl juſſu ipſius Bogislsi an. 1630 edito *abſonum figmentum* dicitur, quod nonnulli præter neceſſitatem admiſſos eſſe Cæſareos, blateraſſent.

[a] Qvibus conditionibus admiſſi ſint vid. apud MICR. l. c. Imperatoris autem quæ forte ſubfuerit intentio PUFFEND. de reb. Svec. L. I. §. 53.

[b] Qvo minis omnibus ſusque deque habitis præſidium Cæſareum, imo & Cæſareo-Pomeranum intromittere recuſabant. MICR. l. c. p. 184 ſqq. Th. Europ. ad an. 1628. [c] Qvi an. 1628 cum Rugiam fruſtra tentaſſent *Usdomum* atque *Wolgaſtum* haud contemnenda manu invadebant, non modo ut Cæſareos, quibuscum nondum pax ipſis reconciliata erat, perſequerentur, ſed ut de Bugislao quoque vindictam ſumerent, quem contra Sundiam fœderatam ſuam præbitis tormentis auxilia ipſis ſuppeditaſſe cauſabantur. Vid. Th. Europ. ad h. a. p. 1089 ſq.

[d] An. 1630 d. 24 Jun. in Ora Pomeranica ad villam *Spandoerhagam* Wuſterhuſanæ Provinciæ primam exſcenſionem fecit. Th. Europ. ad h. a. T. II. pag 626. Primæ autem receptionis Svedorum gloria Principatui noſtro Rugiano debetur: Cujus metropoli Sundiæ an. 1628 primæ nationis Svedicæ copiæ, quæ unquam forte in Germania militaverunt, auxilio mittebantur MICR. L. V. pag. 205. Th. Europ. T I. pag. 1066 coll pag. 1100. BRACH. l. c. pag. 134. Inde egreſſi an. 1630 primam omnium in Germania ſibi partam provinciam habuerunt inſularem Rugiam noſtram. Th. Europ. T. II p. 184. MICR. l. c. ad h. a.

runt. *Bardum* Dani navibus advecti an. 1628 ex improviſo (e) occupavere: (f) *Rugiam inſularem* atque (g) *Damgardum* biennio interjecto cruentis certaminibus alteroque mox anno (h) *oppidum* & *caſtrum Lutitiorum* Svedi Cæſareis eripuerunt. Tum & (i) *Tribuſeam* in poteſtatem eorum tranſiiſſe conſtat. Nova etiam locis ab utraque belligerantium parte (k) munimenta adjecta ſunt, prout cuilibet poſſeſſori præſens id ſecuritatis ratio expoſcere viſa eſt. Hanc belli fortuna faciem tunc finibus noſtris induxit. Sed *Tractum Bardenſem* Franciſcus Carolus Dux Saxo-Lauenburgicus ob debitum 10000 florenorum ab Agnete Philippi Julii vidua, quæ ſecundis votis illi nupta fuerat, in ſe translatum jure pacti ac pignoris obtinere annitebatur. Jamque durioribus etiam literis rem agebat & majora quam pro negotii momento moliri videbatur, cum Bogislaus debita ipſi pecunia an. 1636 ſoluta, machinationum, quæ forte ſuberant, omnes ſimul nervos (l) incidit, atque ita, ne quid Principatus Rugianus detrimenti pateretur, prudenti conſilio cavit. Majoris ponderis fuerunt Daniæ Regis molimina, qui ſollicitationibus Cæſareorum, ut arma in Svecos caperet, hactenus damnatis, nunc aures præbere cœperat, ex quo dominium maris Balthici & Oceani authoritate Imperii Romano-Germanici adminiſtrandum curaque adſitorum portuum, inſuper vero & *Rugia inſularis* in feudum ipſi (m) conceſſa erant. Attamen has quoque nubes una ad *Witſtocum* pugna diſſi-

[e] An. 1628, eadem expeditione qua Wolgaſtum occupabant. Ita invenio apud MICR. L. V. p. 208 coll. p. 244. & HOJER. Dän. Geſch. p. 326.

[f] Vid. PUFFEND. de reb. Svec. ſub Guſt. Ad. L. II. §. 22.

[g] MICR. ad h. a. Th. Eur. T. II. p. 238 ſq. conf. omnino BRACH. l. c. ad h. a. p. 173 ſq. & PUFFEND. §. 33.

[h] Ipſo Rege Duce Lutitium expugnabatur præfecto Cæſareo capto MICR. l. c. p. 280. Th. Eur. T. II. p. 332. PUFFEND. l. c. L. III. §. 4.

[i] MICR. l. c. p. 281. [k] Qvorum paſſim, præſertim & Tribuſeæ ſtupenda hodienum rudera exſtant, MICR. L. VI. p. 616. De Svedis Th. Europ. T. IV. pag. 888 legitur, quod an. 1642 cunctas per Pomeraniam urbes muniverint. Tunc igitur & Tribuſeæ profundiſſimas illas foſſas altiſſimaque valla adjecta puto. [l] MICR. l. c. p. 281. [m] PUFFEND. l. c. L. VIII. §. 60. Equidem D. HOJERUS in den Dännemarckiſchen Geſch. p. 336 Regem Daniæ conſilia ea iniiſſe negat eoque nomine ad ipſum PUFFEND. l. c. L. X. §. 80 provocat, ſed ille ambiguæ ſententiæ locus eſt.

Digitized by Google

diſſipavit. Proximo abhinc (n) anno difficillimi Imperii moleſtiis tandem ſuperatis magnoque apud omnes bonos deſiderio ſui relicto ultimus Pomeraniæ indigenarum Ducum, terrenam hanc cum cœleſti civitate commutavit.

Ætatis Tertiæ.

Periodus una, à morte Bogislai XIV ultimi è gente Pomeranica Rugiæ Principis ſ. ab an. 1637 ſub glorioſiſſimo Svedorum Imperio hodienum labens.

§. I.

In media belli tempeſtate *Rugiam* æque ac *Pomeraniam* Bogislaus reliquerat. Svedos enim, quorum virtute hucdum ea defenſa erat per (o) prælium *Nördlingenſe* non leviter fractos Cæſareani vehementer urgebant, & ne quidem in iſto terrarum extremo (p) angulo tutos ſinebant eſſe. In noſtro tamen principatu præter minora loca nihil obtinuere. *Tribuſea* (q) proditione, *Lutitium* (r) deditionis pacto, *Damgardum* præſidiarii militis (s) errore in poteſtatem eorum pervenit. Cœtera, quæ formidabili *Sundiæ* propius adjacent,

D d una

[n] 1637 die Veneris 10 Martii horam inter 9 & 10 nocturnam, poſtquam ſeptennium ante apoplexia jam tactus erat. Idem hic Ferdinando II. Imperatori menſe præcedenti Febr. emortualis fuit.

[o] An. 1634 d. 26 & 27 Aug. conſilio potiſſimum Ducis Bernhardi Vinarienſis ad liberandam Nordlingam Cæſareorum obſidione commiſſum. Vid. BRACHEL. l. c. ad h. a p. 248 ſeqv. conf. Th. Eur. T. III. p. 336 ſqq.

[p] BRACH. l, c. ad an. 1637 p. 272 ſeqv. Hoc enim anno in Pomeraniam usque & Rugiam Cis-marinam victorias ſuas perſequebantur hoſtes.

[q] Ruſtici cujusdam vid MICR l. c. L. VI. p. 516. Th. Eur. T. III. p. 874 ſeq. coll. p. 883. [r] Captumque Cæſareo militum ſummo præfecto à *Breda* Prætorii caſtrenſis locum præbuit. Th. Eur. l. c. p 884. [s] Calonum atque Stabulariorum turba, quæ pabulatum exiverat, pro turma equitum ſe geſſit, miſſoque tympanotriba, quem forte ſecum habebat per ludum caſtri præſidium ad deditionem invitavit, promiſſoque libero abitu decepit. Th. Eur. T. III. p. 875.

Digitized by Google

una cum (t) Ultra-marinis provinciis aut (u) intacta manſerunt aut prædando tantum vexata ſunt. Sed neque illa domicilium ipſis diu præbuerunt. Ut enim nunquam horum hoſpitum Rugiana terra patiens fuit; ita nunc (w) famis partim & penuriæ metu, partim vero armis Svedorum, quorum mox novis ſupplementis reparatæ vires erant, (x) altero ex quo venerant anno reprimebantur. Ex eo tempore ad finem belli non (y) redierunt, nec ulli hoſtes fines noſtros turbare amplius auſi ſunt. Tandem protectoribus Svedis præmium protectionis ipſa Rugia ceſſit. Et fato quaſi factum videtur, ut, quæ Germanicæ libertatis ſtrenuos vindices (z) prima receperat, prima etiam compenſationi illorum deſtinaretur. Non enim Oſnabrugæ demum an. 1648 de Rugia Svedis tradenda conſultum eſt, ſed an. 1639 & 40 inter pacis propoſitiones jam fuit Sundiam ac inſularem Rugiam, ea lege pignori ipſis dandam, ut, niſi intra decennium 25 myriadibus thalerorum redimeretur jure feudi Imperialis Regina Sveciæ & maſculi illius hæredes (a) haberent. Sed hæc minora erant, quam ut tanto (b) Svedici ſangvinis impendio æquiparari poſſent. Abbas etiam Corbejenſis à (c) Lothario I. Imperatore

[t] Equidem ad illas expugnandas omnia paraverant contractis circa *Grimmam Bardumque* copiis annni 1638 menſe Jan. per pontem glacie ſtratum expeditionem iſtam facturi. Sed Vrangelius Inſularum præfectus rupta circumcirca glacie copiisque ſuis ad ipſum veteris Trajectus aditum commodisſime collocatis ab auſu hoc deterrebat, ancipitique conſilio hærentes transmiſſo ſuorum agmine ad villam *Breſevitz*, quæ prope Bardum eſt, nocturno impetu etiam occupabat. BRACHEL. l. c. p. 277. Th. Eur. T. III. p. 907.

[u] *Bardum* tamen & *Grimmam* brevi etiam poſſesſione tenuerunt. Th. Eur. l. c. p. 907. [w] BRACH. l. c. p. 278. Unde Pomerania ac Rugia diverſarum nationum cœmiterium tunc communiter dictum fuiſſe accepimus.

[x] Anno 1638 ineunte. [y] In Pomeraniam trans Oderanam an. 1643 novam Cæſareanos ſub *Cracovio* Duce irruptionem feciſſe lego. In principatum autem noſtrum & citeriorem Pomeraniam non penetraverunt. BRACH. p. 312, Th. Eur. T. V. p. 159. [z] Vid. §. ult. ær. præc. not. (d).

[a] Th. Eur. T. IV. p. 248. ut & den unverfänglichen Auſſatz in puncto recompenſæ &c. ib. p. 442. [b] Nam & glorioſisſimi GUSTAVI ADOLPHI pro ſalute Germaniæ in prælio Lutzenſi ſangvis inæſtimabilis fuſus erat.

[c] Vid. Chr. Corbej. apud MEIB. T. I. R. G. p. 755 & Autor Ann. Paderborn. L. II. p. 127 qui & diploma donationis ex Scrinio Corbejenſi exhibet; Videre tamen hoc

Digitized by Google

ratore cœnobio ſuo olim factæ donationis dudum jam antiquata jura (d) reſuſcitare eoq; nomine Rugiam inſulam affectare non dubitavit. Sed brevi hæc quidem poſtulata in auras abierunt. Neque directrix rerum humanarum provida Numinis cura Rugiæ Principatum, quem primus ex Pomeranica gente Princeps Wartislaus perpetuo (e) indiviſum ſanciverat, mox poſt interitum ejus diviſum volebat. Igitur Pacificatio Osnabrugenſis Univerſam non tantum *Rugiam* ſed & *Cis-Oderanam Pomeraniam* pluraque ipſis adjecta ſalvo clientelari cum Imperio Romano-Germanico nexu Coronæ Svedicæ inviolabili lege (f) adjudicavit. Qvadriennio poſt (g) Corfitzio Ulefeldio Danicorum Optimatum Principi Viro, ſed ob ſuſpicionem,

 quam

hoc quoque eſt in Cl. SCHOTTGENII P. II. des A. und N. Pommerl. p. 270. Cauſa donationis fuit votum à Lothario ſuſceptum. Hujus pater Ludovicus Pius Rugianos prælio vicerat, victosque tributi annui partem Cœnobio Corbejenſi, quod S. Vito ſacrum eſt, pendere juſſerat. Poſt fata Ludovici jugum quatientes Rugianos Lotharius filius domare longinqua, ſed vana opera aggreſſus tandem S. Vito in partes vocato victoria parta omnia ſacravit. Itaque in ipſa Sancti hujus vigilia Geſtimulo Rugianorum Principe acerrima pugna debellato donatione inſulæ votum ſuſceptum ſolvit. De fide Diplomatis P. WUJA (qui eſt J. V. WINTHERUS) in Hiſt. Ep. Camin. C. 11. pag. 508 præter rem dubitaſſe videtur ſola hac ratione niſus quod HELMOLDUS in Chr. Slav. non Lothario I. ſed Ludovico II hujus filio donationem illam adſcribit. Qvæ non ſufficiens videtur cauſa cum Helmoldi autoritas præſertim in rebus ab ætate ejus remotioribus fidei Diplomatis utique non ſuſpecti ſed genio potius ejus Seculi & Analogiæ Hiſtoriæ exacte congruentis merito poſtponatur. Fide dignorum virorum pro certo habetur an. 1326 autographum in archivo Corbejenſi adhuc integrum exſtitiſſe & hodienum etſi mutilum vetuſtateque exeſum ibidem exſtare.

[d] Apud Seren. Electorem Brandenburgicum hæc jura jactata tunc eſſe teſtatur PUFFEND. de reb. Brandenb.

[e] Vid. ſupra p. 156.

[f] 1648 Inſtr. Pac. Osnabr. Art. X. & PFANNER. Hiſt. Pac. Weſtph. Ubi Rugiæ noſtræ peculiaris hæc ratio habita, ut, cum Pomeraniæ titulus atque inſignia Coronæ Svedicæ & Ser. Brandenburgicæ Familiæ in communem uſum addicantur; Rugiæ è contrario axiomata illi ſoli reſerventur.

[g] In quo Viro ex ſummo honoris atque felicitatis faſtigio in ultimam tandem miſeriam dejecto fortuna, quid ludibriis ſuis efficere valeat, experta videtur. Delicta & fata illius in conſpectum dedit Cl. HOJERUS in den Dännem. Geſchichten p. 468. ſeqv.

Digitized by Google

quam contraxerat in Sveciam profugo pro ingenti pecuniæ ſumma ditio Bardenſis oppignorata (h) fertur.

§. II.

Annus Seculi ſuperioris agebatur 54 cum CHRISTINA, inſolito inter Sceptra gerentes exemplo in proſperrimo rerum ſuarum curſu regni habenas æque feliciter tractandas Amitino CAROLO GUSTAVO mirandæ virtutis Heroi [i] committeret: Cujus breve tantummodo, ſed præclarorum facinorum innumera copia [k] memorabile noſtriſque etiam finibus haud quaquam ignobile regimen fuit. Grave hunc inter atque Daniæ Regem [l] exarſerat bellum & Danus cum belli cauſas atque colores cogitaret, in Rugia etiam querelarum materiam invenerat, cauſatus [m] bona Roſchildenſia inde à pace Brömſebroenſi contra jus fasque tributis [n] onerata fuiſſe. Cæſar Brandenburgicus atque Polonus Danorum tunc rebus ſtudebant Svedorumque in tergis hæſuri Holſatiam, qua illi ad interiora Daniæ penetraverant cum exercitu omni [o] intrabant. Sed [p] caſſus hic labor fuit Svedis victoribus pedem ſubinde promoventibus. Jamque Haſnia obſidione [q] cincta ultima etiam fata Danico regno admovere fortuna videbatur, cum ſubito mutato conſilio Rugiam atque Pomeraniam [r] invadentes vel ita funeſtam ruinam illius avertere hoſtes conati ſunt. Munimentum, quod ad *Tribuſeæ* aditum objectum erat primum tunc [s] impetum expertum eſt, nec vim oppugnantium 30 præſidiarii milites diu ſuſtinuerunt. Inde *Lutitium* deditione in hoſtium poteſtatem [t] venit. Tum qui *Damgardum* cuſtodiebant Svedi, ne ab hoſtibus undique jam confluentibus circumvenirentur relictis tormentis Stralſundiam

[h] Prædem dictorum habeo Cl. HOJERUM l. c. p. 472, quem ipſe habuerit, non indicavit.
[i] PUFFEND. de R. S. ſub CHRISTINA geſtis ad h. a.
[k] Id. de rebus à CAROLO GUSTAVO geſtis.
[l] An. 1657 poſt triennium quam ſcreptrum CAROLUS GUSTAVUS ſumſerat.
[m] Vid. ſupra p. 200 ſq. (n) Th. Eur. T. VIII. p. 185. conf. tamen & Svedorum ad hanc querelam exceptionem ib. p. 240.
(o) An. 1658. PUFF. l. c. L. V. §. 105 & de R. G. FRID. WILH. L. VII. §. 69.
(p) Id. ib. [q] An. 1658. PUFF. de R. G. C. G. L. V. §. 96. BERING. Obſidio Hafnienſis. (r) An. 1659. vid. PUFF. de R. G. C. G. L. VI. §. 67. Th. Eur. T. VIII. p. 1063. (s) Vid. ll. cc. (t) Vid. ll. cc.

Digitized by Google

am [u] ſe receperunt; Hæc enim eo bello invicta civitas manſit æque ac *Rugia inſularis*, quam contra navibus deſtituti moliri nil poterant hoſtes. Sed munimentum *Darzenſe* recens erectum etſi fortiter reſtiterat, majori tandem oppugnantium multitudini [w] ceſſit. Omnia tamen per pacem Olivenſem an. 1660 ad Svedos priſtinos Dominos [x] redierunt. Dani quoque, ne ultima tandem paterentur, pacis conſilia [y] acceleravere. Igitur an. 1658 primum [z] Roſchildenſi, cumque mox [a] recruduiſſet bellum, [b] Hafnienſi pactione biennium poſt lis omnis eſt abolita plenaque Svedis in Rugiana Danorum bona [c] poteſtas conceſſa eſt.

§. III.

Poſt 15 annos triſtior per fines noſtros omnemque Patriam ſcena pandebatur. CAROLUS tunc XI. Sveciæ ſceptra tenebat ſublimis animi Princeps virtutumque Heroicarum CAROLI GUSTAVI ex aſſe Hæres, qui Galliarum Regi fœdere junctus, ut ſocium hoſte liberaret, in ſemet provocabat [d] ducto è finibus noſtris in Marchiam Brandenburgicam hoſtili exercitu. FRIDERICUS igitur WILHELMUS inter maximos Seculi illius Heroes utique numerandus Princeps ſubductis è bello contra Gallum copiis quanta maxima poterat celeritate inopinantibus Svedis ſuperveniebat, miraque feli-

(u) Vid. ll. cc. (w) An. 1660. Th. Eur. T. IX. p. 12.

[x] Inſtr. Pac. Oliv. Articc. XXII. & XXVI. *Damgardum* & *Tribuſea* omnium prima reddebantur. Th. Eur. T. IX. p. 13.

(y) Qvam ægre Dania utramque & Roſchildenſem & Hafnienſem pacem admiſit, intelligere licet ex HOJERI Dän. Geſch. p. 420 & 453.

(z) Prima Pacis lineamenta Toſtrupi ad tertium lapidem Hafnia, ubi Svedici exercitus prætorium erat à Legatis utriusque partis an. 1658 d. 18. Febr. ducebantur; die autem 26 ejusdem menſis Svedis negotium urgentibus plena Pacificatio Roſchildæ ſequebatur.

(a) De cauſis tam cito ruptæ pacis Roſchildenſis, vid. PUFF. R. G. C. G. Lib. V. Conf. Cl. HOJERUS l. c. p. 423.

(b) An. 1660 d. 27. Maji in Caſtris ad Hafniam illa concluſa eſt.

(c) Vid. Articc. *Toſtrupienſes* Artic. XV. Pac. *Roſchild.* Artic. VII. *Hafnienſ.* Art. IX.

(d) An. 1674. Totius autem belli memorabilia narrantur in dem Pommerſchen Kriegs-Poſtillon, darin eine kurtze Beſchreibung des Landes und der vornehmſten Oerter/ vornemlich was von an. 1675 - 1679 zwiſchen der Cron Dännemarck und Chur-Brandenburg an einen und der Cron Schweden am andern Theil in Kriegs-Sachen paſſirt und vorgegangen.

Digitized by Google

licitate uſus prælio Fehr-Bellinenſi graviter fractos in Pomeraniam [e] rejiciebat. Hæc fuga Patriæ noſtræ Lernea hydra fuit. Namque haud ſatis victor habebat hoſtibus repurgaſſe provincias ſuas, ſed nunc quoque ulciſci parabat, bello perſecuturus, qui bellum ipſi intulerant. Socias ei manus [f] jungebant Cæſar, Danus, Batavi, Luneburgicus, Haſſus & Monaſterienſis Non alias majus diviſionis periculum Rugiano Principatui imminuiſſe dixerim: cum inter [g] fœderis etiam leges eſſet, partem inſularem Dano; Ciſmarinam cum Pomerania citeriori Brandenburgico præmium belli fore. Atqui ſic omnibus compoſitis ad arma ibatur. Cæſareis ad *Tribuſeam*, Danis *Damgardi*, per *Penam* Brandenburgicis invadere [h] conſtitutum erat. Plurium enim ſimul impetus haud exſpectaturos Svedos crediderunt. Verum & exſpectabant hi illos & fortiter ſuſtinebant. Primi Brandenburgici ad *Gutzkoviam*, ſed haud incruento tranſitu Penam [i] ſuperabant. Non eadem celeritate Cæſarei atque Dani utebantur, ultimique in expugnatione munimentorum Damgardenſium per 16 dies [k] jam hærebant. Sed ubiqui propugnabant Svedi jam tergis imminere Brandenburgicos viderunt, ne ancipiti prælio urgerentur Stralſundiam tutisſimum receptaculum [l] petebant. Recuperabatur à Svedis *Tribuſea*; iterum tamen Brandenburgici repreſſo Königsmarckio, qui cum agmine ſuorum illam tuebatur ipſo Electore Duce [m] occupabant. Jamque & Dani ſuarum

(e) An. 1675. Th. Eur. T. XI. p. 723. [f] PUFF. R. G. FRID. WILH. L. XI. §. 41, 71. [g] Non quidem communis illius modo commemorati, ſed peculiaris cujusdam, quod Daniæ Rex CHRISTIANUS V. & Elector Brandenb. an. 1675 *Doberani* in Megapolia ſanctiori fide pegerant, & in quo convenit, ut Daniæ omnia recuperarentur, quæ Pace Brömſebroenſi amiſſa erant, illisque *Rugia* etiam & Wismaria cum portu *Warnemundæ* adjicerentur. Aliquoties tamen mutata hæc ſunt conſilia placuitque alia atque alia ratio dividendarum provinciarum, quæ tunc temporis nondum Svedis ereptæ erant. PUFF. l. c. L. XIII. §. 29, 41, 43, 45, 48. L. XIV. §. 34, 40. conf. Th. Eur. l. c. p. 512 & 526. (h) Th. Eur. l. c.

[i] Eod. tempore emisſis agminibus prope *Jarmum* & *Stolpam* tranſitum moliebantur Brandenburgici, ut Svedorum vires diſtinerent. Th. Eur. l. c.

[k] A primo ad 16 Octobr. diem Th. Eur. l. c. p. 765. [l] Qvo facto & Dani deſtructis antea Damgardenſibus munitionibus Provinciam intrabant, Th. Eur. l. c. p. 723. [m] Th. Eur. T. XI. ad an. 1676.

Digitized by Google

rum rerum ſatagentes *Wittoviam* inter ac *Jasmundam* copiis expoſitis *Rugiam inſularem* invadebant brevique ſibi (n) ſubjiciebant. Unicum quod à (o) novo trajectu dicitur munimentum præfecto Gallo fortiter defendente in fide Svedorum permanſit. Hic igitur Königsmarckius, quo pedem (p) firmaret, habens, ſequenti mox anno transvectis Stralſundia copiis obviam hoſtibus ivit juſtoque prælio victos inſula omni (q) ejecit: quin progreſſus victoriæ augens *Damgardum* etiam, quod Dani reliquerant, munitionibus ſedulo reſtauratis (r) occupavit; Verum, ut mutabilis fortuna eſt atque varia, à (s) Danis & Brandenburgico-Luneburgicis eodem adhuc (t) anno ipſe iterum ubique (u) expellendus. Sic Svedorum viribus nullibi non protritis omnis tandem Rugia omnisæque ac Pomerania hoſtibus ceſſit. Atqui jam cuncta eo comparata videbantur, ut, quod initio belli confœderati inierant pactum diviſionis Rugiæ pro lubitu impleretur, niſi Gallus Cæſari interim & Imperio (w) reconciliatus univerſum militiæ ſuæ robur, quod in armis adhuc ſtabat, illis (x) obieciſſet. Tum enim, ne tota denique belli moles in ipſos rueret, dubiæ armorum fortunæ cauſam proſpere hactenus actam credere

(n) 1677 d. 7 Aug. exſcenſio facta præſentibus ipſo Daniæ Rege filioque GEORGIO. [o] Die neue Fähr-Schantze; non vero quod ad veterem trajectum jacet, die alte Fähr-Schantze/ uti Cl HOJERUS l. c. p. 522 habet. Hoc enim Danis ſuccubuit. (p) Igitur vitio Danis vertendum dixerim, quod tota inſula ſubacta unum illud propugnaculum in manibus Svedorum reliquere.

[q] An. 1678 d. 12 Jan. vid. *Succincta Relat. de Inſula Rugia ejusdemqve ab inſultibus hoſtium per Campi Mareſchallum* Königsmarckium *liberatione* 1678 *vernacula Sundiæ in 4 ed.* conf Th Eur. T. XI. p. 1159 ſqq.

[r] Vid. Pommerſch. Kriegs-Poſtillon ad an. 1678.

[s] Ante tamen *Darzam* Pen-Inſulam populati Dani erant & *Hiddenſeam* omni humani cultus veſtigio vacuam viſitaverant, quam in *Wittoviam* ipſamque adeo Rugiam exſcenſionem faciebant, vid. Pom. Kriegs-Poſtillon ad an. 1678.

[t] Menſe Sept. vid. PUFF. l. c. ad an. 1678. Th. Eur. l. c. p. 1159 ſqq.

[u] Sed Luneburgicorum, qui hac vice Pomeraniam an. 1678 m. Majo intrare conabantur ſtrenuam etiam obſidionem Damgardenſe propugnaculum ſprevit. Menſe tamen Septembri ubi, qui in præſidio erant, Stralſundiam obſidione cinctam ſeque nunc omni auxilio excluſos viderunt Brandenburgicorum ſe arbitrio permiſerunt. [w] Pace Noviomagenſi 5 Febr. 1679.

[x] Hinc *Clivia* atque *Mindæ*, illinc *Oldenburgo* infeſta ſigna inferebant Galli, PUFF. l. c. L. XVII. §. 79 ſqq.

Digitized by Google

credere diutius noluerunt. Pacis conſilia toties oblata amplecti ſatius viſum. Illa igitur cum Dano [y] *Fonte - Bellaqueo* & *Lundiæ*, cum Brandenburgico in *Fano S. Germanici* hac an. 1679 lege coaluit, ut Svedis [z] tota Rugia cum Cis - Oderana Pomerania redderetur. Ita præſentiſſimum ſeparationis periculum Principatus noſter tunc ſuperavit & belli eventus ſpei quam fœderati hoſtes præceperant, nequaquam (a) reſpondit.

§. IV.

Ea pace per 32 annos quies Patriæ ſtetit donec regnante CAROLO XII omnis ætatis & memoriæ ad miraculum Clariſſimo Heroe horribilis illa belli tempeſtas, quæ ineunte Seculo noſtro coorta erat, poſtquam integro decennio Arctoum Orbem multo fragore concuſſerat, funeſtiſſimum tandem in Rugiam noſtram Pomeraniamque fulmen (b) torqueret. Hinc Danus; illinc Ruſſus atque Saxo - Polonus hoſtes adveniebant. Ille expeditionem orſus occupato (c) *Damgardo*; Hi ſuperata (d) *Pena* Principatum noſtrum (e) ingreſſi junctis copiis Sundiam obſidione claudebant. Sed opportunum ex Svecia auxilium (f) aderat, quo fortiſſimus Comes Steinbockius tam commode utebatur, ut per paludes Damgardenſes rejectis hoſtibus non tantum ſibi (g) tranſitum aperiret, ſed & Danos una cum Saxonibus, qui ſubſidio illis venerant inſtructa acie ad *Gadebuſcham* (h) victos præcipiti in Holſatiam fuga recedere cogeret. Et profecto ſaluti patriæ noſtræ inſignis iſthæc victoria eſſe potuiſſet,

[y] Qvæ Pax Galliam proprie & Daniam, ſicuti Lundenſis hanc atque Sveciam conciliat. Facta pax *Fonte Bellaqueo* 1679 d. 2 Sept & Lundiæ eod. an. d. 29 Sept. Utramque in Fano S. Germanici Brandenburgica anteceſſerat ej. an. d. 29 Jun.

[z] Vid. Pacem Fonte Bellaq. Art. 5. Lundenſem Art. 5, 6, 7. & Brandenburgicum in Fano S. Germ. Art. 5 ſqq.

[a] Cl. HOJERUS l. c. p. 526 in ſubjecta nota poſtquam varia fœderatorum conſilia de dividendis Svedorum provinciis enarravit, pro candore ſuo addit: Doch die Rechnung traff am Ende nicht ein.

(b) An. 1711 menſe Aug. (c) D. 28 Aug. (d) Prope *Jarmum* oppidulum pontonibus transvecti AUGUSTO Rege præſente. (e) Th. Eur. T. XIX. p. 761 ſqq. Eur. Fama P. CXX ſqq. G. LUDWIGS Univ. Hiſt. Part. I. p. 892. conf. Supplem. ad h. a. pag. 453.

[f] Vid. ll. cc. [g] Neu-eröffnete Welt- und Staats-Spiegel P. II. p. 363. Th. Eur. T. cit. p. 489. Supplem. LUDWIG. ad an. 1712. [h] Vid. ll. cit.

Digitized by Google

ſet, ſi exercitum victorem ad propellendum Saxonem atque Ruſſum, quos in Pomerania à tergo reliquerat, (i) reduxiſſet. Sed cum perſequi victos in Holſatiam ſatius videretur, deprehenſa ejus fortuna hæſitavit; quinimo ſequentibus mox hoſtibus in fatali illo ad Tonningam aſylo omnino (k) oppreſſa eſt. Tum vero ad ſubjugandam Rugiam & Pomeraniam redierunt, flammas *Altenoenſis* incendii vindices inter alia (l) *oppido* quoque *Lutitiorum* minitantes. Jamque Summo Pro-Tribuno (m) Lützelburgio Duce in ipſa inſula (n) excenſio facta erat, & omnia eo ſpectabant, ut Stralſundia æque ac Sedinum expugnarentur, cum ex machina quaſi mitiora fata apparuerunt Pomeraniaque trans-Penana (o) ſequeſtri jure Boruſſis attributa, hoſtiles exercitus, qua venerant, domum abierunt via. Sed minus diuturna hæc Patriæ halcedonia fuerunt. Pacto illo ſequeſtrationis vinciri ſibi manus Rex Seciæ abnuens (p) ubi an. 1714 ex Turcia Sundiam (q) redux factus eſſet, quæ per amicos ſuos geſta erant omnibus damnatis, id totis viribus (r) agebat, ut, quæcunque Boruſſis tradita erant, ſi aliter non poſſet, vi etiam armorum recuperaret.

§. V.

Igitur an. 1715 vehementer (s) recruduit bellum. Prima cum Boruſſicis præſidiariis ad *Lutitiorum oppidum* in finibus Rugianis (t) congreſſio fuit. Sed, ubi veteres mox (u) redierant hoſtes, hoc pariter ac *Damgardo* relicto ad interiora regionis & Sundiam denuo recedere Svedi cogebantur. *Rugiæ* inſularis occupandæ præcipua tunc ap. hoſtes cura fuit; qua multo demum labore majorique

[i] Ingenti enim terrore illos ipſumque Imperat. Ruſſiæ perculſos fuiſſe poſt cladem Gadebuſchenſem ex Præfectis hoſtium non infimi ordinis ſæpius me tunc audiviſſe adhuc memini [k] An. 1712 d. 20 Dec. vid LUDW. l.c. ad h. a. coll. Supplem. Th. Eur ad h. a. Eur. Fama P. CXXXIX. [l] Vid. W. und St. Sp. P. V. p. 2014. [m] Saxonum hic inter ſummos atque præcipui nominis præfectus erat. [n] An. 1713 d. 23 Jul. LUDW. l. c. P II. p. 8. W. und St. Sp. P. VI. p. 62 ſqq. [o] LUDW. l. c. P. II. p. 8 ſq. coll. Suppl. ad h. a. W. und St. P. VI. p. 344, 511, 590. Eur. Fama P. CL [p] Th. Eur. T. XIX. pag. 364. [q] An 1714 d. 22 Nov. LUDW. P. II. p. 47. [r] Id ib. p. 135 ſqq.

[s] An. 1715. m. Jun. & Jul. LUDW. P. II. p. 139 ſq. [t] W. und St. Sp. P. VIII. p. 250. Ipſeque Rex Sveciæ diſcrimini huic interfuiſſe credebatur. [u] An. 1715. m. Jun. & Jul. LUDW. P. II. p. 139 ſq.

Digitized by Google

periculo (w) expugnata, ultima denique Sundia cruentam illis victoriæ materiam (x) præbuit. Hac ratione in Germania quidem cum Svedis tunc debellatum eſt, (y) ceſſitque Danis cum Pomerania Cis-Penana omnis Rugia noſtra. Nondum tamen qvinqvennium omnino habuerant, cum lege pacis ab Auguſtiſſimo Rege noſtro FRIDERICO I. feliciſſimo omine (z) reſtauratæ, omnis etiam cum Pomerania Cis-Penana reddenda eſſet. Ex eo tempore tot caſibus funeſtis defuncta ſub Imperantis propitia manſvetudine & Sceptri Svecici tutela integra ea nec ullla ſui parte mutila acquieſcit; faxitque DEUS ut æterna felicitate acquieſcat!

§. VI.

Cœterum maris violentiæ atq; furtis terræ Rugianæ hodienum ſubinde patent, & ubi tempore hyemali aut vernante paulatim anno contuſæ glaciei fragmina vis venti in montis faſtigium cumulata ad terram agit, horrendoque impetu oras maritimas quatit, non minus [a] *Wittoviæ* & [b] *Jasmundæ* cretacea in ſtupendam altitudinem edita, quam [c] *Mönckguti* & [d] *Hiddenſeæ* ſabuloſa littora velut

(w) LUDW. l. c. P. II. p. 141 ſqq. W. und St. Sp. P. VIII. p. 341 ſqq. coll. p 499 ſqq.
(x) Antequam 1715 d. 24 Dec. in hoſtium poteſtatem perveniret. LUDW. l. c. P. II. p. 143 ſqq. W. u. St. Sp. P. VIII. p. 492 ſqq. (y) LUDW. l. c. P. II. p. 145.
[z] An. 1720 d. 3 Jun. (a) Ita de *Wittoviæ* imminutis mari finibus Dn. MILDAHNUS Zudarienſis in Rugia Paſtor hoc ipſo anno beate defunctus in literis d. 6. Febr. an. 1726 ad me datis ſcribit: Auf Wittov iſt von dem Platz / wo Arcona gelegen / nur noch ein Platz 2 Mußqveten-Schuß in der Länge und ein in der Breite / oder 2 à 3 Morgen Feld groß. Das andre hat die See ſeit an. 1168 weggeſpület.

[b] In iisdem literis: Auf Sagard in der Stubnitz / ubi ſedes Herthæ, ein viertel Weges davon / da Stürtze-Bechers und Göte-Micheels Raub-Neſt geweſen ſeyn ſoll / bey dem jetzo ſogenannten Königs-Stuhl ſoll / wie mir der Herr Præpoſitus PAGENKOP zu *Bubbin* berichtet / allein bey ſeinen Dencken / über einen Stein-Wurff abgeſpühlet ſeyn. Die Rudera zeigen es auch.

[c] In aliis ejusd. b. Viri 1726. d. 1. Maj. ad me miſſis ex Relatione Pl. Rev. Dn. RENRERTI, Paſt. Mönckgutenſis hodie bene merentis ſcribitur: Bey Mannes Leben hätte die See die groſſen Berge 30 bis 40 Schritt weggeſpühlet. Es wäre auch ein Dorff Vitte genannt / vom Waſſer verdorben / ſo / daß nun lauter See daſelbſt ſey: und wäre noch verwichenen Herbſt eine Frau begraben / die darin gebohren worden.
[d] Itid. in literis not (a) & (b) citt. b. Viri relatio eſt: Mir hat vorm Jahr der Paſtor Hiddenſeenſis berichtet / daß vor 7 à 8 Jahren der Nord-Sturm in einer

Nacht

Digitized by Google

lut(e) cuniculis actis ſubruuntur. Ita, ut hominum nunc viventium memoria ad multas orgyas paſſim terra abſorpta ſit. Qvo vero magis luteum eſt ſolum, eo majora damna ſentiuntur. Neque à clade illa cismarini Principatus extrema littora immunia videmus. Qvin potius memorabile violentiæ maris exemplum *Darzenſis* regio offert, cujus non contemnendam portionem noſtra ætate intumeſcentes undæ avulſerunt, avulſamque fluctibus aliquamdiu jactatam civitatis Bardenſis ditioni (f) adjecerunt. Alioquin eadem Bardenſis regio & objacens ipſi Inſula (g) *Cingſta*, (h) *Griſtovienſis* item tractus, & quæ non, mari vicina loca recens ipſis à mari

 inflicta

Nacht auf ein Tüder-Schlag/ d. i. 6 Faden oder 18 Ellen breit langs von der Norder-Seiten / welche faſt eine Meile lang/ weggenommen.

[c] Cumque aliquando ad b. MILDAHNUM ſcripſiſſem, quod mirum me haberet compacta etiam illa atque cretacea littora fluctibus cedere, reſponſum tuli: Die Kreid-Ufer auf Jaſmund und Wittov thun freylich mehr Gegenſtand als Leem und Sand/ müſſen doch aber auch nach gerade oben nachfallen/ wenn die See/ und ſonderlich das Eyß immer unterminiret; dazumahl dieſes öffters Steine Klaffters-Länge u. Höhe mit aus der See bringt / und ſich Häuſer-hoch thürmet / woron auch hier in meinem Kirchſpiel noch dis Jahr ein Exempel / da es doch nur am Binnen-Waſſer lieget. Es mag auf die Art in 6 / 700 Jahren einen gantzen Ort wegnehmen/ wie ſonderlich auf Wittov bey Arcona zu ſehen.

(f) Rariſſimæ alluvionis exemplum. Tantam habet amplitudinem transportata hæc terræ portio, ut paſcendis pecoribus inſerviat. Sed tremula eadem eſt, ut nondum ſatis in fundo firmata videatur ſedes, proindeque periculum ſit, ne aliquando ferente occaſione atque vento, novam migrationem inſtituat.

(g) Præterlapſo anno ex ore incolæ hujus inſulæ percepi: Daß das Waſſer noch jetzund alda viel Schaden thäte / und daß bey ſeinen Dencken innerhalb 30 Jahren daſſelbige nach der See zu wohl auf einige 100 Schritt / ungeacht deren daſelbſt befindlichen Dünen weggeriſſen / und nicht vielweniger an der Süder-Seite nach der Binnen-See zu. De alveo etiam *Prerovienſi* affirmabat idem ille: Daß er/ nachdem der Wind wehete/ bey ſeiner Mündung bald tieff/ bald ſeicht würde / und wäre er denſelbigen (1726) Sommer ziml ich tieff geweſen.

(h) Magnus ille aquarum ſinus, qui villam *Griſtoviam* alluit an. 1249 teſte Diplomate Dubslavi infra ſubjiciendo non niſi rivulus fuit *Liazcha* nomen gerens. Unde apparet, quantum lenta illa maris edacitas ſucceſſu temporis efficere valeat. Hodie crebris inundationibus tam prolixe jam diffuſæ ſunt undæ, ut tenui admodum terræ diſcrimine à cœmeterio abſint. Inſatiabili etiam libidine in agrum parochialem Fahren-Bring (quod à trajectu dictum autumo) graſſantur; adeo quidem, ut fœni proventus hodie dimidia parte, quam olim fuit, minor inde quotannis redeat.

Digitized by Google

inflicta vulnera oſtendunt. Tua igitur ô DEUS ſingulari tutela, ut Patriam noſtram Rugiam foveas contraque & maris & alia quæcunque pericula invictam ſerves precibus TE devotis & ad vulnera CHRISTI adſtrictis rogamus.

SUPPLEMENTA.

Ad pag. 19 verba: *Poſterior hæc omnibus Rugianis communis* &c. A KLEMPZEN in Chr. Manuſcr: Etel-Ruigen ſcribit, iſt ſo viel als Edel Ruigen/ wie die Rugianer alle wolten Edel ſeyn.

Ad pag. 140 ſq. verba: *Invito etiam Witzlao juniore* &c. Sed poſtquam copia mihi facta eſt diplomatis Witzlai junioris, quo ipſe ille an. 1304 in oppido Lutitiorum tunc moratus Gryphiswaldenſium jam tum factam effosſionem portus confirmat, non adeo dubitare amplius potui, quin & Patris conceſſio hac ſuper re conſenſu illius data ſit.

Specimen Diplomatum Rugianorum finium Hiſtoriam illuſtrantium.

NB. Spem feci B. L. p. 80 & 126, duorum Diplomatum alterius Henrici Leonis de fundatione, alterius Alexandri III. Papæ de confirmatione Eccleſiæ Sverinenſis hic adjiciendorum. Nunc vero, cum jam tum & temporis & paginæ anguſtia premor, transſcribere illa ex papyro in chartam piget. Apud LINDENBROGIUM in Coll. Scripp. Septentr. utrumque eſt obvium, quem pro lubitu adire quisque poterit. Promiſſæ autem illuſtrationes alia V. D. occaſione dabuntur.

(I.) BARNUTÆ confirmatio bonorum Cœnobio Hyldenſi an. 1221. facta.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Patris, Filii & Sp. S. Ego Barnuta filius Domini Jaromari Principis Ruyanorum univerſis Chriſti fidelibus præſentibus & futuris in perpetuum. Notum eſſe volumus tam præſentibus quam futuris, quod nos paternum imitari propoſitum cupientes fratribus monaſterii de Hilda omnem libertatem cunctasque poſſesſiones quas pater noſter privilegii ſui teſtimonio ipſis noſcitur contuliſſe præſentis ſcripti & ſigilli noſtri atteſtatione perpetuo confirmamus, quas etiam propriis nominibus duximus annotare. In primis *locum ipſum in quo præfatum monaſterium ſitum* eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis pratis & ſylvis, in utraque parte amnis, *ipſum etiam amnem* ab hora (ora) maris usque in *Guttyn* caſtrum. *Redeswitz* villam cum omnibus pertinentiis ſuis aquis, pratis, ſylvis usque in *Gardiſt*. *Locum ſalis* cum ſuis omnibus attinentiis. *Wampand* & *Hildam*, *Leſtnijtz* & agros ex utraque parte & ſylvam *Darſin*, *Gubiſlowitz*, *Grisdowe*,

dowe, cum omnibus attinentiis ſuis. *Locum molendini* in *Caminen* & agros & ſylvas *Caminen* adjacentes. *Sylvam quæ eſt media inter Hildam & Cotſcowe* ab omni jure liberas eſſe volumus perpetuo & ab omni humano ſervitio penitus alienas, ſoli Deo tantummodo & dicti monaſterii fratribus ſervituras. Teſtes autem hujus noſtræ confirmationis ſunt Theodoricus Sacerdos noſter, Dunyc Priſtallus noſter, Gneomerus, Witomer, Slavus, Popel, Circimerus & alii plures. Datum an. 1221 menſe Novembri.

(II.) Transactio inter DOBEZLAUM de Crizſtov & cœnobium Hyldenſe de limitibus an. 1249.

In nomine Sancte & individue Trinitatis Patris Filii & Sp. S. Ego Dobezlaus de Crizſtow miles, filius Domini Barnutæ omnibus hoc ſcriptum inſpecturis preſentibus & futuris in perpetuum. Cum eam que litigio finem imponit neceſſe ſit transactionem litterarum munimine confirmari ne malitioſis calumpniandi occaſio relinquatur nos cautele hujuscemodi diligentiam adhibentes notum eſſe volumus preſentibus & futuris quod cauſa que inter nos & monaſterium de *Hylda* diu ventilata eſt mediantibus Domino Laurentio de Ruja & Domino Sifrido Lode militibus & fratre Petro monacho, finem hujusmodi ſortita eſt. Ob reverentiam J. C. & glorioſe virginis Marie matris ejus ſani mente & corpore confitemur & recognoſcimus nos nihil juris habere in villa *Leſtnitz*, quam in præjudicium juſtitie occupavimus ſive locavimus nec in aliis poſſesſionibus, quas pater noſter Dominus Barnuta ſ. avus noſter Dominus Jaromarus, fratribus dicti monaſterii perpetuo posſidendas contulerunt videlicet in *Coſt* & utraque villa *Leſtnitz*, *Wampand* & vico *Lathæbo* & *Sulta*, *Damme* & *Wacharogh* & indagine juxta *Wacharogh* nec in agris, pratis, ſylvis, piſcationibus & aquis ad dictas villas ſ. ad alias poſſesſiones ejusdem monaſterii pertinentibus nomine noſtro & nomine heredum noſtrorum, quos habemus in preſenti vel habituri dante Domino in futurum; ſeu etiam aliorum propinquorum noſtrorum. Terminos quoque inter nos & predictas poſſesſiones asſignavimus, ſicut in privilegiis monaſterii expresſi continentur videlicet à caſtro *Guttin* directa linea usque ad montem qui *Gardiſſt* dicitur in quo quercus ſignata eſt & ad evidentem terminorum diſtinctionem cumulus ibidem à nobis, congeſtus eſt, & ab eodem cumulo ſimiliter directa linea usque in rivulum qui *Liazcba* dicitur & eſt juxta *Priſceka* in ſylva que eſt inter *Criſtow* & *Leſtnitz* & pereundem rivulum usque ad mare. Preterea pro dampnis & leſionibus quas per nos ſeu homines noſtros eidem monaſterio intulimus, que computate ſunt usque ad ſummam 100 marcarum denariorum habito ſufficienti bonorum conſilio, asſignavimus Abbati & fratribus dicti monaſterii de *Hijlda* ex parte noſtra ſedecim manſos indaginarios perpetuo posſidendos, juxta terminos prememoratos cum omni jure liberos ſicut & cetera bona prenominata videlicet ab omni advocatia, communi placito, expeditione vel qualicunque ſervitio noſtro ſ. heredum noſtrorum. Dedimus etiam dicto monaſterio & ejus procuratoribus Abbatibus ſc. & prioribus, qui pro tempore fuerint nomine noſtro & heredum noſtrorum plenam autoritatem

& liberam poteſtatem predictas poſſesſiones retinendi, vendendi, commutandi vel quomodolibet alienandi pro ſuo arbitrio voluntatis. Fratres quoque prefati monaſterii res & naves & ſervientes colonos quoque & homines eorum in omnibus poſſesſionibus noſtris à ſolutione thelonii liberos eſſe perpetuo concedimus. Promiſimus etiam nos prefatum monaſterium pro poſſe noſtro plena fide tueri & contra malitias inſidiantium defendere, propter quod & fratres predicti monaſterii in *Sulta* eorum cenſum de tribus arcis quas eligimus tantum ad vitam noſtram nobis conceſſerunt, ita tamen ut, ſi arce ipſe quas elegerimus in tantum deteriorentur ut cenſum ſolvere non posſint, nullum propter hoc reſtaurum predicti fratres nobis facere tenebuntur. Hoc quoque inter cetera cautum eſt, ut, ſi *Sulta* noſtra juxta Criſtow infra terminos eorum venerit, nobis & heredibus noſtris libera remanebit. In ſtagno quoque quod eſt juxta *Leſtnitz* ad menſam noſtram ſagenam trahere poſſumus non autem aliis licentiam in ipſa aqua piſcandi dare, nec pro precio alicui ipſam aquam exponere debemus. Promittimus etiam bona fide pro nobis & heredibus noſtris omnibusque & ſingulis qui nunc ſunt & futuris, firmiter attendere & obſervare omnia & ſingula capitula ſupradicta nec unquam arte aliqua vel ingenio per nos vel per alios contraire expreſſe renunciantes exceptioni non numerate ſive etiam non ponderate pecunie & omni alii exceptioni que vel nobis vel heredibus noſtris aliquo tempore poſſent competere & omni auxilio juris canonici & civilis & omni conſvetudine que in *Theotonia* ſeu *Slavia* pro lege conſveverunt obſervari. Hoc etiam adjicientes quod ſi aliquis dictum monaſterium contra hanc noſtram ordinationem in judicio vel extra judicium coram quocunque judice eccleſiaſtico vel ſeculari, timore Dei poſtpoſito preſumſerit indebite moleſtare promittimus nos idem monaſterium ubique defenſuros. In cujus rei evidentiam ſigillum noſtrum preſenti inſtrumento appoſuimus. Teſtes ſunt Dn. Laurentius de Ruja & Dn. Sifridus Lode milites qui ambo in fide militari promiſerunt, ſi aliquod de capitulis ſupradictis de parte noſtra violatum fuerit ſive etiam de parte monaſterii ſe in civitatem Stralſund intraturos ad ammonitionem ejus cui injuria facta fuerit, nec niſi de ejusdem licentia donec ſatisfactionem plenariam perceperit abinde exituros. Teſtes etiam ſunt Jac. Tribbitow, Egbertus frater Bartholomei, Joh. Advocatus Domini *Wartizlai*, Brandic, David & alii multi. Actum an. Dn. 1249 m. Novembri.

(III.) BOGISLAI, BARNIMI & OTTONIS confirmatio privilegiorum & donatio civitati Demminenſi an. 1292. facta.

In nomine Domini Amen. Bogislaus, Barnim & Otto Dei gratia Duces Slavorum &c. Univerſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris ſalutem in Domino ſempiternam. Qvoniam omnia que ſub cæli ambitu continentur, conſiderantur tranſitoria & incerta acta principum modernorum id circo roborantur, ne ut quandoque fieri ſolet à poſteris malitioſe valeant irritari. Sane igitur diſcat reverenda natio

Digitized by Google

natio preſentium ac noſcat felix ſucceſſio futurorum quod nos deliberatione fidelium noſtrorum provida accedente & requiſita meritis etiam conſulum & Burgenſium noſtrorum dilectorum de Demmin exigentibus, nec non motu proprio & libero reſervamus iiſdem burgenſibus ea privilegia que progenitorum noſtrorum tempore habuerunt dantes eidem civitati noſtræ Demmin totum jus quod Lubeke habet, ita quod dicta civitas integraliter ipſo jure utatur quod civitas Lubeke verum eſſe dixerit ſive juſtum. Termini vero dicte civitatis taliter diſtingvuntur, videlicet de vado villæ *Brunſow* ſupra *Babitz*, exinde ſupra *Penam*, inde deſcendo per *Penam* usque ad diſtinctiones & terminos Domini WITZLAI Principis Rujanorum inde directe per medium paludis *Crotznitz* ſupra *Treble* usque ad metas Principis jam prédicti. Predictos autem terminos cum ſylvis pratis agris aquis paſcuis & omni utilitate, que nunc in ipſis eſt, vel in futuro haberi poterit, dicte civitati apponimus eo jure quod Stades-Recht dicitur in vulgari. Preter iſta nemus, quod dicitur Demminſche Wold cum *Pagenenoke* ad uſus tantum reponimus civitatis. Damus ſiquidem iiſdem burgenſibus in ſtagno *Cummerov* piſcandi liberam poteſtatem. Habebunt etiam liberam velificationem cum ſuis mercibus ſimul & piſcationem per dictum ſtagnum & *Penam* infra & ſupra à rota molendini ante *Malchin* usque ad ſalſum mare exeundo pacifice pariter & intrando. Adjacentes ne que ab aliquo fiant clauſure ſive ſtructure in *Pena* ſive alibi civitati in prejudicium vel gravamen. Eandem libertatem piſcandi, velificandi in aquis *Treble* & *Tollenſa* poſſidebunt terminos infra noſtros. Volumus etiam incolas ſepe dicte civitatis per totum noſtrum dominium ab omni telonio & ungeldo eſſe liberas & exemtas. Item burgenſes qui ſe ad petendum mare expedierint pro ſua libera velificabunt voluntate & commodo noſtro & noſtrorum officialium offendiculo non obſtante, & noſter advocatus nullum penitus interdictum de annona faciet educenda, niſi cum conſenſu noſtrorum Vaſallorum & conſulum civitatis. Item currus molendinorum circumjacentium annonam de noſtra civitate Demin molendi gratia educent ſine omni offendiculo & reducent. Proprietates etiam harum villarum *Ruſtov*, *Rantekov*, *Metle*, *Woteneke*, *Seedorp*, *Thoze*, *Wolquardisdorp*, *Noſſendorp*, *Dronnevitz*, *Dummerdorp* cum omni jure ac utilitate cum advocatia, precaria, moneta, cum judicio manus & colli cum terminis & in his contentis in campis ſylvis pratis aquis paſcuis ſimpliciter cum omni jure quod in ipſis habuimus vel adhuc tempore procedente in eis inveniri poterit vel acquiri dilectis dicte civitatis inhabitatoribus donare decrevimus perpetuis temporibus feliciter poſſidendis [a] ut autem hec tante libertatis donatio robore fulgeat perpetue firmitatis preſentem paginam inde conſcribi fecimus & ſigillorum noſtrorum munimine perennari. Hujus facti teſtes ſunt Reimarus de Wacholt, Fridericus Vulpes de Wolde, Johannes Hobe, Raven de Woſerin, Las de Cartlov, Johannes de Walsleve, Henricus Vulpes, Gerhardus de Strelov, Paridam, Conradus de Broch, milites, Heyſo de Broch, Johannes de Scolentin, Gerhardus Grope, famuli & plures alii fide digni. Acta ſunt hec in Dymin anno Domini 1292 in vigilia aſſumtionis virginis glorioſe.

(IV.) Hen-

Digitized by Google

(IV.) HENRICUS Dominus de Werle vendit civitati *Tribuſes* traductum Trebelæ an. 1285.

Nos Henricus D. G. Dominus de Werle notum eſſe volumus tenore præſentium proteſtantes quod nos de bona voluntate & conſenſu dilectorum filiorum noſtrorum Nicolai & Henrici vendidimus civitati Tribuſes hæreditatem traductus noſtri juxta Tribuſes quæ vulgariter *Vere* nuncupatur perpetuis temporibus libere posſidendam. Adjectum eſt etiam quod infra vel ſupra nullus traductus debet fieri qui dicto traductui impedimento ſit. Thelonio nihilominus in eo modo in quo fuit & eſt, absque diminutione & augmento firmiter duraturo. Et ut in hac dubium ſuboriri non valeat præſentem chartulam memoratæ civitati Tribuſes ad cautelam tradimus ſigilli noſtri munitione roboratam. Teſtes ſunt Nicolaus Hane, Godecho Lühe, Gothardus de Cröpelin, Rudolphus de Hunny Wardesdorpo, Henricus de Demine, Henricus de Wolde, Theodoricus de Burem, Bernardus de Liſten milites & alii quamplurimi fide digni. Datum Roſtock An. Domini 1285 in d. b. Jacobi Apoſtoli.

Errata.

Pag. 2 lin. *titit* lege vacuum. p. 4 lin. TAC. l. de rebus Geticis. p. 12 l. *nenſis* l. indicio. p. 13 l. *evocavit* l. evocarit. p. 17 l. *Reges* delendum eſt, *ac*. p. 18 l. (k) l. hos. p. 16 lin. NERUM l. qua orientem. Lin. *nos* l. Scriptores. Lin. *rio* l. ſive. p. 22 lin. *minabatur* l. Tiuggeskego. p. 23 lin. *unum* l. hominum. p. 24 l. *ne* l. omnis. p. 26 lin. *rum*, delendum eſt comma poſt *vaſtarum* & *navium*. p. 27 lin. *quid* l. molirentur. p. 36 lin. *ponit* l. HELMOLDUS. p. 50 lin. *Chronicon* l. MADERUS pro MEIBOMIUS. p. 57 lin. *dio* l. KOELERUS. p. 72 lin. *retur* l. quibus, pro cui. p. 84 lin. *tsrras* l. terras. p. 110 lin. *rint*. l. querela, p. 114 lin. *ſpectat* l. cernuntur. p. 129 lin. *roe*. l. 1715. p. 135 lin. Wieder l. Rugianos pro Polonos. p. 153 lin *patu* l. BARNIMI VIII pro WARTISLAI X. lin. *annum* l. 1451. p. 155 lin. *gnatio* l. VII. pro II. p. 161 lin. *Barnimo* l. locum. p. 200 l. *navatam* verba: qui itidem illis annumerantur lege: quo nomine etiam veniunt.

Digitized by Google

INDEX
Alphabeticus rerum maxime memorabilium.

Academiæ Gryphicæ bona Roſchildenſia deſtinantur p. 201.
Alluvio in Rugia facta p. 26 ſq. in Bardenſi ora. 219.
Alveus qui *Darzam* olim inſulam fecit. 29. ſq.
Alkuhni Nob. olim cis-marinæ Rugiæ, 163.
Altenhagen Datenbergiorum bonum. 163
Anchorarum fragmenta in Rugia effoſſa. 26 ſq.
Anclamum. Ad illum usque Principatus Rugiæ pertingit. 83 ſqq. *Anclamenſium* fides & virtus. 173.
Angelus in Breviario Marchico refut. 105.
Arconæ ſedes fluctibus majorem partem abſumta. 23. expugnatur à Danis. 78. evertitur à Pomeranis, 81.

Babitz haud procul Demino locus, civitatis ditionem terminans. 131.
Bangerti computus annorum belli Rugiani ab Henrico geſti corrigitur. 45. alius ejus error. 64.
Bardhovet promontorium. 29.
Bardt caſtrum antiquiſsimum, 75. à Jaromaro I. recuperatur. 83.
Bardum, à Mecklenburgicis expugnatur. 164. fruſtra à Pomeranis tentatur. 189. Wartislai X. ſedes. 199. & Bugislai XIII 203. Dani occupant. 208.
Bardenſis oræ facies inundationibus mutata. 28. ſq. Bardenſis *lacus* die Bardtſche Binnen-See ante ingreſſum Slavorum jam fuit. 30. Bardenſis *tractus* antiquiſſima commemoratio, 75. Rugiam univerſam cis-marinam indicat ib. à Danis vaſtatur ib. & 78. à Brandenburgicis. 132. Mecklenburgicis ab Imperatore in feudum confertur. 178. Catharinæ Henetæ oppignoratur. 197. irruptionibus Mecklenburgicorum vexatur. 198 ſq. & maris. 201. 204. Bugislao XIII. contingit. 202 ſq. ad Principem Wolgaſtanum redit. 205. viduæ Phil. Julii traditur ib. cujus conjux fruſtra illum obtinere quærit. 208. *Senatus* jus Patronatus Scholæ obtinet. 185.
Barnimi III. ſtatura & virtus ſ. Portrait. 189.
Barnutæ collateratis lineæ Rugiani Principis poſſeſsio uſufructuaria ſ. appanage. 97 ſq. matrimonium cum Gutzkoviana Comite ex cauſis politicis ſuſceptum. 98.
Bartelshagen Datenbergorum prædium. 163.
Batavi cur Stralſundiam frequentius viſitarint. 109. an ejectione ſaburræ portus Gellen profunditatem imminuerint. 29. Gryphiswaldiam & Colbergam æque ac Sundiam frequentant. 29.
Bede & Or-Bede modicæ contributionis genus. 192.
Bellum triennale de Rugiæ ſucceſsione. 190.
Belli triennalis in noſtris oris miſeria. 208 ſqq. *Sundenſis* cum Witzlao IV. an. 1314 & 16 geſti non ubivis obvia momenta. 148 ſq.
Bellorum navalium circa Rugiam olim geſtorum ratio. 28.
Bergenſis Cœnobii fundatio & dos. 84.

Beweiß-und Beſchwerungs-Articul der Hertzogen zu Mecklenburg / wegen der ſtreitigen Land-Gräntzen bey Ribnitz contra die Hertzogen von Pommern. 203.
Beſchwerung der Damgardſchen wieder die zu Ribnitz und ihre eingeklagte Articul ib.
Bibliotheca Hiſtorica Rugiæ. 2. *Helvigiana* 84.
Biefferskovberet in Dania ad Principem Rugiæ pertinet. 147.
Bodden Celticum nomen quid notet? 30.
Bogislaus X totius Pomeraniæ & Rugiæ Monarcha. 199. & XIVtus. 205. Hic detrimentum Principatus Rugiani prudenter avertit. 208. Ultimus ſuæ gentis moritur. 209.
Boltenhagen Comitatus Gûtzkov. villa. 54.
Bornbolmiæ ora halecum captura nobilis. 113. Bornholmia à Jaromaro II. expugnatur. 124.
Bower Comitatus Gutzkov. villa 54.
Brandenburgici Danorum contra Svedos fœderati. 212.
Brandshagen ad ditionem Putbuziorum ſpectat. 97.
Breſevitz villa Cæſareorum clade nobilis. 210.
Broock quomodo Gryphiswaldiæ comparatum. 191 ſq.
Brodersdorp Megapol. villa pacificationibus nobilitata. 148 ſq.
Brunjow villa ditionem civitatis Diminenſis terminans. 131.
Buccua provincia Ruaiæ Principatus. 84.
Buggenbagii Rugiæ Cis-marinæ nob. 163.
Bugenbagenius in Chr. Manuſcr. *Micrælio* & *Klemzenio* contradicit. 193.
Bûnſow Comitatus Gutzkov. villa. 54.
Busdorp item ib.

Caminen molendinum in prima dote cœnobii Hyldenſis fuit. 89. 107.
Cæſarei ingrati Pomeraniæ & Rugiæ hoſpites. 207. Horum Rugia & Pomerania nunquam patiens. 210. Danorum contra Svedos fœderati. 212.
Carenza à Danis occupatur. 78. à Pomeranis evertitur. 81.
Carolus IV. Imper. Pomeranis Rugiam in feudum confert. 185 ſq. Idem tractum Bardenſem & Damgardenſ. Mecklenburgicis confert. ibid. an pro Imperatore habendus ante mortem *Guntberi Schwartzburgici*? 186.
Caroli Guſtavi glorioſiſſ. imperium. 212.
Carolus XI. ſublimis animi Princeps. 213.
Carolus XII. ætatis noſtræ mirandus heros. pag. 216.
Caſtellum an idem quod *vicus?* 51. quid ad illud requiratur. 165.
Caſtellani qui fuerint? 51. 168.
Catharina Heneta Barnimi VIII. ex ſorore neptis. 197. multas in Rugia cis-marina terras oppignorationis nomine obtinet. ib. fit conjux Ulrici Stargardiæ ultimi Domini. 198.
Catzow comitatus Gutzkov. villa. 54.
Cecſ-Kahne antiquorum naves bellicas magnitudine æquant. 29
Cernikow Comitatus Gutzkov. villa. 54.
Chilonienſis pactio. 200 ſq. circa illam Rangonis error ib..
Chizzini vid. Kizzini.
Chriſtina Sveciæ Sceptra ponit. 212.
Cimbrici diluvii in Rugia effectus. 25 ſqq.
Cingſt inſula ditioni Bardenſi contra mare præſidio eſt. 31. ultra illam olim terra fuit. ib. *Cingſt* commune totius inſulæ nomen ib. olim alveo diſtincta ib. non recte in mappis Geographicis delineatur ib. à Danis vaſtatur. 75 ſq. à Jaromaro I. recuperatur. 83. ej. pars in ditione cœnobii Hiddenſeenſis. 197. à Barnimo VIII. redimitur. ib. oppignoratur.

Digitized by Google

tur. 197 ſq. à mari carpitur. 201. 204 ſq. 206. 219.

Circipani gens Slavica ubi habitarit? 7. 9. ſq. pertinent ad Principatum Rugiæ hæreditarium. 11. ab eo divelluntur. 42. ad illum redeunt. 49 ſq. à Ratiboro Pomeraniæ Principe expugnantur & convertuntur. 66 ſq. ab Henrico L. Pomeranis eripiuntur. 73 ſq. ſub fide homagii illis redduntur. 74. Circipanorum terra pluribus provinciis diſtincta. 75. Epiſcopatui Swerinenſi ab Henrico L. attribuitur. 79. à Jaromaro I. recuperatur. 82 ſq. hoſtium vexationibus maxime expoſita. 82.

Ciſa dea populis germaniæ culta. 177. an & olim in tractu Wuſterhuſano? ib. ſq. an eadem cum Iſide? ib. germanicum non Slavicum nomen. ib.

Ciſa fluvius unde dictus? 177. ejus curſus. 178.

Eiſendorff Sileſiæ, Eiſendorp Megapoliæ villa, à qua ultima familia der Eiſendorpe nomen aſſumſit. 178.

Eiſenberg/ Eiſenmahl ibid.

Claſſes bellicæ remis olim agebantur. 19.

Codex Diplomaticus Rugianus. 84. 130. Vetuſtus cœnobii Ribnizenſis. 151.

Cœnobiorum dotatio cum reſervatione dominii eminentis à principibus facta. 141.

Cognomina principum à numeris petita an fide monumentorum nitantur? 162.

Commercia Rugiana quanti exteris habita. 111. quanam in re conſtiterint. 112 ſq.

Conradus Comes Gutzkovianus. 87.

Corbejenſis Abbatis in Rugiam prætenſa jura. 210.

Corwall Darenbergorum aliquando bonum. 163. 175. quomodo Gryphiswaldenſibus comparatum? 191 ſq.

Crantzii errores. 85. 156.

Cräßlin Comitatus Gutzkov. villa. 54.

Crito potentisſimus Rugiæ dynaſta. 3. commendabilis ſtaturæ atque virtutis ſed Chriſtianorum hoſtis 5. ejus dominii amplitudo ib. hæreditarius Rugiæ dominus ib. ſqq. Lubecæ conditor 7. maris Balthici dominus 32. à Danis metuitur ib. & à Saxonibus 33. ſub ejus imperio res Rugianæ florent. ib. ejus virtus in ſenectute langveſcit ibid. ſq. ab Henrico Mecklenburgico bello petitur. 34. interficitur 35. imprudentiæ ejus exemplum ib. prudentiæ documentum 37. Saxonum recuſat Vaſallus eſſe 40. Pomeraniæ & Lutitiæ tutelare imperium habet. 43. ab Henrico interficitur. 35.

Croſtnitz palus prope Deminum 131.

Crukow villa ad Rugianos pertinuit 142.

Culradenſis Eccleſiæ in Megap. dotatio 145.

Damborus Rugianorum in Dania Legatus vir prudens ac magnanimus. 70. 76.

Dammæ nunc Neuen-Kirchen in prima cœnobii Hyldenſis dote fuit. 198.

Damgardum in oppidum erigitur. 123. turris ibidem. 124. à Brandenburgicis vaſtatur. 132. Mecklenburgicis ab Imper. in feudum datur. 187. cruentum ad illud prælium. 192. oppignoratur. 197. conflagrat. 204. per illud Cæſarei Pomeraniam intrant. 207. Svedi Cæſareis liberant. 208. errore præſidii ab his recuperatur. 209. liberatur denuo. 210. Svedi hoſtibus relinqvunt. 212. Dani capere nequeunt. 214. Königsmarckius recuperat. 215. Luneburgici fruſtra obſident ib. Dani per illud invadunt. 216

Damgardenſium cum Ribnitzenſibus de cadavere certamen. 202. Damgardenſes paludes Steinbockius ſuperat. 216.

Dani rerum maritimarum jam olim peritisſimi. 22. & politisſimi. 23. Critonem metu-

Digitized by Google

metuunt 32. eorum in Pomeranos belli cauſæ futiles 70. Henrici L. ungves metuunt ib. Rugianos jure feudali ſibi ſubmittunt 77 ſq. Henrico L. & Pomeranis præmia belli denegant 80. eorum res ubivis proſtratæ 99 ſq. Stralſundiam commerciis ſuis frequentant 109. ejus bona in Rugia vaſtant 200. Rugiam occupant 215. à Königsmarckio pelluntur ibidem.

Dania inter tres regni æmulos miſere lacerata 68. multos egregios viros Rugiæ debet 79. à Jaromaro II. vehementer affligitur 123. Pomeranis auxilia oſtendit magis quam præſtat 170 ſq. ſpe inani eos lactat 182. Optimates privatis ſuis commodis velificant, publica negligunt ibid.

Daniæ Rex jus ſuccedendi in Principatu Rugian. ſtipulatur 146. ſibi vivente adhuc Witzlao IV. aſſerit 147 ſq. Wartislao IV. Principatum Rugiæ ſolenni apparatu tradit 158. imo omnino cedit ib. Pomeranis ex hoſte amicus factus 190. multis promiſſis ab Imperatore adverſus Sveciam excitatur 208. in Rugia belli cauſas quærit 212.

Danici belli cum Rugianis cauſæ 68. regni interitum Rugiani promovere ſtudent pag. 69.

Dän-Holm ratio denominationis 114.

Darſim ſylva in prima dote cœnobii Hyldenſis 89.

Darza der Darß hodie Pen-inſula olim inſula fuit 29 ſq. tractui Bardenſi contra vim maris præſidio eſt 31. ultra illam terræ olim fuerunt ib. à Danis vaſtatur 75 ſq. à Jaromaro I. recuperatur 83. à Pomeranis emporium ibi excitatur 194. à Roſtochienſibus deſtruitur ib. Dani eam populantur 215. mirabile violentiæ maris exemplum oſtendit 219.

Darzenſe munimentum expugnatur 213.

Daſſova Megapoliæ 181.

Decbovii Rugiæ cismarinæ Nobiles 163. Putnitzæ Domini 202. Ducis Megapoliæ ad illos interdictum 204.

Demminum vana obſidione ab Imper. Conrado III. Dano, Saxone & Rugiano clauditur 66. à Witzla o I. expugnatur 94 ſqq. à Pomeranis recuperatur 100 ſqq. à Mecklenburgicis fruſtra obſidetur 175.

Demminenſis civitatis territorium 131. cum Witzlao IV. disſidium de libera per Penam navigatione 142 ſq. fides & fortitudo 172 ſq. 184.

Demminſche Werder miſere vaſtatur 175 ſq.

Derſekow Comitatus Gutzkov. villa 54.

Dersmehovet/ i.e. Derſemer-ſive Darſimer-hovet eſt promontorium Ludoviciburgenſe 141.

Devitzios Dania Rugiæ debet 79. cis-marinæ Nobiles 163.

Dextrarii quinam? 170.

Diploma Jaromari I. fundationis & dotationis cœnobii Berg. de an. 1193. p. 84. *Job.* & *Alberti II.* Saxoniæ infer. 1261. 85. 125 ſq. *Alexandri III.* confirm. Epiſc. Sverin. 1177 9. 103. 126. *Cœleſtini III.* de ead. mat. 1191. ib. 103. 126. *Wartislai IV.* de telonio in portu Prerov an. 1325. p. 31. *Innocentii* confirm. Epiſc. Julin. 1140. 47. *Caſimiri* de an. 1175. 50. *Clementis* P. confirm. Epiſc. Camin. 1188. ib. *Werneri* atque *Henrici* Dominorum de Löſitz 1267. ib. 122. *Barnimi I.* confirmatio antecedentis eod. an. ib.

Diviſo terrarum Pomeranicarum. 193.

Dobrislava Comitis Gutzkov. conjux. 87.

Dubslavus Princeps Rugiæ collateralis lineæ. 98. de limitibus cum Abbate Hyld. tranſigit ib. 122.

Dummendörp in territorio Demminenſi. pag. 131.

Dünen in in terra Cingſt à mari rumpuntur. 205.

Eickſtedius corrigitur. 74. 132.
Eixenſia bona quænam? 204. ab Epiſcopo Sverin. redimuntur ib.
Eldenau Comitatus Gutzkov. villa. 54. derivatio nominis 60 ſq. cœnobium ibidem non à Pomeranis ſed Rugiano Principe Jaromaro I. conditum. 89. plura vid. ſub voce *Hylda.*
Eldenau villa ultra Ryccam quomodo Gryphiswaldiæ comparata. 191 ſq.
Elzovii error. 168.
Epiſcopatus Rugianus. 201.
Equitatus dividendi ap. veteres ratio. 168.
Erici P. Regis Dan. cum Holſatis fatale bellum. 195.
Erb-Einigung aller Hertzogen zu Pommern zu Wollin 1569. 202.
Erb-Receß und Barnimi XI Ubergab der Regierung Stettinſchen Antheils an ſeine Vettern/ zu Jaſenitz 1569. 202.
Ethel-Rugi communis omnibus Rugianis honoris titulus. 18 ſq. 220.
Euphemia Norwegiæ Regina Principis Rugiæ filia. 139.

Fahren-Bring ager parochialis Griſtovienſis quanta ab undis damna patiatur. 219.
Fehr-Bellinenſe prælium Pom. & Rugiæ funeſtum. 214.
Feudorum Danicorum indoles. 154.
Feudalem nexum Rugia olim cum Dania habuit. 154.
Finium Rugianorum Hiſtoria eſt utilis & neceſſaria p. 3. ſed difficilis ib. ejus fontes ib. diviſio 3 ſq. fines terreſtres 5 ſqq. maritimi 18 ſqq. marini 32 ſq. priſtini imminuti 42. reſtaurati 49. 58 ſq. eorum facies ſub Tetzlavo Razei ſucceſſore 60 ſqq. ſub Jaromaro I. 78 ſqq. ſub Witzlao I. 94 ſqq. undiquaque in tuto ſunt. 99. fines cis-marini Principatus 102 ſq. fines ad minutias non oſtendendi ib. facies eorum ſub Jaromaro II. 119 ſqq. ſub Witzlao III. 130 ſqq. usque ad territorium Demminenſe deſcendunt. 131. ultra Trebelam patent ibid. ultra etiam Penam ad Tollenzam usque. 132. 142. ad Viſtulam protenduntur 133 ſqq. ad illos ſinus Wycenſis pertinet. 138. eorum facies ſub Witzlao IV. 139 ſq. circa Reckenitzam ab antiquo controverſi. 151. eorum facies tempore mortis Witzlai IV. 151. 155. ſub Pomeranis ab an. 1325 - 1451. 153. ab an. 1451 - 1637. 198 ſqq. ſub Regibus Sveciæ. 209 ſqq.
Flemmingi Rugiæ cis-marinæ Nobil. 163.
Frantzburgi de intromittendis Cæſareis agitur. 207.
Fretum quod Wittoviam & Hiddenſeam dirimit cur Troch dicatur? 26.
Fretum Ruden inter atque Rugiam quando factum? 143. *Rugianum* qua ratione factum? 25. ejus dominium nunquam non penes Rugianos fuit. 33. & quidem optimo jure 114. immerito pro Penæ fluvii oſtio venditatur. 38. quo loco olim anguſtisſimum. 39.
Frobenius contra Ludwigium de Pribislao ſive Henrico Brandenb. non Rege. 57.
Fuge (Otto) Stralſundiæ rebellionem conflat. 198.

Gadebuſch Megapol. oppidum Steinbockii victoria nobilitatur. 217.
Galgenberg caſtrum prope Demmin. 176.
Gard ſive *Garth*, quod in voce Damgard, Belgard, Neugard, &c. occurrit cujus ſit idiomatis 81 ſq. quid notet? ib:
Gardijſt mons ubi? 104 ſq.
Garten-Voigdte/ Rugia ſuos habet 2 ſq.

Gaſt

Gaſt, quod in nominibus Wolgaſt, Velgaſt, Radegaſt, occurrit non Slavicum eſt ſed Gotho-Vandalicum 47.
Gellen ſive *Gelenda* portus Sundenſis quomodo factus? 28. unde tam exigua ejus profunditas? ib: 145. an unquam profundior fuerit? ib: ſq.
Genealogica dubia 159 ſq. 161 ſq.
Gerdeswold villa unde nomen habeat? 104 ſq. ſylveſtris olim ib: à quibus condita ib:
Gnoijenſis ditio ad principatum Rugiæ hæreditarium ſpectabat 11 ſq. 145. caſtrum Remmelsdorp olim habuit 146. Witzlao IV oppignoratur 140. redimitur & ad Henricum L. Mecklenburgicum jure feudali pervenit 146.
Grangia quæ dicantur? 142.
Gribenau: loci antiquitas 181. priſtini domini ib: hodiernus ib:
Grimma unde originem & nomen habeat? 16. 104. à Jaromaro I. recuperatur 83. oppidum Rugiæ limitaneum 104. Primæ Saxonum in Rugia coloniæ 104. à Mecklenburgicis expugnatur 164. munitur 165. à Pomeranis recipitur 189.
Grimmenſis provincia dotale prædium viduæ Principis Rugiani 151.
Grimnus Princeps Rugiæ p. 4. 5. 16. nominis diverſa Scriptura ib: in bello occumbit 14.
Griſtovia lineæ collateralis Rugiæ appanagium 97 ſq. 122. quomodo ad Gryphiswaldenſes pervenerit? 191 ſq.
Griſtovienſis ſinus exiguus olim rivulus Liazcha dictus 114. 219. 221. Angulus ab hoſte intactus 175. tractus cedit Gryphiswaldenſibus ib:
Groſtwyn ubi ſitum? 86.
Grön-Schwaden 38.
Gryphiswaldia: locus ubi jacet ad Comitatum Gutzkovienſem pertinebat 54 ejus priſtina facies 107. nominis inveſtigatio 106. 118. varia ſcriptio ib: urbis conditores 108. condendæ cauſa. 106 ſq. an in an. 1233 prima ejus incunabula cadant? 107. quando muris cingi cœperit? 108. ejus ex ruina Sundiæ incrementa 111. à Jaromaro II. augentur 120. ab Abbate Wartislao III. non autem Barnimo I traditur 120 ſqq. quæ fuerit traditionis forma? ib: quamdiu obligatio ea feudalis duraverit? 121. Gryphiswaldiæ in veterem & novam diviſio, hujusque fata & facies 128.
Gryphiswaldenſis regionis ante conditam urbem nulla apud Scriptores eſt commemoratio 75. Caſtrum Guttyn ante conditam urbem habuit ib: Cœnobii Hyldenſi in prima fundatione donatur, pag. 90.
Gryphiswaldenſium virtutis præmia 23 in Bornholmia privilegia 113. ad capturam halecis excurrunt ib: magnis elogiis à Duce ſuo ornantur 120. eorum cum Dominis terræ Loitzenſis disſidium 122. cum Abbate Hyldenſi de effosſione portus Wycenſis 140 ſq. componitur lis ib: eorum jurisdictio in portu Wycenſi ib: invicta erga principes fides 169 ſq. bellicus apparatus 170. Principes ſuos intra mœnia recipiunt 176 ſq. hoſtes reprimunt 177. in apertis campis cum illis congredi cupiunt 180. eorum cum Danis fœdus 183. in bello cum Mecklenburgicis expenſæ 191. ſatisfactio & remuneratio ib: ſq. eorum prædia recenſentur 192. quomodo obtenta? ib:
Guſtaphus Adolphus in Pomeraniam advenit 207.
Guſtrovia olim Pomeranis paruit 12.
Guttyn caſtrum in regione Gryphisw. ante urbem conditam 76. monſtratur ejus ſedes 104. munimentum Rugiæ limitaneum ib. ſq.

Digitized by Google

Gützkovia: varia nominis ſcriptio 50. an Slavicum illud, dubitatur ibid. *Sec.* 12. urbs munita jam fuit ib. ſq. 17. à Danis & Rugianis expugnatur 72. claſſe Danorum aditur 73. à Jaromaro I. recuperatur 84. 85. Cœnobio Bergenſi reditus præbet 86.

Gützkovienſis Comitatus non fuit ſui juris, ſed ad Remp. Rugianam olim ſpectavit 51. 54. 84. à Pomeranis ſubjugatur 50 ſqq. fines ejus non ſunt adeo obſcuri, ut vulgo habentur 53. quinam fuerint ib. ſq. 87. ad Rempublicam Rugianam reducitur p. 86 ſqq. 97. iterum amittitur 100 ſqq. ejus adverſus Rugianos limitaneum munimentum 106 ſqq. jure belli à Barnimo III. vivente adhuc ultimo comite vindicatur 188.

Gützkovienſes Comites ex ſangvine Principum Rugianorum fati 53. titulo appanagii terras ſuas tenuerunt ib. eorum interrupta eſt ſeries 73. 87. è portu Wycenſi in Daniam pyraticis lembis excurrunt 107. ad Mecklenburgicos deficiunt 167 ſqq. ad frugem redeunt 173. fortiter pro patria pugnant 184. Johannes Junior iterum ad hoſtes deficit 188. in prælio cadit ib. ſq.

Hafnia obſidione à Svedis cingitur 212

Habnius copiarum Mecklenburgicarum Dux fugatur & bove vectus ad dominum ſuum redit 188 ſq.

Halecis præcipuum ap. Rugianos mercimonium 112 ſq. quanti id habitum 113 capturæ ejus hiſtoria ib. 136 quid de migrationibus ejus habendum ib. vile pretium 113 jus ea capiendi 136.

Hanshagen comitatus Gutzkov. villa 54.

Haſſus hoſtibus ſvedorum accedit 214 ſq.

Hatzeburg oppignoratur 197.

Haupt-Buch des Adelichen Jungfrauen Kloſters Ribnitz 51.

Henricus Mecklenburgicus Godeſchalci filius Critonem impugnat 34 interficit 35 Slavinam ejus filiam uxorem ducit ib. totius Slaviæ imperium affectat ib. Rugianos fundit 37 in inſulam perſequitur 38 ſq. pacem concedit 39. eos decipit ib. ſq. iterum, ſed fruſtra, invadit 40. ſq. moritur 42 quando 41. qua parte per fretum Rugianum in inſulam venerit? 38 Pomeranos contra Rugiam fœderatos habet 45. non ſubjectos 49 ejus filii de priſtino faſtigio res Obotritorum dejiciunt ib.

Henr. L. vagrios & Polabos ſibi ſubjicit 56 & Obotritos 63. a Pribiſlao legitimo Domino hos repetente bello petitur 70 ſq. Pomeranos & Pribiſlaum fœderatos reformidat. ib. Pomeranis Circipanos eripit 72 ſq. cum eo ſolo Pomerani rem ſibi cupiunt 73. Slaviæ inhiat ib. ſq. Pomeranos vaſallos habet 74. Rugianos cum Danis vincit & ſibi vectigales facit 77 ſq 80. an ille jus, quod armis in Principatum cis-marinum ſibi acquiſiverat in Duces Saxoniæ inferioris Aſcanios transferre potuerit? 126.

Henricus L. Mecklenburgicus terram Roſtochienſem & Gnoyenſem à Rege Daniæ in feudum accipit 146 ſq. cum Witzlao IV. de finibus circa Damgardum belligerat 150. unde Leonis cognomen habuerit 159. Ribnitzenſis cœnobii conditor ib. ejus jus in Principatum Rugiæ ib. elogium 184 moritur ib. teſtamentum ib. ſq.

Hennekenhagen an olim Redeswitz dictum? 104 ſq.

Helmoldi de amplitudine Henrici Obotritorum Principis Statu genuina interpretatio

Digitized by Google

pretatio 42 ſq. verba quibus ſolis Rugianis regem tribuit, quomodo ſint intelligenda 62.
Hiddenſe unde nomen habeat 24 137 antiquitas inſulæ ib. quot villis ſit habitata? 137. Dani eam propulantur 215. ejus littora mare carpit 218 ſq.
Hinrichshagen villa quomodo Gryphiswaldiæ comparata? 191 ſq.
Hiſtoria Rugiana incultior Pomeranica 1 ſq. unde ordiatur 3.
Hiſtoricorum noſtrorum contradictio 193.
Hogendorp comitatus Gützkov. villa 54.
Hohen-Mühl loci antiquitas & hodiernus poſſeſſor 180.
Hojerus contra illum monita 139 215 Candidus ſcriptor. 216.
Holſatiæ comes Gerhardus Pomeranis auxilio miſſus 170.
Horſt: lineæ collateralis Rugiæ appanagium 87. Sylveſtris olim ib. 105.
Hübnerus contra Genealogiam ejus monitum 134.
Huda quid in veterum Teutonum lingua 137.
Huitfeldi error. 162 183 ſq 201.
Hut Britannorum quid notet? 137.
Hylda fluvii & cœnobii adjacentis nomen unde petitum? 60 ſq
Hyldenſe cœnobium ſolus Jaromarus condit 89 ſqq. locus ubi ſitum ad comitatum Gutzkovianum pertinebat? 54 & ad Principatum Rugiæ 54. 85. ſq. controverſiæ de cœnobii Hyldenſis conditore pondus. 87 in ſolo Rugiano, non Pomeranico exſtruitur 91 de tempore fundationis diſcrepantia 92 ditionis limites terreſtres 104 maritimi 141 Gryphiswaldiam condit. 106 ſqq. Duci Pomeraniæ tradit in feudum 121. cœnobii dotatio cum reſervatione dominii eminentis facta 141 an quæ an. 1309 Ruden inter atque Rugiam ſubmerſæ ſunt, terræ ad cœnobium Hyldenſe pertinuerint? 143 ſq.
Hytta oder Hydda Svedicum voc. quid notet 137.
Jager villa quomodo Gryphiswaldiæ comparata 192.
Jermershagen ib. ib.
Jaromarus I. Tetzlavi ſucceſſor & Regis D. gener ſimulatq; Vaſallus 78 79 character atque imago ejus (portrait) 81 à Pomeranis in arce ſua obſidetur ib. ſq. Rugiam Cis-marinam à Pomeranis per 30 annos retentam recuperat 82 ſqq. Comitatum etiam Gutzkovianum reducit 68 ſqq. cœnobium Hyldenſe ſolus fundat 89 ſqq Stralſundiam condit 92 regium titulum ab Imperatore oblatum recuſat ib. Danis amiciſſimus ib. moritur ib.
Jaromarus II. ad Remp. accedit 112 cum Pomeranis amicitiam colit 119 ſqq. cum Mecklenburgicis diſcrimina de finibus habet 123 hortatu Pontificis Daniæ Epiſcopos contra Regem tuetur ib. Daniam invadit & victor pervadit ib. Bornholmiam ſibi ſubjicit 124 Danorum de morte ejus narratio ib. refellitur 130 tempus mortis determinatur 130.
Jaromarus: III. Epiſc. Camin. arte & marte clarus 133.
Jarmum ad illud Saxones Penam ſuperant 216.
Jaſmondæ cretacea littora fluctibus & glacie carpuntur p 23 218 ſq. ad illam Dani appellunt 200 denuo 215.
Jeſer villa quomodo Gryphiswaldiæ acquiſita 192.
Inſularum non una origo 23 quamnam Rugia habuerit? ib. ſq. Danicæ inundatione factæ 26.
Inundatio qua Nien Deep an. 1309 factum com-

Digitized by Google

communiter creditur, an revera hunc eſſe ſtum habuerit? 116. 143. ejus exempla in noſtris oris ib. 204 ſq. 206. remedia quæruntur 204 ſq. mirus ejus in Cingſta eſſe ctus 206. & in Darza 219. *Johannes* de Griſtov, ex Gente Putbutzia cur à Griſtovia cognominatus? 153. Societatem cum Gryphiswaldenſibus contra Patriæ hoſtes init. 174 ab illa recedit ib. an propterea perfidus? ib. ſq. *Jomsvikingar* 20. *Julinenſes* creduntur eſſe Jomsburgenſes 20. 70. à Danis oppugnantur ib. *Itz* terminatio non prodit vocem eſſe Slavicam 48.

Kalckvitz villa quomodo Gryphiswaldiæ acquiſita? 191 ſq. *Kanutus* Obotritorum Princeps titulo feudi à Lothario Imperatore tanquam Saxoniæ Duce accepti. 55. *Kanzovii* Chronicon pro Klempzenii allegatum 132. Karndörp villa quomodo Gryphiswaldiæ comparata? 191 ſq. Kemitz comitatus Gutzkov. villa 54. Kiesſhoff an olim Redeswitz dictum 104 ſq. *Kioge* urbs in Dania ad Witzlaum IV. pertinet 147. *Kirbachius* alti molendini (Hohen-Mühle) Dominus 181. Kirchdorff quomodo ad Gryphiswaldenſes pervenerit. 191 ſq. Kiſow comitatus Gutzkov. villa 54. *Kizzini* eorum ſedes 7. non in ſola Megapolia, ſed & Pomerania 9. ad Principatum Rugiæ hæreditarium pertinebant. 11 ſq. 16 ſq. 49 ſq. 63 ſq. *Klempzenii* Chronicum cum Kantzovii confunditur 132. *Kœlerus* contra Ludwigium de Henrico ſive Pribislao Brandenburgico non Rege 57. *Koepkenii* memoria Loſtii 204 *Koes* inſula Coſt olim 104 & Kuz dicta 141. *Königsmarckius* Tribuſeam tuetur 214. reprimitur ib. hoſtes in, & è Rugia fugat 215. *Krakevitzii* Oratio de præſtantia inſulæ Rugiæ 2. Krakevitzios Dania Rugiæ debet 79. Rugiæ cis-marinæ Nobiles Kenzæ, Flemensdorpiæ, Hans- & Marteshagæ Domini 163. *Kuſſovius* Comes turrim Grimmenſem in meliores uſus convertit. 166. *Kyrre* nomen Gothicum inſulæ prope Bardum 30.

Lacus recens, friſche Haff/ inundationis veſtigia prodit 26. Ladebo vicus in antiquiſsima cœnobii Hyldenſis dote 98. 104. Laſſahn Comitatus Gutzkoviæ locus 54. Leiſt olim Leſtenitz & Leſenitz 91. 104. *Lemmii* Diſpp. de Rugia 2. *Leutitii* ſive *Lutitii* quinam 7 ſq. non eſt Slavicum nomen ſed Germanicum ib. 48. varia ejus acceptio ib. ubi habitarint? ib. an liber populus fuerint? 17. intra-Penani Megapoliæ nunquam ſubjecti 43. Chriſtiani fiunt 52. Levenhagen comitatus Gutzkov. villa 54. Liſterne/ Hidding & Fleding Danica loca ad Principes Rugianos pertinent 146 ſq. Loitz Germanicum eſt nomen non Slavicum 48. caſtrum ab Henrico Obotritorum Principe expugnatur & ſolo æquatur ib. 51. à Wartislao I. Pom. Duce occupatur ib. ſq. ad Comitatum Gutzkovianum olim pertinuit 54. oppidum & caſtrum ruinis aliquandiu ſepulta jacent 72. à Jaromaro I. recuperantur 83 ſq. & à Witzlao I. 94 ſqq. eorum varium dominium ib. à Pomeranis oppidum recuperatur 100 ſq. habuit peculiares ſuos Dominos Principum terræ Vaſallos 122 ad Principatum Rugiæ redit 130 ſq. plura vid. 150. 166 167. 169. 172. 208. 209. 212. 217. *Lubeca* à Critone condita 36. ſedes ipſi fuit 37. à Rugianis fruſtra oppugnata ib. occupata & vaſtata 55. Principum occidentalis Slaviæ ſedes 56. ſecundum à Rugianis expugnata & funditus exciſa 57 ſq. reſtauratæ ſtupenda incrementa 109. maris Balthici monopolium affectat ib. ibi conſilia pacis agitantur inter Pomeranos & Megap. 181.

Digitized by Google

Lubecenſes Stralſundam ex improviſo occupant atque vaſtant 109 ſq. male ob id audiunt ap. Scriptores 110. à Witzlao I. urgentur 111 ſq. Stralſundiam denuo comburunt 127 ſq. Lubecenſi civi terra Bardenſis oppignoratur 185. *Lubuina* Rugiæ cis-marinæ olim urbs, de cujus ſitu conjectura 82. *Ludwigii* ſententia de Pribiſlao Brandenburgico rege refutata 57 Ludwigsburg olim Darſim in prima cœnobii Hyldenſis dote fuit 89. *Luneburgici* Svedorum hoſtes 214. Damgardum capere nequeunt 215. *Lützelburgius* Saxonum Dux in Rugiam exſcenſionem facit 217.

Mancka / mincka Gothica voc. quid ſignificent 144. Manne qui media ætate fuerint? 52. Mantzenhagen Datenbergorum prædium 163. *Mapparum* Geographicarum circa Cingſtam error 31. *Mare* an dominii limites admittat? 32. Balthicum an olim nullum fuerit? 26. ejus dominium penes Critonem 32 ſq. cur dicatur Harangicum? 112. ejus dominium Dano ab Imperatore promittitur 208. vicinum ad Rugiam quo jure pertineat? 33. non cuivis patet 112 ſq. *Marlovia* oppidum ad Principem Rugianum ſpectat 145. *Mecklenburgici* ob ſucceſſionem in principatu Rugiæ Pomeranis bellum movent 160 ſqq. ultra-Penanam terram invadunt 183. in cis-marina Rugia dominii jura exercent 185. Bardenſem ditionem oppignorant ib. tres exercitus in Pomeranos ducunt 188. ad Loitzam funduntur ib. ſq & Rugianis terris ejiciuntur 190. mutuis connubiis conciliantur 194 199. *Megapoliæ* vicina Penæ regio olim Pomeraniæ Principibus paruit 12. reliqua ad Rugianos ſpectavit 5. Megapolia trans-Warnana Saxonum olim dominium directum agnovit 40. Wallenſteinio traditur 206. Metle ſpectat ad territorium Demminenſe 131. Meſſenhagen ad Buggenhagios aliquando ſpectavit 163. *Meſtovinus II.* moritur 134. poſt mortem de provinciis ejus bellum ib. ſqq. *Micrælii* contradictio tollitur 56. circa lectionem illius cautela 14 ſq. refutatur 17 ſqq. ejus computus annorum belli Rugiani ab Henrico Obotrito geſti corrigitur 45. ejus & Crameri diverſæ relationes 52 ſq. erronea de primordiis Gryphiswaldiæ ſententia 106 ſqq. *Miles* idem olim ac Vaſallus 74. *Mizlavus* Comes Gutzkoviæ primum Chriſtianus, an idem ſit nominis cum Witzlao? 53. *Moltken* Nobilis familia in Bardenſi olim tractu florens 132. hodie in Megapolia florentiſſima ib. Conradus Moltken Eccleſiam Culradenſem dotat 145. Johanni Moltken terra Bardenſis traditur 185. *Molzahnorum* gens Nobiliſſima 172. nomen unde? ibid. prædia ubi? ib. Henr. Molzahn magni vir nominis 172 ſqq. *Möna* ad Principem Rugiæ ſpectat 146. Mönck-Gut terra Rugiana an à Monachis ſic dicta? 143 ſq ejus littora mare imminuit 218. Morchin comitatus Gutzkoviani villa 54. *Muſchiza* Provincia Rugiana 84. *Mutſentin* Winterfeldiorum olim prædium 163. nunc Parſenovium dominum habet 168.

Naves bellicæ cujus olim magnitudinis? 28 ſq. cujus ſtructuræ 29. *Navigatio* Sundenſis exigua profunditate portus Gellen non impedita 29. *Neo-Campi* principum Rugianorum mauſoleum 152. *Neo-Campenſis* præfectura Bugiſlao XIII. contingit 202 ſq. ad Ducem Wolgaſtanum redit 205. *Neringa* ad Buggenhagios olim pertinuit 162. Neuen-Kirchen olim Dammæ, in prima cœnobii Hyldenſis dote fuit. 98. 138. Neu-Fähr-Schantz à Danis vinci nequit 215. *Niclotus* Obotritorum Princeps

Digitized by Google

ceps 56. Henrici L. Vaſallus 63. filii Kizinorum ſolam terram obtinent, non vero & Circipanorum 64. *Niclotus* das Kind zu Roſtock: propter illum principatus Rugiæ bello affligitur 132. *Nicolaus* Comes Gutzkoviæ 87. Nie-Deep quomodo in antiquis membranis vocetur? 62. an. 1240. jam exſtitit 61 ſq. Nienborg caſtrum ubi? 94. Niendörp villa ad Ciſam in præfectura Hyldenſi 179. an ex hoc nomine de antiquitate nominis præſumere liceat? ib. ſq. *Nobiles* Rugiani in Dan. migrant 79. ad Mecklenb. deficiunt 161. qui nam in ciſmarino Principatu habitarint? 163. Nobiles ultra Svinam intempeſtive paventes 169. Nonnen-Dörp cœnobii Bergenſis villa 86. nomen ejus quid probet? ib. Noſſendorp in territorio Demminenſi 131.

Obotriti quomodo hodie vocati 5. Critonem Rugiæ Principem Dominum eligunt ib. Eorum ſedes 7. Principes Ducum Saxoniæ Vaſalli 40. Henrico L. ſubjecti 63. plura 70. 74. *Oceani* dominium Daniæ Regi ab Imperatore promittitur, ut adverſus Sveciam arma capiat 208. Oehe (von der) Nobilis familia unde nomen habeat 23 ſq. *Oia* Inſula unde Gryphiswaldenſis cognomen? 23. 118. quamdiu inſula fuerit? ib. 118. nomen Gothicum ib. & 30. plures hujus nominis in Principatu Rugiæ inſulæ ib. ſq. Gryphiswaldenſis antiquo jure ad Pomeranos ſpectat 118. quando Gryphiswaldenſibus acquiſita ib. regioni Wuſterhuſanæ olim conjuncta 119 *Oldenburgerus* refutatur 48. *Oldenburgius*: contra eum de ſede Kizinorum monitum 9. *Oſten* caſtrum ad Tollenſam ad Rugianos pertinuit 142. *Oſtenos* Dania Rugiæ debet 79. *Oſtruſnam* provincia Rugiæ Principatus 84. nunc Wuſterhuſenſche Ort 86 119.

Paltbenii de conditore cœnobii Hyldenſis ſententia 89. Pamelſtoff caſtrum ubi ſitum? 143. *Pena* Ruden atque Usdomam non vero inſulam Rugiam inter & continentem per *Gellen* oſtium in mare evolvitur 38. 84. 101 ſq. Comitatum Gutzkovianum terminat 54. ejus oſtium à Danis occluditur 73. ultra quoque illam Rugianæ terræ 132. in ea dominii partes Rugianis competebant 142. Witzlaus IV. eam clauſtris occludit ib. à Brandenburgicis ſuperatur 214. à Ruſſis & Saxonibus 216. *Penzios* Dania Rugiæ debet 79. Rugiæ ciſmarinæ Nobiles 163. unde dicti? 168. Reinfridus Penzius fide & fortitudine inſignis Caſtri Loitzenſis præfectus ib. ſq. inſulam Rugiam præſidii cauſa obtinet 181 ſq. Petershagen quomodo Gryphiswaldiæ comparata 192. *Philippa* Daniæ regina Sundenſium naves claſſe ſua deſtruit 196. cladem patitur ib. Pinnow Comitatus Gutzkov. villa 54. *Pirckheimerus* refutatur 127. *Poloni* Danorum contra Svedos fœderati 212. *Polabi* gens Slavica ubi habitaverit? 7. *Pomerani* aliquando Rugianis parebant 15. odii eorum in Rugianos cauſæ 65 ſq. Rugianos terra continenti ejiciunt 66. ſq. ipſi iterum ab Henrico L. ejiciuntur 73. ſub fide homagii reſtituuntur 74. Daniam vaſtant 80 ſq. Rugiam expugnant ib. terram Circipanorum iterum amittunt 82. Rugianorum irreconciliabiles hoſtes 85. cum Rugianis firmiſſimam amicitiam colunt 119. Deſiderium propagandi Chriſtianiſmi expeditioni ſuæ prætendunt 77. Rugia inſulari potiundi ſpem vanam fovent 77 ſqq. *Pomerania* Megapoliæ nunquam ſubjecta 43 ſq 49. ejus inſignis per inundationes imminutio 24 ſq. ulterior Polonis contingit 134. citerior Svedis 211. à Brandenburgicis occupatur 213 ſqq. *Pontifices* Clemens III. Alexander III. &

Cœleſtinus III. inter ſe committuntur 103. *Prædatio* gloriæ reputata 19 ſqq. *Premiſlaus II.* Pol. R. Pomeraniam ulteriorem obtinet 134. *Prerov* navigabilis portus 31. non ſemper ejusdem profunditatis 219. *Pribiſlaus* Wagriæ & Polabiæ Princeps 56. qua ab Henrico L. exuitur ib. in Marchia ſibi Provinciam quærit ib. evaneſcit 57. non fuit Rex Brandenburgicus ib. *Principatus* Rugiæ hodienum peculiares ſibi rationes habet 2. eſt indiſſolubilis ib. 156. titulum ſola Sveciæ corona gerit ib. ejus Sec. XI. limites 5 ſqq. quatenus Critoni hæreditarius fuit? 11 ſqq. olim clientelarem cum Dania nexum habuit 154. à Pomeranis non demum factus 156. inſula ejus caput 18. Ciſmarinus inundationibus patet 26 ſq. hæreditarius ad priſtinam amplitudinem redit 49 ſq. à Pomeranis, Danis & Saxonibus miſere affligitur 68. ſqq. dividitur in cis- & trans-marinum 101 ſqq. Cis-marinus in poteſtatem hoſtium pervenit 148. Princip. R. cum Pomerania conjunctio atque ab ea ſeperatio 193 ſqq. 195. 196 ſq. conjunctione cum Pomerania peculiaris Principatus rationem non amiſit 200. Ejus & in pace Osnabrugenſi peculiaris ratio habita 211. *Principum* Rugianorum mos filios ſibi viventibus ſufficiendi 94, 112, 139. illi non moriuntur 112, 131. *Putbuzia* familia ex ſangvine Principum Rugianorum ſata 53. 152. quas poſſederit terras? 129. exſpectativam obtinet in Jasmund. & Wittov. 146. quare deficiente familia regnante in univerſum Rugiæ Principatum non ſucceſſerit? ib. 153. bona ſua in feudum offert ib. 194. univerſam Rugiam inſularem titulo pignoris accipit 181. tertiam partem inſulæ olim obtinuit 194. Pütt antiquisſimæ memoriæ locus Pithne alicubi dictus, qui integro olim terræ tractui nomen dedit 75.

Querelarum quas Pomerani contra Megapolitanos habebant, capita & horum ad eadem exceptiones 187. Qvilow Comit. Gutzkov. villa 54. Qvitzin ſplendidis ædibus ornatur 166.

Rantefow villa in ditione Demminenſi 131. *Rantzin* Comitatus Gutzkov. villa 54. *Ratiborus I.* D. Pom. Circipanos ſive Ciſmarinum Rugiæ Principatum expugnat 68. *Ratze* Critonis Succeſſor agnatus 35. Wolgaſti moratur 49. amittit illud 45. 48. Lubecam bis expugnat & evertit 56. 57. perpetua cum occidentalibus Slavis bella gerit ib. an Ratzeburgi conditor? 58. moritur 59. *Rauſcheni* Nobiles Gribenoviæ olim domini 181. *Reckenitza*. Circa illam contentiones 151. 202, ſqq. earum origo, 192. compoſitio 203. an Mecklenburgicis vendita? 192. *Redarii* ſ. *Rheteri* eorum ſedes 7. unde dicti? ibid. *Reg* Gothicum voc: quid notet? 61 ſq. *Rega* fluvius unde dictus? 62. Reitberg lineæ collateralis Rugiæ appanagium 97. quomodo ad Gryphiswaldenſes pervenerit? 191 ſq. *Reka*. Nova Reka portus ubi quærendus 61 ſq. 116. 143 ſq. *Renſchioldii* Gribenoviæ Domini 181. *Rhije* quid germanice ſignificet? 61. *Ribnitza* ad illam prælium 150 ſq. Ribnitzenſ. monumenta corriguntur 191. eorum cum Damgardenſibus de cadavere certamen 202. Ribnitzenſis cœnobii conditor 159. *Riems* inſula unde dicta? 114. an ſemper inſula fuerit? ib. olim majoris amplitudinis ib. ſylvam abiegnam habuit ib. quid mirum in illa? ib. error calcographorum circa illam 115. *Rochel* Wagriæ Princeps de ſemine Critonis circa an. 1150. 58. *Roſchildenſis* Eccleſiæ bona in Rugia quando ipſi acquiſita? 200 ſq. de illis pactio chilonienſis ib. belli anſam præbent 212. *Roſto-*

chium Regem Daniæ mœnibus excludit 147. *Roſtochienſis* ditio ad Principatum Rugiæ hæreditarium ſpectabat 11 ſq. Danis paret 145. Henrico L. in feudum traditur 146 ſq. *Rothne-berit* in Bornholmia ad Principes Rugianos pertinet 124. Rubbekow comitatus Gutzkov. villa 54. *Ruden* inſula: nominis etymon. 115. olim Rugiæ conjuncta 23. non demum an. 1309. inſula facta ib. ſq. 143. aditum maris claudit ib. Portus Ruden dubii inter Rugianos & Pomeranos juris 117. *Rugia* oræ Slavicæ princeps inſula 6. cis-marina communecum Pomerania nomen induit 15. trans-marina cœnobio Corbejenſi donatur 16. 210. ejus commoda & incommoda 19. unum immedicabile malum 23. inundationis in ea vis atque damna ib. 218. vix dimidiam priſtinæ magnitudinis partem habet 24. an inde à diluvio inſula fuerit 25. an diluvio Cimbrico inſula facta ib. Rugia inſula Mecklenburgicis nunquam ſubjecta 42 ſq. Cis-marina a Ratiboro I. Pomeraniæ adjicitur 68. ab Henrico L. expugnatur 73. lege homagii Pomeraniæ redditur 74. Bardenſis tractus, das Land zu Bardt audit 75. Epiſcopatui Sverinenſi dotem præbet 79. à Jaromaro I. recuperatur 82. 105. cos virtutis Danicæ ib. plenum dominium Epiſcopus Sverin: affectat 126 ſq. ultra-marina Dano ab Imperatore promittitur 208. difficilis aditu 138. 210. recentiora fata 213 115. 215. 216. 217. 218. maris violentiæ patet 218. *Rugenwaldum* antiqua Rugianorum ſedes 135. *Ruggard* an vox Slavica? 81 ſq quid notet? ib. *Rugiani.* Eorum antiquiſſima Reſp. 4. artem illi piraticam callentiſſimi 20. Principatum gentis Vandalicæ habent 33. formidabile vicinis nomen 34. funduntur 37. eorum character 37. Waldamarum Principem interficiunt 38. in inſula ſua oppugnantur ib. denuo ſed fruſtra ab Henrico impetuntur 40 ſq. prudentiæ eorum exemplum 39. 70. 77. 109. fides incorrupta 39. cur ita à Chriſtianiſmo abhorruerint? 40. eorum lauſige Bauer-Kathen/ quorum combuſtionem parvi faciunt 41. Slavorum fortiſſimi 43. magnam ſui fiduciam habent 57. ſimultatum cum Pomeranis cauſæ 65 ſq. è terra continenti ab his ejiciuntur 66 ſq. Danico regno ultimam ruinam minantur 69. à Danis vincuntur & clientelari illis jure ſubjiciuntur 77 ſqq. Danos navali acie vincunt 77. à Pomeranis expugnati 80 ſq. Demminum & Loitzam capiunt 94 ſqq. iterum amittunt 100 ſq. maris apud illos dominium 32, 112, 129 ſq. 136. *Ruſſi* Rugiam cis-marinam per Penam invadunt 216. Ruſtow villa in ditione Demminenſi 131. *Ryccana* foſſa, das Ryck comitatum Gutzkovianum terminabat 54. nominis derivatio 60 ſqq. Principatus Rugiæ limes 102 ſq. deſcribitur ib. quousque in ditione cœnobii Hyldenſis fuerit? 104, 108, 140. non eſt *nova* illa *Reka* cujus in Diplomate Witzlai I. de an. 1240 fit mentio 116 ſq. dubii ea juris 117.

Sala. villæ parochialis nomen Gotho-Vandalicum p. 30. *Salinæ* prope Gryphiswaldiam ad Cœnobium Hyldenſe ſpectabant 98. 104. *Saxones* Critonem metuunt 33. ſemper ei ſuccumbunt ib. eorum culpa Slavi Chriſtianiſmum ſubterfugiunt p. 40. eorum in Rugia coloniæ 134. ad *Jarmum* Penam ſuperant 216. in Rugiam exſcendunt 217. *Saxorum* ſeries in ſolo Cirmeuſelenſi unde venerint? 27. Schönewold villa ante 400 annos jam exſtitit & incendio tunc delata eſt 180. Schopenburg caſtrum à Mecklenburgicis excitatum 189. Schopen-Dam clade Mecklenburgicorum notatus 188. ſq. *Schwerini* Prin-

Digitized by Google

Principatus cis-marini Nobiles 163. res ad Mecklenburgicos trahunt ib. Seedorp pertinet ab civitatem Demminenſem 131. Seehagen Datenbergorum prædium 163. *Seqveſtrationis* pactum Svedos inter atque hoſtes 217. *Sigismundus* Imper. abalienationes in Rugia olim factas abrogat 195. *Sitbne* Provincia Rugiæ 84. Schlatkow Comit. Gutzkov. villa 54. *Slavia* multiplicis ſenſus vocabulum 35 ſq. univerſæ Henricus Obotritus nunquam fuit Dominus 42 ſqq. *Slavina* Svantibori filia Critonem maritum prodit 34 ſq. quo fecerit id animo? ib. an Chriſtiana fuerit? ib. Soll quid inferioris Saxoniæ idiomate dicatur p. 30. Spandoverhagen Wuſterhuſanæ regionis villa ad quam primum Guſtavus Adolphus exſcenſionem fecit 207. Starckow Datenbergorum prædium 163. Stavenhagen provincia Pomeranorum feudum 190 ſq. *Steinbokius* Danos ad Gadebuſchum fugat 216. *Steffensherret* in Dania ad Principatum Rugiæ pertinet 147. Steffenshagen quomodo Gryphiswaldiæ acquiſita 191 ſq. Steinfordt Comitatus Gutzkov. villa 54. *Stoislaus* familiæ Putbuziæ ſator 152. 155. Strand-Voigt Sundenſium Origo 137 ſq. *Stralſundia* quo fine condita? 91 ſq. à quo? 92. condendæ cauſa ib. ſq. à Pomeranis evertitur 93. à Rugianis reſuſcitatur 96. antiquisſimum ejus privilegium 96. Saxŏnum Colonia 97. flore commerciorum evehitur 109. à Lubecenſibus vaſtatur ib. ſq. reviviſcit 111. quam cordi Principibus ſuis fuerit? ib. Principatus Rugiæ & citerioris Pomeraniæ caput ib hodierna eminentia ib. jus piſcandi 116 à Lubecenſibus igne deletur 127 ſq. qua culpa? ib. fatali incendio conflagrat 128. cocto lapide ſed mutuo accepta pecunia reſtauratur ib. 4 ejus obſesſiones 129 Patriæ ornamentum ib. venuſtius efflorescit 133 ſq. ejus cum Witzlao IV. disſidia 147 ſq. Protectionem Danicam ad triennium ſubit 149. à Danica claſſe impetitur 196. à Rugia trans-marina non vult ſejungi ib. Cæſareis formidabilis 209. invicta manet 207. 213. cruentæ victoriæ materiam hoſtibus præbet 217 ſq. *Stralſundenſes* an Witzlaum IV. interfecerint? 152. eorum invictus animus 207. *Strela* inſula nunc Dänholmia 28. prælium navale ad illam ib. *Streyenſis* comitatus ad Eccleſiam Roſchildenſem olim pertinuit 200 ſq. à terra Streye Putbuziorum diſcernenda ibidem. *Struvius* quo fundamento Megapol. Principes ante acceptam Romano-Germanici Imp. civitatem comites dicat? 186. *Svand* Gothicum voc: quid notet? 118 ſq. Svant-Wuſterhauſen cur Oja Gryphica olim nominata? ib. 179. *Svantiborus* Pomeraniæ Princeps quam late dominatus ſit? 11. 12. prudentiæ ejus politicæ exemplum 34. à ſubditis depoſitus 43 ſedes Sedini fuit 49. *Svantovit* Gothorum & Vandalorum origine idolum non Slavorum 178. ejus theſaurus tempore necesſitatis patet 14. victoribus Danis & Saxon. cedit 80. *Svedorum* primum in Germania receptorum gloria Rugiæ debetur 207. illi Rugiam Cæſareanis eripiunt 208. præmium ea victoriæ ipſis cedit 210. in Daniam penetrant 212. Hafniam obſidione urgent ibid. Marchia pelluntur 213 ſq. *Sverinenſis* Epiſcopatus in Rugia cis-marina dos 79. Epiſcopus pleno jure eam ſibi adſcribere non dubitat 126 ſq. 157. decimæ inter Pomeranos & Mecklenburgicos ſimultatum cauſa 202. componuntur 203. *Sulta* oppidum Megapol. ad Principem Rugianum ſpectat 145. pacificatione clara 149. Sülter-Mohr. Caſtrum Rugianum in illa palude 132. Sundiſche Wiſch an ſub Cingſtæ vocabulo indigitetur? 31 *Synodus* Gutzkov. 54. *Syſtema* Geograph. Slaviæ Septentrionalis 7 ſqq.

Tabula

Digitized by Google

Tabula Genealogica Pomeraniæ & Megapoliæ Principum ex communi ſtirpe originem ſiſtens 71. Tegel-Orth promontorium an olim cum Riems inſula cohæſerit? 114. *Templini* Witzlaus IV. cum Marchione Brandenburgico pacem facit p. 148. 150. *Tetzlaus* Princeps Rugianorum 60. ejus Character ib. ſq. titulum Regis geſſit 62. Danorum infenſiſſimus hoſtis 68 ſq. vincitur & abdicat ſe imperio 78. Thoze pertinet ad civitatem Demminenſem 131. *Thunii* Rugiæ cis-marinæ Nobiles 163. eorum mala fides 184. *Tollenſi.* Eorum ſedes 7. *Tonninga* fatale Svedis aſylum 217. *Toſtrupienſes* pacis articuli 213. *Trebela* fluvio antiquisſima memoria 9 ſq. Principatus Rugiæ limes 102 ſq. olim non ponte ſed trajectu ſuperarus 132. Trempt quomodo Gryphiswaldiæ comparatum 191 ſq. *Trentenſis* regio per alluvionem facta videtur 26 ſq. *Treptovienſium* fortitudo 173. 184. *Tribuſea* oppidum Rugiæ limitaneum 102 ſqq. caſtrum, an ad diœceſin Caminenſem olim pertinuerit? 103. jure Teutonico donatur 132. ibi de finibus conſultatur 203. 207 quando altisſimæ ipſi adjectæ ſint munitiones illæ? 208 recentiora fata 210 214. *Tribuſeana* Provincia à Danis vexatur 74. ej. amplitudo Rugiana Provincia 48. irrita donatione à Ducibus Saxoniæ inferioris Eccleſiæ Sverin. traditur 85. 125. 131 viduæ Witzlai IV. dotale prædium 151. *Troch* Gothicum voc: quid notet? 26. *Trumperwyck* ſinus antehac nullus fuit 23.

Vagrii gens Slavica ubi habitaverit? 7. *Vaſalli* tempore belli munita oppida ingrediebantur unaque cum civibus tuebantur 166. Velgaſt villa quale ejus nomen? 47. Verchen antiquisſimus vicus memorabili prælio inſignis 73. Vergleich zwiſchen Pommern und Mecklenburg/ wegen der Schwerinſchen Stifft-Zehenden 203. Vikingar prædones maritimi unde dicti? p. 20. Vikingabola latebræ prædonum maritimorum ib 104. 118. Vilm Inſula an olim Rugiæ juncta fuerit? 115. ejus origo ib. olim arcem habuit. Vitte nomen plurium in Rugia villarum quid ſibi velit? 136. duas mare hauſit 137. *Vitzius* Nobilis ad rogum damnatus 193. *Ulefeldius* (Corfizius) varietatis fortunæ exemplum 211 ſq. ei Bardenſis ditio oppignoratur ib *Ulm-Rugi* non ſunt continentis ſed inſulæ incolæ 18 ſq. *Vogelſangi* Rugiæ Ciſmarinæ Nobiles 163. Volskow villa deſcribitur 184. prælio nobilitatur ib. *Vrangelius* Cæſarios Rugia excludit 210. prope Bardum eos infeſtat ib. *Urbium* Rugiæ & Pomeraniæ quæ olim materies fuerit? 129. muniuntur 208. *Urſorum* (der Bähren) familia in cis-marina Rugia bona habet 204. Epiſcopo Sverinenſi ea oppignorat ib. *Uſdoma* & Wollinum inſulæ Sec. XI. jam ſeparatim exſtiterunt 6.

Wackenroderi Chron. Rugianum 2. de Origine Vilm inſulæ ſententia 115. de Vitta Hiddenſeenſi 137. de terris Ruden & Rugiam inter ſubmerſis 144. Wackerow fuit in ditione cœnobii Hyldenſis 91. 98. 104. *Waldemarus I.* D. R. Rugianis incipit eſſe formidabilis 69 ſq. *Waldemarus III.* in Anti-Regem Daniæ electus 161. ejus cum Gryphiswaldenſibus fœdus 183. *Wallenſteinio* Megapolia ſervatur 206. Wampen olim Wampand in prima Cœnobii Hyld. dote fuit 91. 104. *Warnavia* Principatus Rugiæ limes 192. *Wartislaus I.* Pom. D. comitatum Gutzkov. ſibi ſubjicit 51. & caſtrum Loitz ib. quo jure? 103. *Wartislaus IV.* primus ex gente PomeranicaRugiæ Princeps 153 ſq.

quo

Digitized by Google

quo titulo? 155. *Waſitzcha* Rugiana provincia 84. Weidenhagen Comitatus Gutzkov. villa 54. *Werlani* ob ſucceſſionem in Principatu Rugiæ Pomeranis bellum inferunt 160 ſqq. *Weſtphalii* [Andreæ] de conditore cœnobii Hyld. ſententia 89. *Weſtphalii* [E. J.] de Ciſa cogitata 177. Wilmshagen quomodo Gryphiswaldiæ comparata? 191 ſq. *Wilzi* quinam fuerint? 7. non Slavicum ſed Germanicum nomen ib. an liber olim populus fuerint? p. 17. *Wineta* præ cœteris oræ noſtræ urbibus honeſtioris formæ fuit 129. *Winterfeldi* Mütſentini olim domini 163. ad Mecklenburgicos deficiunt ib. comitum Gutzkov. Vaſalli 167 ſq. nunc in Marchia Ukerana ſedent ib. *Wiſmaria* Principem mœnibus ſuis excludit 147. *Wittovia* ſub conditione aperturæ Putbuziis conceditur 146. ad illam Dani exſcendunt p. 215. ejus littora mari ſubruuntur 218 ſq. *Witzlaus I.* Sundium reſuſcitat 96. Comitatum Gutzkovienſem à Patre occupatum retinet 97. in Eſtoniam expeditionem ſuſcipit 99. *Witzlaus III.* multa in Dania bona habet 124. ejus teſtamentum ib. elogium ibid. *Witzlaus IV.* Pomeraniæ ulterioris partem occupat 133 ſqq. ejus uxor ib. ejus character 138 ſq. 142. cum Demminenſibus diſſidia fovet 142. terræ Gnoyenſis dimidiam partem obtinet 145. multa bona in Dania habet 146 ſq. cum Henrico L. bellum gerit 150. moritur 152. Wulfſsdörp olim Wolquardisdorp in territorio Demminenſi 131. *Wolgaſtum* ad Principatum Rugiæ olim ſpectabat 14, 15, 54. ab eo avulſum 45, 48 ſq. an à Julio Cæſare conditum nomenque impoſitum? 47. hoc non eſt Slavicum ib. antiquitas urbis 47. ab antiquo munitisſima p. 48. 73. an. 1107. Pomeranis nondum ſubfuit ib. à Danis & Rugianis expugnatur 72. à Pomeranis recipitur 75 ſq. à Danis & Rugianis expugnari non poteſt 86. caſtrumne antiquius an urbs? 181. caſtrum reſtauratur 193. Wotenick villæ antiquisſima memoria 9 ſq. pertinet ad civitatem Demmin. 131. Wuſterhuſen olim Oſtrosnam 86, 119. tractus Wuſterhuſanus deſcribitur 177 ſqq. vaſtatur 180. Wuſtrow Megapoliæ villa cur Svand-Wuſtrow cognominata? 119. Wyck villa unde vicus Danicus Danske Wyck dictus 76, 138, 142. primordia ejus ibid. antiquitas 138. ſitus antiqvus ib. *Wycenſis* portus cujus indultu factus? 115. 138. in ditione Rugiana ib. *Wycenſis* ſinus Wycker Bodden jam olim commodus portus 76. Rugiani juris fuit 115 ſq.

Yasmonda vid. Jasmunda.

Zepelini Rugiæ cis-marinæ Nobiles 163. *Zernikow* vid. Cernikow. *Zirmeuſelenſis* ager alluvionis exemplum 26 ſq. Zithen comitatus Gutzkov. villa 54. Sithne olim dicta 86. Cœnobio Bergenſi reditus præbet 86. Zühlendörp Datenbergorum prædium 163. *Zumios* Dania Rugiæ debet 79. Züſſow comitatus Gutzkov. villa p. 54. *Zwinike* (das Schweinchen) Henrici Obotriti filius 55.

Adjicienda ad Errata.

Pag. 105 lin. *Equidem* l. audeo. p. 118. lin. *autem* l. quid pro *quod.*

HG 2017 326

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google